


N. Inv. 1377

[illegible]

Empta solet cara medicina multis iuvare
Si dabitur gratis nullius est valoris

Vide de usura primo et usurariis
dominus deus dicit sic ubi habetur
Ecclesiastici xxxiiii. Noli offerre munera
prava non enim suscipiet illa deus Qui
enim offert sacrificium ex substantia pauperum
quasi qui victimat filium in conspectu
patris sui Et de usurariis
Deuteronomii xxiii
Non fenerabis fratri tuo pecuniam
ad usuram nec fruges nec quamlibet
aliam rem sed alieno fratri autem tuo absque usura id quo
indiget accommodabis ut benedicat tibi
dominus deus tuus in omni opere tuo Et
Luce vi dominus de capitulo Date mutuum nichil
inde sperantes et erit merces vestra
multa et eritis filii altissimi
Sola enim spes lucri facit usurarium

Holcoth super Librum
Sapientie

Incipit postilla super librum sapiencie edita a sollempnissimo sacre pagine doctore fratre Roberto Holkoth de Anglia ordinis predicatorum



Dominus petra mea et robur meum. Iste artes et sunt humanis studijs adinuente paritate cognicione quadruplicem materiam consummant Artes namque quedam gloriose videntur ex auctorum imperiali nobilitate. Quedam ex principiorum naturali subtilitate. Quedam ex occultorum naturali difficultate. Quedam ex officiorum generali utilitate. Prime sunt artes ciuiles siue politice. 2e sunt artes puerile et mathematice. 3e sunt artes subtiles et physice. 4e sunt fabriles et mechanice. Sacre scripture subtilitas hominibus inspirata diuinitus quodam cuiusdam prerogatiue priuilegium singulariter istas causas honoris et glorie vendicat multo super omnes. Utpote cuius auctore nichil sublimius quia dominus. cuius tenore nil solidius quia petra. cuius vigore nil potencius quia robur. cuius valore nichil locupletius quia mea et meum. ut sic soli scripture sacre conueniat multo dici uerba thematis pas supposita. Dominus petra mea et robur meum. In quibus quo ad 4or eius causas vz efficientem materialem formalem et finalem causam 4or significant et extollant vz eminenciam maiestatis fundamentum firmitatis. Emolu-

tum

limentum utilitatis Complementum potestatis. Primum magnificat 2m ratificat 3m fortificat et 4m dignificat. Eminenciam maiestatis quo ad causam efficientem notat cum premittit Dominus. De quo psalmus Vox domini super aquas. dominus maiestatis intonuit. dominus super aquas multas. Fundamentum firmitatis xxviij quo ad materiam subiacentem notat in petra. Ecclesiastici 26 fundamenta eterna super petram solidam et mandata in corde mulieris sancte id est militantis ecclesie secundum glosam. Complementum potestatis quo ad formam relucentem importat robur ut de ea digne dicatur Ysa 40 Dat lasso virtutem et hijs qui non sunt fortitudinem et robur multiplicat. Emolumentum xxxiiij utilitatis quo ad finem consequentem ad finem designatur in duplici pronomine possessiuo mea et meum ut digne dicat illud Deut 32 Concrescat ut pluuia doctrina mea fluat ut ros eloquium meum. Dominus petra mea etc. Circa primum est aduertendum quod auctor egregius huius sacratissime facultatis in ipsius auditoribus 4or dispositiones virtuosas requirit scilicet primo deo requirit

- Inten- / tionis / simplici- / tatem
- Scien- / tionis / humili- / tatem
- Coita- / tionis / liberali- / tatem
- Opposi- / tionis / conformi- / tatem

Intencionis simplicitatem primo id Sap 1 Sentite de domino in bonitate et in simplicitate cordis querite illum. Nam sicut nemo potest duobus dominis seruire aut enim unum odio habebit et alterum diliget aut unum sustinebit et alium contempnet. Sic ita nemo potest distinctis facultatibus utiliter applicari. Et ideo si sit

Quatuor requiruntur ad auditores huius facultatis

ait q dum dem tuu ad dabis
et illi soli fines eius scripturis
totaliter intendendo | 2o requirit
scriptura sacra in auditore sacre scrip
ture humilitate ut sine doctor
sive discipulus humilitatem servaverint
describens nobis magistri et discipulorum
exemplum Joh. 13 Vos vocatis me ma-
gister et domine et bene dicitis sum enim
ego lavi pedes vestros dominus et
magister et vos debetis alter alterius
lavare pedes exemplum enim dedi vo
bis quia scientia vel in seipso inflacionem
vel ad alios indignationem eo quod scien-
cia inflat si caritas non as
sistat et in multa sapientia multa
sit indignacio Eccl. 1 De illa
ma loquitur Bern. sup. Cant. 36
ubi dicit sic | Ve qui bene de deo
sentientes et eloquium acceperunt
si questum estiment pietatem si
convertant ad inanem gloriam quod ad
lucrum dei acceperant erogandum
si alta sapientes humilibus non con
senciant | paveant quod in propheta
legitur dicente domino Dedi aurum meum
et argentum meum ipsi autem de argen-
to meo et auro operati sunt baal
libentibus | 3o requirit auctor scripture
sacre in auditore scripture contracionis
liberalitatem ut qui sine ficcione
didicit sine invidia communicet Sap.
6 Sic enim dicit dominus Sapientia est
nobilis animi possessio que avarum
dedignatur possessorem quia cum sit dis
tributiva recipit augmentum
et Aug. de doct. xpiana c. 2 Omnis
que dando non deficit dum habetur
et non datur nondum habetur quomodo
habenda est Est enim officium sapie-

tis rudiores instruere et male in
formatos eciam rursum suscitare super
ps. 36 Dominus dedit michi linguam eru-
ditam ut sciam sustentare eum qui
lapsus est verbo | 4o requirit a prophetis
nobis conformiter non enim decet sub
tiliter sapere similiter vivere quam prin cipium
primum a sapientia [illegible] dominum et scientia sanctorum
prudentia ad certum vero agibilium
Sicut dicitur Ethic. 6 Sicut autem
auctor sacre pagine deus summus
dominus est ita scriptura sacra omni facul
tatum domina dici debet et non illa
vana methaphisica que dearum scientiarum
et dominam dicitur consciat | In me ergo
scimus enim dicit Hugo de sacramentis ceterarum
artes et scientie liberales tenentur in
tendere sic ut oculi ancille in manu domine
sue Canticum 1 Glossa quedam intellectualem
2 omnes artes philosophice eo fine
discuntur ut per eas quodam instru-
mento theologice sanctissima conferant
De ista domina theologia figuraliter scri-
bitur Hest. 2 Ea assumpsit duas fa- una
mulas et super unam innitebatur quasi
pre deliciis et nimia teneritudine
corpus suum ferre non sustinens altera
autem famularum sequebatur dominam de
fluencia in humum indumenta ptā
sustentans | Moraliter ista est sapientia
philosophorum | 2a est lex pontificum et impera
torum Super primam sacra theologia cum
sit ipsi sufficiens et robusta pro
delectione tamen innititur sicut in illis quan
dictus et modis eorum loquendi op-
ponendo respondendo probando et impro
bando non per necessitatem sed propter de-
lectationem innititur et placet | Secunda vero
est lex pontificum et imperatorum
dominam debet sequi et eius indu
menta in terra defluencia | unum

de decimis et oblacionibus et aliis
temporalibus quibus ad tempus investitur
ecclesia subsistere. Et sequitur de ista
famula dominam sequebatur. Nos
enim periculosum est et inconveniens
et absurdum quod cum sua domina pari
passu procedat quod ipsa de fidei ar
ticulis et de ecclesie sacramentis de
visione bonorum vel pondere peccatorum
determinat nisi verba legum in terre
nis negociis usitata. Hec enim
katholicos scismaticos infideles
hereticos et doctores in adulterio con
vincit. Sicut recenter nobis occurrit et
nuper experimento vidistis. Hec enim
facultas est ista ancilla Agar
de qua scribitur sub figura Gen. 16
Que concepisse se videns contempsit
dominam suam afflicta dominam suam
fugit fugiens sub lignis nubes ab
angelo revocatur reverti ad dominam
suam et humiliare sub manibus illius.
Leges enim et canones istis temporibus
incomparabiliter fecundius conceperunt
divicias et pariunt dignitates. Et
ideo sacra scriptura que est domina suarum
domina delicta ad illas confluit quasi
tota multitudo scolarium hiis di
ebus et tunc complebitur ad impletur
lamentacio illa Tren. 1 Facta est quasi
vidua domina gencium. Hec est ecclesia
quere vos omnes solum illa ymmo ancil
la sua scilicet philosophia videlicet a paucis re
spicitur modernis temporibus frequentatur.
Ut plangit Ovidius de vetula
li. 1. Sic dicens Omnes declinant
ad ea que lucra ministrant ut que sciant
discunt pauca plures ut se vendant
sic te contempnunt ingens sophia. Sic ve
nerabilem faciunt census amplexibus
apta non te propter te querentes sed
lucra per te ditari que volunt potius

quam philosophari. Ut in versu Sic sophia ex
ilium patitur et philosophia pecunia
regnat. Quare caveant theologi ne do
minam hanc contempnant quia ad
eam oportet finaliter reverti et sub
manibus illius humiliari si tamen ve
lint salvari. Non enim de legibus
illis sed de ista sola dicitur per prophetam
Beatus homo quem tu erudieris exau
dies domine et de lege tua docueris eum.
Sic ergo declaratum est inmunimentum
maiestatis sacre scripture secundum [illegible]
quod est primum principale in textu tacto.
Secundum quod scripturam sacram quedam in
nubibus istis est fundamentum firmi
tatis quo ad materiam subiacentem
tunc dicitur petra. Hec enim est petra
aquosa ad potandum petra mello
sa ad cibandum petra olim per
forata ad lenimentum penitencium
petra scandali destinata ad de
trimentum dissidencium. Primo dico
quod sacra scriptura est petra aquosa
ad potandum. De qua 1 Cor. 10
Bibebant autem omnes de spirituali
consequente eos petra. Et Sapientie 11
Sicierunt et invocaverunt te domine
et data est illis aqua de petra al
tissima et requies sitis de lapi
de duro. Est autem petra altissima
propter eius sublimitatem. Dulcissima
propter eius suavitatem. Durissima propter
eius difficultatem ut merito dici
possit illud Ysa. 50 posui faciem me
am ad petram durissimam et scio
quoniam non confundar. Faciem id est noticiam
sensuum diversorum. In facie enim nascuntur
patent sensus et scio quoniam non con
fundar. Licet enim hereses semper manse
bunt in mundo usque ad finem mundi.
Sic dicit glossa Ysa. 1. Contra quas semper
erunt quidam spirituales doctores

Leges conceperunt divicias et pariunt dignitates

Qualiter sacra scriptura dicitur de petra

in eccia sit et alia glo. Exo. 26
Et ideo signt et scriptura Quos
quam non confundar. nec mirum edi
ficata e sup petra De qua j
Cor. 10 petra aut erat cristus
cum nullo heretico vel scismatico co
patitur. Dicit i ps. dicitur Absorpti
sunt iuxta petre iudices eorum
Glo. iudices eorum sunt potentes et
docti qui de moribus iudicabant
ut plato pitagoras et aristotiles
Absorpta sunt iuxta petram i. comparati
cristo parum videntur ad dicendum sed iuge
i. comparata illos cristo et nichil sunt
mortui iacent sculpta e sapia
eorum vel glo. Secundo ista petra e mel
lisua ad cibandum De qua ps
80 Cibavit eos ex adipe frumenti
Unde hugo de didascolicon lio
4. c. 4 Divina eloquia aptissime
favis comparantur que cum propter simp
licitatem sermonis arida apparent
exterius et intus dulcedine plena
sunt Dicit aut lac secundum medicos
melius nutrit si sugatur ita mel
scripture sacre si sugatur per studium
et devocionem multo melius nutrit
quam si per publicam audicionem faciliter ca
piatur Et ideo de devoto theologo
dicitur Deut. 32 Constituit eum
sup excelsam terram ut comederet
fructus agrorum et sugeret mel de
petra Convenienter aut diffinicio
sacre scripture dulcis et utilis sua
vitas e ancepta que secundum Oraciu
in poetria sua et e ad propositum
Omne tulit punctum qui miscuit
utile dulci et apponit et favus
re. Sunt enim romanus populus enim
romanus per quinque ordines erat
distinctus Erant enim patres con
scripti Senatores ordinarii equi

tes et plebs. Si ergo poeta quaecumque
aliquod opus nobile edidisset co
ram populo publice legebatur. si qua
lis placuit unicuique istorum ordinum
punctum apposuit in fine scripti et
tunc carmen id deinceps autenti
cum habebatur Et ideo docet oraci
us qui vult opus suum omnibus pla
cere videat quod opus suum habeat ista
duo scilicet quod sit delectabile et utile
quia omnem tulit punctum qui miscuit
et utile dulci. Est aut maxime
sacre scriptura sacra. Unde hugo de
sancto victore Bone igitur sunt in
scripturis sanctis misteriorum profundi
tates que ob hoc teguntur ne vilescant
ob hoc queruntur ut excerceant. ob hoc
apponuntur ut pascant Est ergo hec
petra mellosa ad cibandum. Tercio
sacra scriptura e petra olei perforata
ad lenimentum De qua Job 29. petra
fundebat michi rivos olei perforatur
aut per acuitas et subtiles expositi
ones ut anima devota intuitu mire
gracie in cristi amplexibus delectetur
cum sponsa De qua Cant. 2 Colum
ba mea in foraminibus petre. hec sunt
foramina domuncule sive case in
quibus insp cognominis mei spem con
cipiant deos Sicut enim nomine a ro
bore diriuatum ita cognomen habeo
a foramine trepedatum Et ideo sicut
nomine meum in robore ita cognomine
meum intueor in foramine petre ergo
sacre scripture foramen ingressus roga
bo cum moyse Exo. 33. Domine oste
de michi gloriam tuam et ipse michi
signabitur Videre. invenisti graciam
coram me et temetipsum novi ex
nomine. ideo ostendam tibi omne bonum
ibi e locus apud me et stabis sup

Devotio

Divina eloquia aptissime favis comparantur

populus romanus per quinque ordines erat distinctus

petra. cui q̃ tu ꝓbit gl'am meã ponã
te ĩ foramĩe pet'e et ꝓtegam te
dextera mea. ¶ 2° ſcriptura ſacra ẽ
petra ſcandali deſtinata ad det'
mentum diſſidẽciũ de qua .i. pe.
2 n° ẽ de qbꝫ aut lapis quẽ re
ꝓbanũt edificãtes h' fac' ẽ ĩ ca
anguli et lapis offenſionis et
petra ſcandali hijs qui offendũt
ūbo nec credũt ĩ quo et poſiti ſũt
¶ Tercio dico q' ſcriptura ſacra p'uat ro
medat cõplemẽti poteſtatis q̃
ad formaȝ reluctantem q' robur
Robur ſuaȝ ſcolariũ nõ exce
dit ꝑtate romis h'uanc' ſꝫ ẽte
robur ſacratiſſime theolo'e ĩ ꝑme
vitatis auctoritas q' cuiꝰ libet
ingenij vi excedit et ideo hic
unumquemq' theologũ cõſolat' et
admonet dicẽs .i. Deut° 30.
Confortare et eſto robuſtus. q.d.
eſto robuſtus ¶ Ad expugnandũ

Ad expugnan- / ſupportan- / allevian- / tollen- dũ : errores et vicia / ad ſupportandũ honores et of-

ficia. ad alleviandũ dolores et
ſupplicia. ad tollendũ terrores ꝓ
miſsa ¶ Primo tenet' doctor theologꝰ
eſſe realit' robuſtus ad expug-
nandũ errores et vicia. mꝫ exem
ſanctorũ ꝑrm qui nos ĩ ecc'ia ꝓ
ceſſerũt. Talis fuit helias ut
3. Re. pꝫ qui robuſtꝰ dnator in
tp̃tib' talis fuit david ſicut pꝫ
2 Re. qui manu fortis in tp̃tib'
Talis fuit boos de quo Ruth 2.
q' fuit robuſtꝰ in tp̃tib' talis
fuit et oza qui archam declina-
tẽ manu voluit erexiſſe et mul
ti alij de quibꝰ v'ificatur ĩ illud
Iudic' 28 omnes robuſtiſſimi pug
natores ¶ 2° tenet' eſſe robuſtꝰ ad
ſupportandũ honores et officia ut
ſit quaſi columpna ad ſupportandũ
dũ eccãm militãtem. vn aug' fi
guraȝ ſalom' ĩ porticu templi dei
duas collocauit columpnas quarũ
una vocat' iachim q' ẽ firmi
tas. et alteram boos q' ſonat ro
bur ut in robore .3. Re. 7. porticꝰ
templi dei .i. celi. eſt eccia mi
litans cuiꝰ gl'a ĩcatur et cõſtat
ꝑ eius honores et onera deſunt
deſunt' ſapientibus et robuſtis
ut' .i. Prouerbiorum 11. Mulier gracioſa .i.
militans eccia inueniet gl'am
et robuſti habebũt diuicias. quia
ut ſcribit' Prouerbiorum 24 Vir ſapiens
erit fortis et vir doctus robuſ
tus et validus inueniet gl'am
¶ 3° tenet' theologꝰ eſſe robuſ
tus ad alleviandũ dolores et
ſupplicia. que inter dũ iuſte ĩ
nocentibus inferunt' Prouerbiorum 1° Y°
37 cõfortate manus diſſolutas
et genua debilia roborate. Ut
h' ĩuito dici poſſit .i. Job 4. Et
ce docuiſti plurimos et manus
laſſas roboraſti vacillates cõfir
mauũt ſermones tui et genua
debilia cõfortaſti ¶ 4° tenet' theolo
gus eſſe robuſtus ad tollendũ
terrores ꝓ iuſticia et vitate ſanc
doctrine. q' pꝫ ſcd'm ſmaȝ gg 26
mor' exponẽs .i. Job 36 pro
robuſtis ipſi aſcendũt. ꝓ robuſ
ti ſũt illi qui ꝓ vitate quaȝ de
tinent depria nõ ꝑtimeſcũt
Robuſti ſunt illi qui ad vincẽ
dũ mũdi h'mõi deſidia cõualeſ
cunt. ſꝫ ꝓ robuſtis ipſi tunc aſ

cendunt qui per negligenciam agitur ut
doctorum et forum loca indocti
ac debiles occupant. Hec Greg.
De tali namque visitatur ad Ysa. xl
Renovatum est robur eorum. facti sunt
quasi invalides. non sic viri theologi
quibus pro veritate defendenda dicitur
te dicitur Josue 10 Nolite timere
nec paveatis. confortamini et estote
robusti. Multos etiam ultimo quod spiritualis
fiera cotollit et emolimentum
spectabis quos ad finem quereniente
et demittitur. at dicitur mea et
meum. Tu enim sicut scias domina sicut
supremus et probatum iuste convenit
tibi pro nominibus istis uti. ipsi enim
est quod dicitur Prov. 8 meum est consilium
et equitas mea et prudencia mea
et fortitudo. Ubi ergo tibi appropriat
virtutes insignes. Ut autem

Consilium — discernen
Equitate — exequen
Prudenciam — in — precaven — dis
Fortitudine — sustinen

perstudium sapiencie sponsie has virtutes
divinitus consequimur dicamus iam
in fine lectionis id quod scribit Cassio
dorus suo libro de institucione divinarum
rerum c. ult. Precamur domine legentibus
perfectum quemtibus legere tuam remis
sionem omnium peccatorum. ut qui de speciebus
magnis ad lumen spiritualis tuas
pervenire cupimus malis peccatis tali
ligatibus obstruimur. et trahe
nos ad te virtute omnipotencie tue
et non relinquas propria voluntate va
gari quos precioso sanguine redemisti.
Quod nobis concedat qui est etc. Lectio i

Diligite iusticiam qui iu
dicatis terram etc. Ista
ista librum qui liber sa
piencie intitulatur primit
in principio tamen notanda primum est de eius
nomine. 2m est de eius auctore. 3m
est de eius fine. Circa nomen huius
libri dicendum quod iste est titulus sapiencie
que est quoddam quod tripliciter accipitur a di
versis. Nam primo apud philosophos dicitur
una virtus intellectualis et specu
lativa inter omnes virtutes intelli
gibiles nobilissima. et sic de ea
tractat philosophus 6 ethicorum c. 6 et primo
metaphysice c. 11 ubi de specificacione sapiencie
investigat tale. Sapiens est qui
scit omnia et difficilia per certitudi
nem et causam ipsam scit et inter se
gerens et alios ordinans et per
suadens dicit ecclesiasticus ibidem quod sapiens
debet non solum scire per causas sed
eciam per altissimas causas. Est autem
nomen sapiens in latino sophia
in greco interpretatur. Unde antiquitus
ante tempora pitagore qui se studio
sapiencie mancipaverunt sophie vocabantur.
Tandem pictagoras ille famosus
qui fuerat tante auctoritatis in philosophia
quod de eius sentencia nulli licuit dis
putare. iudicans quod presumptuosum esse
tibi sic vocari. cum interrogaretur quis
se profiteretur non sapientem sed philosophum
id est amatorem sapiencie se vocavit. eo
quod se sapientem profiteri arrogantissimum
videbatur. ut dicit Aug. 8 de civi
Dei c. 2. ex quo patet quod auctor vel
amator huius libri philosophus dici potest.
2o apud theologos accipitur sapi
encia pro dono spirituali sive infu
so per quam homo notitiam habet divinorum
et humanorum ex inspiracione speciali
vel ex quadam unitate concorda ad
deum quemadmodum dicit Dyon. c. ii
de divinis nominibus. Qui ierotheus
paciendo divina didicit divina. Est
autem sapiencia accepta et vocatur realis
vel perfectius est scientia et intellectum

prudencia que comprehendit et defendit sicut patet 6 ethicorum quia hec sola continentes prudencia arguit sicut 7 methaphysice dicitur. Ista hec domum fidei presupponit et defendit. De hac sapientia dicitur Ys. 1. Requiescat super eum spiritus domini scilicet sapientia etc. Secundo accipitur sapientia apud stoycos et morales philosophos sicut fuerunt Socrates et Senec. et Boecius qui nichil aliud vocant sapientiam quam collectionem virtutum intellectualium et moralium. Et iste homo sapiens est idem quod perfecte virtuosus. Unde de sapiente sic accepto legitur Senec. in libello quodam quem intitulatur Quod in sapientem non cadit iniuria in quo libro probat quod sapiens non potest offendi et quod sapientis animus semper est in tranquillitate et quod cor sapientis est sicut adamas et multa talia de quibus alias erit sermo. Sic etiam loquitur libro 3 Lactancius: Virtus cum qua scientia coniuncta est sapientia. Nam etenim homines deus sapientes esse voluit ut duarum rerum cupidinis appetens esset sapientie scilicet et religionis et homines ideo falluntur quia vel religionem suscipiunt obmissa sapientia aut sapientie soli student religione obmissa cum alterum sine altero verum esse non possit. Hec ille. Et sic videtur quod accipit sapientiam auctor huius libri. Cuius ratio est quia nomine libri communiter accipitur a materia de qua tractatur. Modo in hoc libro non tractatur proprie nec principaliter de aliqua virtute intellectuali vel morali sed de omni virtute. Et ideo nomen sapientie ponitur hic non pro dono spirituali nec virtute intellectuali sed quasi summa virtutum totalis. Quare autem dicatur Jeronimus in prologo quod proinde sapientia vocatur quia ex eo Christi adventus et eius passio evidenter exprimitur, qui est sapientia dei patris, videtur esse quedam aptacio moralis vel convenientia magis quam denominatio litteralis. Secundo videndum est de huius libri auctore. Fuerunt enim apud sanctos opiniones varie quis auctor fuit huius libri. Videtur enim Jeronimus dicere quod Phylo quidam iudeus in lingwa greca disertissimus librum istum qui sapientia inscribitur ex multis annis editis a Salomone compilavit. Unde Phylonis hunc librum dicit esse et non Salomonis nec libri apud hebreos nec inter scripturas sacras computari debere. Sed contra istam sententiam sunt evidencia argumenta. Primo quia in 3 libro hystorie ecclesiastice dicitur sicut Egisippus et Yreneus et omnes antiquos doctores librum qui intitulatur sapientia Salomonis esse dixerunt sicut in prologo super textum. Item Cyp. [?] 21. glo. predictum erat libro sapientie morte turpissima condempnemus eum. Ergo ante passionem Christi fuit liber editus, ergo non a Phylone qui floruit tempore apostolorum. Item liber Phylonis cuius de in ecclesiastica hystoria invenitur ubi non ponitur liber iste. Item magister in 9 [?] dicitur sic: Tu elegisti me regem populo tuo et iudicem filiorum tuorum etc. quod Phyloni non convenit qui fuit iudeus Alexandrinus in egipto secundum Jeronimum libro de hebraicis nominibus. Item Ambrosius in libro super 3 sermones [?] Salomonis: Et Sapientissimus hominum Salomon philosophus tamen posuit in concilia [?] ... et inde dicit ipse in libro

De auctore huius libri sunt varie opiniones

Dicit ipse in libro sapientie sic se deum
omnipotentem deprecatum fuisse eo
memorat dicens: Da michi domine
sedium tuarum assistricem sapientiam.
Secundo vult quod Salomon sit auctor huius
libri. Iste beatus Augustinus fuit aliquan-
tisper opinionis quod Ihesus filius Sy-
rach fecerit librum sapientie sicut et
ecclesiastici, sicut patet 2 retractationum c.
8 ubi dicit sic: Illi duo libri u-
nus qui sapientia, alius qui ecclesiasticus
inscribitur, in quadam similitudine
Salomonis esse dicuntur. Nam Ihesus
filius Syrach eos conscripsisse con-
stantissime probatur. Hanc autem
sententiam plane retractat Augustinus 2
retractationum c. 4 sub hiis verbis: De
auctore libri quem plures vocant
sapientiam Salomonis quod et ipsum sicut
ecclesiasticum Ihesus filius Syrach in-
scripserit non ita constare sicut a me dic-
tum est, postea didici et omnino proba-
bilius comperimus esse huius eius
auctorem. Ex quibus videtur quod beatus
Augustinus dubitaverit quis fuerit auc-
tor huius libri vel quod senserit Salomonem
fuisse eius auctorem. Item feria
quarta in ebdomada penthecostes legitur
in missa: Dixit Salomon filius David:
Diligite iusticiam qui iudicatis terram.
Constat autem quod ecclesia nec dubium
nec falsum asserere vult in missa. Pro-
pter has septem rationes apparet quod Sa-
lomon fuit auctor huius libri
principalis. Possibile est autem quod iudeus
ille philo qui multum fuit peritus
in lingua greca librum Salomonis vel
libri sententias quocumque contentas in
greco ediderit et quod de greco translatus
sit liber prius in latinum et quod talis
eius auctor dicatur. Quintum autem
ad secundum verum est quod secundum non asserit

librum istum philonis fuisse sed dicit
quod iudei illum librum cuiusdam philo-
nis fuisse affirmant. Unde Ra-
banus in glosa super prologum huius libri
male hic imposuit secundo quod secundo non
asserit sed recitative scribit. Maior etiam non
inter sacras scripturas debet numerari sed
plane Augustinus de doctrina christiana ubi ponit
ubi omnes libros canonis biblie conse-
quenter enumerans de sapientia et ecclesiastico
sic dicit: Quoniam quidem in auctoritatem recipi
meruerunt inter propheticos autem nume-
randi sunt. Ex istis patet quod liber iste
inter scripturas canonicas apud ecclesiam
computatur et quod eius auctor Salomon
fuisse dicitur. Et licet a iudeis
aliter sentiatur, unde Damascenus 4 sententiarum
c. 9 ubi libros sacre scripture enumerat
dicit sic: Panaretos autem hoc est
sapientia Salomonis et Ihesu id est ecclesiasticus
virtuosi quidem et boni sunt sed non nu-
merantur neque iacebant in archa,
hec ille. Et ideo licet apud iudeos
non numerantur apud fideles tamen magne
auctoritatis habetur. Patet igitur primo
de huius libri nomine et secundo de huius li-
bri auctore. Nam tertio restat videre de
huius libri fine. Ubi sciendum quod finis
sapientie que in hoc libro traditur est hominem
disponere et dignificare specialiter quo-
ad tria: primo ad gubernandum civilem
communitatem principaliter cum leges conde-
ndi et humanam politicam statuendi fuit
sapientia per eloquentiam adornata sicut
narrat Tullius in prologo rethorice sic
dicens: Quoddam tempus fuit quod cum homines
in agris passim more bestiarum vaga-
bantur et sibi victu ferino vitam pro-
pagabant nec ratione animi quidquam
sed pleraque viribus corporis administra-
bant. Nondum divine religionis nec
humani officii ratio colebatur. Nemo

nuptias legittimas indicaret neque cer-
tos quisquam inspexerat liberos non uti-
tatis que utilitatem haberet acceperat
ita propter errorem atque inscitiam ceca
temeraria dominatrix cupiditas ad
se explendam viribus corporis abu-
tebatur perniciosissimis satellitibus.
quo tempore inquit Tullius vir quidam
magnus vir sapiens cognovit que ma-
teria esset et quanta opportunitas ad maxi-
mas res animis inesset hominum si ea
posset quis elicere et precipiendo
meliorem reddere qui dispersos homines
in agris et in tectis silvestribus ab-
ditos ratione quadam compulit et in
unum locum congregavit et eos in
unamquamque rem inducens utilem
et honestam. Primo propter insolentiam
reclamantes deinde propter rationem et
orationem studiosius audientes ex fe-
ris et inmanibus mites reddidit
et mansuetos. ac michi quidem nec taci-
ta videtur nec inops dicendi sapi-
entia perficere potuisse. hec ille. Hoc idem
poetice signare volebant qui fa-
bulam de Orpheo finxerunt quod tam
subtilis extitit cytharedus quod
flamma sue silvas currere coegit
terram impedit leoni et leporem
cani et infernalibus furiis commovit
pietatem. Sic recitat Boecius 3.
de consolatione. Orpheus in rei veritate
sapientem designat cum que homines
viciosos et a se invicem per passiones
varias discordantes in una civi-
litate recolligere et eos per leges
rationes et sapientias castigare. propter
quod signanter dicitur Sap. 6. Si delec-
tamini in sedibus et sceptris o re-
ges populi diligite sapientiam ut in
perpetuum regnetis. Regna bona
forent si vel contingeret esse

Exemplum poeticum nota hic de Orpheo

philosophos reges vel reges appellari
Boecius de consolatione li. 1. prosa 4. At-
qui tu hanc sententiam Platonis sup-
famosam beatas fore res publicas
si eas vel studiosi sapientie regerent
vel eorum rectores studere sapientie conti-
gisset. Tu eiusdem viri ore hanc
sapientibus capessende rei publice
necessariam esse monuisti necessariam
ne improbis flagitiosisque civibus
urbium relicta gubernacula pestem
bonis ac perniciem ferrent. Secundo con-
venit hunc sic hominem disponere
et dignificare ad expugnandum
hostilem adversitatem. Ecclesiastes 9. Ci-
vitas parva et pauci in ea viri
venit contra eam rex magnus et
vallavit eam extruxitque mu-
nitiones per gyrum et perfecta est
obsidio inventusque est in ea vir
pauper et sapiens et liberavit
urbem per sapientiam suam. Et quia in
antiquis est sapientia Job 12. Et an-
norum multitudo docet sapientiam Job
32. Ideo Alexander magnus
nullum in exercitu suo habuit infra
sexagenarium ut magis senatores
quam milites viderentur. Sic ergo
patet quod quibuscumque sit homo fortis vi-
ribus vel honestus corpore si sapi-
entia careat nichil valet quod regere
vel ducatui. Unde secundum Aristotelem
Sapientum est regere et ordina-
re. Fortium est subsistere et mi-
nistrare. Et hoc est quod dicitur Sap.
6. Melior est sapientia quam vires et
vir prudens magis quam fortis.
Tertio convenit hunc sic hominem dis-
ponere et dignificare ad casti-

Alexander in exercitu suo habuit infra sexagenarios

gaudiu pueilem fatuitate pu
2o. virga atqz discipline tribuet sa
pienciam. puer aut qui dimit
titur voluntati sue confundet ma
trem suam. et ius qd apta proti
ciam huius libri ad gubernandu
ciuilem civitatem. ad expugna
du hostilem aduersitatem. ad eira
gandum puerilem fatuitatem. Et
ideo scribitur sic pu. 8. Audite
disciplinam et estote sapientes
et nolite abicere eam. lectio 2a

Diligite iusticiam qui iu
dicatis terram. Actus de sa
piencia sapientissimus salo
mon in hoc libro ut ad eam audito
res alliciat sic procedit primo ei
declarat ipsius sapientie nobilitatem et
commendacionem. 2o eius utilitatem
et efficaciam c. 9. Sta per sapientiam
liberati sunt. Circa primum primo ostendit
quomodo homo possit sapientiam acquirere
2o quid acquisita possit homini pro
ficere c. 6. melior est sapiencia quam
Circa primum primo ostendit quod ad sapientiam
acquirendam oportet habere iusticiam. 2o
excludit opinionem iusticie et sapiencie
contrariam c. 2. dixerunt impii. Circa
primum duo facit primo proponit quod
ad habendum sapientiam oportet amare
iusticiam. 2o ostendit quod hec iusticia
dividit se triphariam ibi Sen
tite et cetera. Dicit ergo primo sic Dili
gite iusticiam qui iudicatis terram. Et ista lit
tera tripliciter exponitur primo sic ter
ra i. homines. quia possunt et
homines vocari terra. tum quia de ter
ra sunt originem ducentes Eccl. 33.
Omnes homines de solo et terra sunt
unde creatus est adam. tum quia sunt
terram inhabitantes unde ps. In

cola ego sum in terra. tum quia ex terra
exeuntes Eccl. 41. Omnes homines terra
et cinis. tum quia in terra conuertuntur
Eccl. 40. Omnia de terra sunt in terram con
uertentur. Unde in hoc quod dicit terram repri
mit superbiam iudicum et prelatorum
terra enim vilis est et infima omnium
corporum Eccl. 10. dicitur homini quid
superbis terra et cinis es. Debent
ergo iudices et prelati considerare in iu
dicando quod ipsi non sunt celestes sed
terreni sunt homines aliis similes in
condicionis fragilitate. aliis commu
tabiles in corruptibilitate. aliis equa
les in nature vilitate quia terra. Nam
secundum philosophum terra est minimum omnium corporum
Unde et ipsi filii matris mee qua
lis que est terra. et eciam ipsi filii sunt
patris mei qualis qui est terra fex et pu
tredo omnium elementorum quod considerans
beatus Job ipsius terre dixit nomine putre
dini pater meus es et mater mea et cetera
2o exponitur ista littera de terra i.
de ecclesia propter tres condiciones terre
que ecclesie conveniunt videlicet humilitatem
stabilitatem et fertilitatem. Unde
Bern. super cant. de ecclesia sic exclamat
O humilitas et sublimitas et thab
naculum cedar et sanctuarium dei
et terrenum habitaculum et celeste pal
lacium et domus lutea et aula re
gia et corpus mortis et templum
lucis et despectio superbis et spon
sa cristi. Felicitas fidei pane. quod
multa bona in te relucent si bene
fuerint iudicata. 3o exponitur
ista littera de terra i. de carne nostra
et corpore nostro quod debet iuste iudi
cari ut eius obsequium deo fiat
et deo placeat. Unde greg. in mor.
Dum carnalis vita dirigitur et usque
ad abstinencie studium a voluptatibus

puenitur qui calcatum carnem corporum
vel cum illa mediante vel offertur ut
inde in conspectu omnipotentis dei sac
rificium redoleat. Unde pro culpa
displicebat. Quoniam igitur diligitis
iusticiam qui iudicatis terram id est car
nem vestram vel corpus vestrum. Unde notandum
quod in generacione ... ut dicitur non in
cipit a digitis vel a pede sed a cor
de pulmone et capite et mem
bris principalibus sic auctor huius
libri volens formare corpus civile
in virtutibus moralibus incipit a
nobilioribus scilicet a dominis et pla
tis quibus incumbit ordinare et iu
dicare extendit enim se hec doctrina
moralis generaliter ad omnes communitas
aut plebis dominos quia imitatur et
superiores. Ideo Salomon afflatus
spiritu sancto in principio sue doctrine aggre
ditur informare prelatos et iudices
sciens quod nisi illi fuerint virtuosi ho
mines subditi virtuosi esse non poterunt.
Ecclesiastici 10 Iudex sapiens iudicabit
populum suum et principatus sensati stabilis
erit. Secundum iudicem populi sic et mini
stri eius et qualis rector civitatis tales
et inhabitantes in ea. Notandum est 2°
quod non est inconveniens si populus suum prin
cipem imitetur. Corpora enim celes
tia que continentur sub primo mobili
sequuntur motum secundum motum illius
licet tamen nichilominus motus proprios possi
deant inferiores. Licet tamen aliquos mores
proprios habeant, qualitatem oportet quod suo prin
cipi se conforment. Item id poetam
mobile mutatur cum principe vul
gus. Unde non est quod principes se ha
beant ad populos sicut caput ad membra. Ipsi
enim sunt tamquam capita fontes et
exemplaria. Nam a capite corpus re
exemplaria

cipit regimen, rivulus a fonte ca
pit aquam et ab exemplari scriptor
accipit hoc quod scribit. Unde si exem
plar sit corruptum et falsum scriptor
sufficienter exemplatis licet scripserit
falsum librum. Et ideo solet medi
cus curare prius quod caput si pa
tiatur quod si caput infirmum cetera me
mbra dolent. Edificantes artificialiter
aqueductus curant principaliter super
omnia quod fons sit clarus et stagnos
narum solent esse solliciti ut ex
teria sint erecta de quibus scriptor
tibus copia ministratur. Istis omnibus per
omnia auctor huius libri volens
per totum corpus civile virtutes mora
les diffundere incipit a iudicibus
principibus et prelatis dicens Diligite
iusticiam etc. Notandum est autem quod prin
cipalis intencio Salomonis est docere
sapientiam. Medium autem ad acquirendum
sapientiam est iusticia. Ecclesiastici 1° 2.
Fili concupiscens sapientiam serva ius
ticiam et deus prebebit illam. Et propter
hoc tamquam per medium necessarium ad sapi
enciam dicit iudicibus principibus
et prelatis Diligite iusticiam etc. Unde si
enim quod illud quod est prepositi carum
vel amatum a principe in ornatu
gestu vel victu illud trahitur ad
concupiscentiam a subditis et sive sit
utile sive inutile saltem nobile ne
gocium reputatur effigiare princi
pem in hiis qui ab eo diligi cog
noscitur. Unde si iudices domini
et prelati vellent amare iusticiam
non est dubium quin eam subditi
amarent, nec mirum. Quoniam enim sunt
esse defecta regis et de eodem
et consili paris inde hic habet
magnum gaudium. Boba aut principis

iudices et prelati debet esse iusticia
sm illud Job 29 iusticia indutus sum
et vestiuit me sicut vestimento Et
in ps sacerdotes tui induantur iusticiam
Et revera tam sacerdotes quam alii
seculares et laici in quantum ita
stricta indumenta parum sunt sicut
modernis temporibus iam videmus et
certe sicut est de veste corporis
ita est de vestitu virtutis et ideo ne
cesse est eis dicere Diligite iusticiam
Ubi brevi doceam eos tamen vii quibus
sit causa diligite iusticiam ad quod
sunt electi qui ad iudicandum et quod
sunt eis subditi qui terram id est homines
terrenos et terrenis deseruiendis inhe
rentes Ad hoc quod homo sit iustus
non sufficit iusta facere sed requiritur quod
iuste faciat iusta sm Arist li 2 et
3 ethicorum Unde cum quis supponitur fieri
zelo vindicte aliqua quamvis personaliter
le faciat quod iustum est tamen non iuste facit
Ad hoc quod homo sit iustus requiritur
quod faciat amore iusticie Et ideo dicit
Augustinus de li ar c 3 Quod iusticia
est rectitudo propter se servata et deus
16 iuste quod iustum est exequeris Ex quibus
patet quod eorum qui in hominum sunt qui
iusticiam quodammodo faciunt et tamen
eam non diligunt vii Sunt enim
Appetitivi honoris / venerare tuo
Vindicativi rancoris et impatiens / tie
Lucrativi muneris / dissimulativi
Primo quidam qui licet / scelerum
iusticiam non diligant volunt tamen
videri iusti arguunt delinquentes
vituperant vicia et docent virtutes
puniunt sine misericordia et tamen cum inten
tione corrupta quia non ob aliud
nisi ut honorificentur ab hominibus
et vocentur iusticie zelatores Ta

les fuerunt scribe et pharisei de quibus
Mt 7 Nisi habundauerit iusticia vestra
plusquam scribarum et phariseorum non in
trabitis in regnum celorum 2o vindicativi
rancoris et impatiencie pretendunt se
esse amatores iusticie et non sunt
dicit enim iusticia vult vindicare delic
ta sic et ira iniuriam Unde philosophus
dicit quod ira est appetitus vindicte
Unde iratus cum vindictam dolet
quia paciens ad iniustum sed qui punit
delectatur sicut dicitur 3 ethicorum c 12
Tales fuerunt duo senes iudices
qui Susannam adiudicauerunt morti
quia eorum libidinoso amore contempsit
sicut dicitur Dan 13 Sunt enim
passiones malas que in iudice esse
non possunt ira et invidia de peiori
bus Nam ira impedit animum
ne possit cernere verum Ira excogitat
causas calumpniandi et ubi culpa
non subest ira ignoras modum
nescit tenere Unde Seneca li 1 de
ira ad Novatum de iudice quodam
malo dicit Quod furore accensus condemp
nauit ad mortem tres milites
innocentes per hunc modum Unus nes
cit occidi quia de via rediit sine
socio commilitone imponens ei quod eum
interfecerat precepit statim quidam
militi astanti quod eum duceret ad locum
supplicii ubi morte plecteretur Cum
autem esset conductus redijt miles
eius socius sanus et incolumis ad
quos alius morte plectendus ducebatur
videns autem hoc ille secundus miles qui
primum ducebat ad eius supplicium
redijt ad iudicem et alios milites
coram eo statuit quos ut vidit
tyrannus furore succensus iudicium

eorum qui homines sunt qui iusticiam diligunt et non faciunt

Ira impedit modum nescit tenere

tale dedit primo dixit te iubeo
occidi quia iussus es occidere et im-
peratori non obedisti 2o te inquit
iubeo interfici quia dampnatus es
3o te inquit similiter iubeo interfici qui
causa commilitonis dampnacionis
fuisti Et subdit Seneca ibidem O
quam solers est iracundia ad finge-
ndum causas furoris. tres enim sim-
pliciter punivit ob unius innocenciam
Excogitat ille quemadmodum faciet
crimina cum nullum inveniet. Habet
enim iracundia hoc malum quod non
vult regi Ira ipsi veritati irascitur
si contra eius voluntatem adfuerit hec
Seneca Et ideo signanter dicitur Jac.
i. Sit autem omnis homo velox
ad audiendum. tardus ad iram
ira enim viri iusticiam non operatur
Tercio lucrativi munerum pretendunt se
iusticiam diligere sed mercenarie. di-
ligunt enim pecuniam propter quam pecuniam
sed autem iusticiam ipsam non diligunt
iusticiam nisi sicut veneficus venenum
et iudas cristum ad vendendum Ista
enim sunt mercatores iusticie et non ama-
tores. et sicut mercator non curat cui
vendat merces suas nisi quod ille
habeat qui plus offert de pecunia
ita tales iudices iusticiam vendunt
indifferenter iuste et iniuste dummodo
iste potius habeat qui plus de pecu-
nia eis donat Quibus dicitur me-
rito maledicit ysa. 5 ve qui iustifi-
catis impium pro muneribus et iusticiam
iusti auferetis ab eo. Quarto dis-
simulativi sceleris non sunt iusticie
dilectores. habet enim iusticia quod cul-
pe crudeat pena sicut morbo me-
dicina. oppositum autem est iniusticia et
ideo compassio vel pietas falsa est
et iniusta sicut enim mater quando non

restringit urbanum filium ut corrigatur
vel filiam adurit ut sanetur sed econtra
et contra tales loquitur bernardus in
quadam epistola dicit Adolescens est me-
dicus frenetici frenetico et pater in
disciplinatis filiis ille ligando is-
te corrigendo. si autem illos negli-
gant et propter permittant ista pocius
falsa mansuetudo crudelitas est
Et ideo signanter dicitur Ps. Beati
qui custodiunt iusticiam et faciunt in-
i omni tempore et Mt. [illegible] Beati qui esuriunt
et sitiunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur
Unde notandum secundum Augustinum quod duplex est
affectus anime scilicet affectus commodi
et affectus iusticie prima affectio est a
voluntate inseparabilis 2a est separa-
bilis [illegible] prima cadit affectus ubi
et pecoribus et angelis Dicit quod coti-
die renovatur in nobis species
et spes ita affectus iusticie in omnibus
corrigendis quod debet in nobis esse
recens et inseparabilis et ideo
dicit beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam glosa
amatoribus veri boni non satis est
quod iusta faciunt sed quod semper operantur opera iusticie
ut de quolibet tali verificetur illud
Apocalypsis 22 Qui iustus est iusti-
ficetur adhuc. dicit quod diligite ius-
Est autem hic primo dubium quare
dominus principibus et prelatis potius
dicatur diligite iusticiam quam diligite
prudenciam vel aliquam aliam virtutem
Ad hoc dicendum est quod huius triplex est ca-
usa est quod habita iusticia in prelatis
habentur communiter omnes virtutes et
hoc est quod dicit Ambrosius in exameron
Ubi equitas est prudencia ibi modestia
est et alia. ubi fortitudo ibi iracun-
dia ubi [illegible] ibi rapacia ple-
rumque aut alia vicia ubi autem

iusticia ibi est concordia virtutum celebri-
tur. 2a causa est quia sine iusticia non
possunt reges et principes esse do-
mini. et ideo multum debent dili-
gere illud sine quo domini esse non pos-
sunt. amota enim iusticia fiunt re-
ges tyranni. Unde Aug. 4 de civi-
tate dei c. 4. Remota iusticia quid sunt
regna nisi magna latrocinia. ~~quia~~
et latrocinia quid sunt nisi parva regna.
Ad quod ostendendum inducit Aug. his-
toriam de Allexandro magno
et quodam pirata qui vocabatur
Dyomides quam tamen plenius narrat
Polic. li. 3. ubi dicitur. Cum cum pi-
rata comprehensus esset et Allexander
eum interrogaret propter quid mare ha-
beret infestum. verbum libera contuma-
cia propter quod tu orbem terrarum. sed quia
ego facio illud parvo navigio la-
tro vocor. tu autem quia magna clas-
se facis diceris imperator. Dispoli-
catus fuit Allexander latro erit.
Si ad nutum Dyomidis populi fami-
liarentur erit Dyomides imperator.
Nam quantum ad eum non differt
nisi quod deterior est qui rapit/ impudentius
qui iusticiam ... deserit/ qui
manifestius impugnat leges/ quas
ego fugio tu persequeris/ ego vere-
or tu contempnis me for-
tune iniquitas et rei familiaris
angustia/ te fastus intollerabilis
et inexplebilis avaricia furem facit.
Si fortuna ~~mea~~ ~~mutet~~ fierem forte
melior et tu quia fortunatior ne-
quior eris. Miratus Allexander constan-
tiam hominis cum iuste increpatur
et multo arguentem compararem ... ...
quid an faciant sibi meliorem for-
tunam quam mutabo nunc non ...

aliam quod delinquisti. sed unus mollibus
ascribatur. eumque ascribi iussit mili-
tandum ut possit deinde salvus
legibus militare. Ex isto patet quod
sine iusticia non possunt reges regere
regna. Sed 2o potest esse quod et dubium
an est magis necessaria reipublice iusticia
vel amicicia. Et videtur quod iusticia
quia 8 ethicorum c. 8. in qua proportio-
ne permanet civitas sed hec pertinet
ad iusticiam 5 ethicorum c. 2. Iusticia est
preclarissima virtutum et est virtus
perfecta et neque hesperus neque lucifer
est ita admirabilis. Ad oppositum
arguitur per tullium de amicicia. Est
enim amicicia fere cum omni divitiis hu-
manarum rerum cum benivolentia et
caritate consumatio. sed illa est magis
necessaria reipublice quod verum est et addit
quia si omnes homines essent amici
non indigerent iusticia. sed quantumcumque
homines essent iusti adhuc indige-
rent iusticia amicicia. et ideo dicit philosophus
quod amicicia est magis necessaria quam iusticia.
Dicendum quod sicut dicit philosophus 5 ethicorum iusticia
est duplex scilicet iusticia legalis que est
omnis virtus et non est per se virtus sed
est tota virtus. Alia est virtus particu-
laris que fertur cum dividitur in commu-
tativam et distributivam. Cum ergo
queritur an iusticia sit magis necessaria
reipublice vel amicicia. et fiat questio
de generali iusticia. dicendum quod iusticia est
magis necessaria sicut totum est melius
sua parte. si non de iusticia particulari
dicendum quod amicicia est magis necessaria et
comparatis invicem dicit philosophus 8 ethicorum c. 1.
Ubi dicit quod amicicia continet et con-
servat civitates et legum positores
circa eam magis student quam circa
iusticiam. Ad rationem in oppositum dicendum est quod

De allexandro magno et quodam pirata

Utrum amicicia vel iusticia magis sit necessaria reipublice

prudentiam commanet civitatis ma
gis quam per arma. Vel autem dicatur quod
iustitia est preclarissima rerum loquitur
ibi de iustitia legali non de iustitia
particulari etc. Lectio 3

Sentite de domino in bonitate
et in simplicitate cordis
querite illum. et quoniam invenie-
tur ab hiis qui non temptant
illum. apparet autem eis qui fidem
habent in illum. Quia proposuit
Salomon quod ad acquirendam sapientiam
de qua intencio est principalis huius
libri necessaria est iustitia. postquam hoc pre-
misit hic de ipsa iustitia consequitur
consequenter. et quod iustitia a cultu dei in
cipit. Ideo primo ostendit quomodo homo
debet ordinari ad deum in mente.
2o quomodo in sermone ibi benignus
est enim. et 3o qualiter quomodo in tota con
versatione ibi Nolite zelare. Circa
primum duo facit. primo quomodo deus per
virtuosas operationes placatur. 2o
quomodo per viciosas actiones ab homine
separatur ibi perverse enim cogitationes. Circa primum
est sciendum quod mens humana ordinatur
ad deum per tria. et hec tria in textu isto
innuantur. primo quia impossibile est

per { fidei integri- / cordis cari- tatem / spei firmi- } sine fide placere

deo. permittit fidei integritatem dicens.
Sentite de deo in bonitate. De deo dico id est ea que
sunt de deo revelata que in sacram
scripturam per quam deus cognoscitur pie
credulite et studiose legite et in
telligite. et quod non potestis de deo
comprehendere pie credite quia sicut dicitur Prov. 27
Qui scrutator est maiestatis op
primetur a gloria. 2o quia fides non
salvat sine caritate quia sicut Hiero

omnem fidem ita ut montes transferam
caritatem autem non habeam nichil prodest
est 1 Cor 13. Ideo quia mens humana
que est primo illuminata per fidem oportet
quod 2o sit inflammata per caritatem. et
ideo subdit. et in simplicitate cor
dis querite illum. Queritur enim per
amorem et dilectionem propter quod dicitur Cant.
3. Quesivi quem diligit anima mea. Bern.
super Cant. ser. 10. Et sic non abdu-
ci blanditiis nec frangi iniuriis
nec seduci flagitiis toto corde
tota anima tota virtute diligere est. et
ut breviter dicam toto corde diligere
est omne quod blanditur de propria car
ne velud viciata et vilia respuere.
3o quia iam nemo querit efficere quod
non sperat. ideo post fidei integrita-
tem et amoris caritatem subdit
spei firmitatem dicens. Quoniam inveni-
tur ab hiis qui non temptant illum.
Glossa super id Mt 4. Non temptabis
dominum deum tuum. et sic. Nemo temp
tare debet dominum. qui ex humana ratione
habet quod faciat. Ille enim deum
temptat qui committit se periculo
quem ex humana ratione patitur evadere.
Et ideo Cristus dicit Mt 10. Cum
vos persequentur in una civitate
vos fugite ad aliam. sicut ipse idem
fugit et latuit parvulus in Egipto
Mt 2. et postea iam senior est cum
idem fecit Ioh 8. Sic Paulus in
sporta missus evasit 2 Cor 11.
Unde sicut dicit Glossa ubi presto potest hu-
mana ratio deficit commendet homo
se deo non temptando sed devote
confidendo. quamvis in infirmitate 2 Par
20. Cum ignoremus quid agere debeamus
hoc solum habemus residui ut oculos

unde dicamus ad te. Secundum glossam super psalmos
82. Temptare est tamen ubi est sim-
plicitas et in corde est malicia. Et
tales non querunt deum in simplicitate
cordis et ideo non inveniuntur ab hiis
qui temptant eum. Aliqui autem ap-
paret eis qui fidem habent in illum.
Hic est notandum quod aliqui temptant
dei clementiam qui negligenter orant
sine devotione sicut si aliquis temp-
tat si homo dormiat vel non.
Eccli 18 Ante orationem prepara animam
tuam tempore et noli esse quasi homo
qui temptat deum. Alii temptant
dei clementiam ut patientiam qui per-
severant in peccatis de die in diem
de mense in mensem de anno in an-
num et quandoque per totum tempus vite sue
sicut desperati. In psalmo Temptaverunt
et exacerbaverunt deum excelsum et
testimonia eius non custodierunt. Alii
temptant dei iusticiam qui orant vin-
dictam. Luce 9 Vis dicamus ut
ignis descendat de celo etc. Aliqui
temptant dei potestatem ut temera-
rius in periculis. Judith 8 Qui
estis vos qui temptatis dominum. Loquitur
contra sacerdotes qui statuerunt quod nisi
deus eos liberaret infra quinque di-
es etc. Alii temptant dei sa-
pientiam qui exponunt se ad docendum
sine studio et premeditatione.
Psalmo temptaverunt deum in cordibus
suis ut peterent escas animabus suis.
Ro solum autem invenitur ab hiis qui
non temptant illum scilicet et apparet
id est sponte se eis ostendit non tamen ad
hanc presentiam scilicet per fidem simplicem et per
eam presentiam. Et ideo subdit Apparet
autem hiis qui fidem habent in illum
id est fide dedicatam in illum per dilec-

cionem. Dicit similiter in hiis 3es vir-
tutes theologicas ordinantes mentem
in deum homini iusto esse necessarias patet
manifeste. Dubium potest esse hic
utrum preter virtutes naturales acquisitas
necesse sit ponere theologicas. Et videtur quod
non quia de omnibus virtutibus necessariis
ad felicitatem vel beatitudinem determi-
nat sufficienter Aristoteles in moralibus suis
qui non fecit mentionem nisi de naturaliter
acquisibilibus ergo ille sole sufficiunt.
Preterea homo potest ex naturalibus suis asse-
tire hiis que fides predicat de deo
si bene instruatur. Similiter deum cogni-
tum potest amare super omnia et sperare quod
ille deus dabit ei vitam immortalem
ergo ad istos actus non est necesse ponere
habitus infusos. Confirmatur patet quia alias
homo infidelis non faceret iniuriam
racionabiliter si non crederet ad predicacionem
doctoris catholici. Preterea si tales ha-
bitus infusi forent in nobis homo
posset scire et experiri eos per eorum o-
peraciones et sic posset homo de
lege communi scire se esse in caritate. Quod
est contra patet quia inconveniens est no-
bilissimos habitus esse in nobis et
latere nos. Ad oppositum 1 Cor 13
autem nullus hominum domare potest. Quam
auctoritatem pertractans Aug. de n.
et gra. non ait ait aptius linguam
nullus domare potest sed nullus hominum ut
cum domatur dei gratia dei adiuto-
rio dei gratia fateamur. Unde

nullus non est expresso impossibilitatis
sed magne difficultatis. Sed quia si-
gna natura sic ingeniavit circa lin-
guam quod duplici muro clauditur os-
sibus et carnes ad ostendendum quod super
exactius custodia fieri debet antequam lingua
suum opus exerceat. Primo enim debet
considerare an sit licitum. 2o an sit ex-
pediens. et iste sunt due vie per quas
primo debet transire. De quibus in ps.
Dixi custodiam vias meas ut non
delinquam in lingua mea. posui ori meo custodiam.
Unde Albus papyrus sicut narratur
li. 9 vitas patrum cum esset sine
litteris accessit ad quendam ut addis-
ceret. et cum venisset ad istum versum
Dixi custodiam vias meas. recessit dixit se sa-
tis didicisse nec oportet illum addis-
cere. si istam lectionem posset bene servare.
Eccl. 25. Beatus vir qui habitat cum
muliere sensata. et qui in lingua sua non
est lapsus. licet nisi aliquem decipi-
at habet tamen mel et lac sub lingua.
li. 17 c. 6. mala lingua est que aut
prava laudat aut vera reprehendit
li. 1. 21 b. xxys. Lectio septima

Propter hoc quod loquitur iniqua
non potest latere. nec preteriet
illum corripiens iudicium. In co-
gitacionibus enim impii interrogacio
erit sermonum autem illius auditus
ad deum veniet. et ad correpcionem
iniquitatum illius. quoniam auris zeli au-
dit omnia. et tumultus murmura-
cionum non abscondetur. Postquam sapi-
ens declaravit quod viciosa locucio non
transibit impunita per aliquam tergiversa-
cionem vel cavillacionem. Hic consequenter
ostendit quod nec in deo potest impu-
nita transire per occultacionem. Et
circa hoc duo facit. primo enim proponit
quod intendit. 2o illud probat ibi Quoniam

gitacionibus. Circa primum duo facit primo
quod maliloquus in iudicio non poterit
se occultare. 2m quod tunc iudex vel-
let circa hoc dissimulare ibi. Nec preteriet
Dicit ergo primo sic quod concludendo ex pre-
dictis. Propter hoc scilicet quod spiritus domini reple-
vit orbem terrarum id est comprehendit ubique presencia
alterius potencie et essencie. Ideo consequens
est quod ille qui loquitur iniqua quantum-
cumque secrete quantumcumque occulte non
poterit latere finaliter. Et hoc dicens domi-
nus nec ad tempus latere potest. Luce 12.
Que in tenebris dixistis in lumine
dicentur. Et hoc exemplum huius de Da-
vid ~~rex~~ qui tam adulterium quam homi-
cidium occultissime perfecit cum
Bersabea uxore Urie et statim
post ea misit ad eum deus Nathan
dicens. tu fecisti abscondite. ego vero
faciam verbum istud in conspectu omnis Israel
et in conspectu solis. et sic per penam mani-
festam declarabis culpa tua. Sed quo-
cumque sit in presenti saltem in iudicio non
potest latere iniquus. Augustinus in meditacio-
nibus. latere est impossibile. apparere in-
tollerabile. Hoc est primum quod proponit sa-
piens dicens. Qui loquitur iniqua latere non potest.
2m quod iudex nollet circa eum dissimula-
re et ideo dicit. Nec preteriet illum cor-
ripiens iudicium. Eccle 12. Cuncta
que fiunt adducet deus in iudicium
sive bonum sit sive malum sit. Consequenter
cum dicit In cogitacionibus. probat ista
duo que proposuit et primo primum. 2o
2m ibi. Quoniam auris zeli. Primum probat
sic. latenciores sunt cogitaciones
quam verba. Sed in iudicio cogitaciones
discucientur et punientur. ergo a mul-
to forciori sermones. et hoc est quod
dicit In cogitacionibus enim impii in-
terrogacio erit. id est inquisicio et dis-
cussio et exponi possit sic ut quod

interrogacio fiet a deo in cogitaci-
onibus. id est de cogitacionibus. Supra 10
psalmus. Dominus interrogat iustum et impium
vel quod interrogacio fiet de ipsis ex parte
ipsis. Sicut enim dicitur [illegible] impii
iudicia querentur a semetipsis. quid
ergo quod fuit nobis superbia aut divi-
ciarum iactancia quid contulit nobis c. 5.
et Ro 2. testimonium reddente illis con-
sciencia ipsorum et inter se invicem cogita-
cionum accusancium et defendencium.
Sermonum autem illius audicio ad
deum veniet. Posito autem alio pro
consequens. quod audicio sermonum ad deum
veniet. ex quo cogitaciones veni-
unt ad noticiam dei et quod est
non ad approbacionem sed ad punicionem et ul-
cionem et ideo subdit. Et ad correc-
cionem iniquitatum illius. Hanc cor-
reccionem timuit psalmista cum dicit. Domine
ne in furore tuo arguas me neque in ira tua cor-
ripias me. Consequenter cum dicit Quoniam auris probat
secundum quod supra proposuit vero quod iudex in
iudicio non poterit nec dissimulabit. Et
probat sic. iudex qui summe zelat
pro observacione legis sue non preteribit
in iudicio sui precepti transgressores.
Sed deus est talis iudex qui summe
zelat pro lege sua ergo etc. Et hoc
non dimittitur cum dicitur Quoniam auris
zeli id est dei zelantis. Audit omnia
et tumultus murmuracionum non ab-
scondetur. Zelus in scriptura sacra
accipitur quatuor modis. Uno modo pro
invidia et sic accipitur Iac 3o. Si
zelum. hoc est invidia mittit inimi-
cum. et ideo zelus et invidia
iungit dicens. 2o accipitur pro ira. In
psalmo accendetur velut ignis zelus
tuus. 3o accipitur pro imitacione. In psalmo
Noli emulari in malignantibus neque zela-
veris facientes iniquitatem id est imitatus
fueris. 4o accipitur pro rigore et ius-

zelus in sacra scriptura accipitur quatuor modis

tu affectione ulciscendi. Apo. 6 zelus
et furor viri non parcet in die vin
dicte. et Sap. 5 Accipiet arma
turam zelus illius et armabit
creaturam ad ulcionem inimicorum. et sic
accipitur hic. Quarto vocatur fervens
amor. Unde zelotipus vel zelo
tes dicitur ille qui ferventer amat et
sollicitatur vult redamari. Exo. 34
Dominus zelotes nomen eius. ¶ Dubi
tacio litteralis potest esse utrum peccata
per penitentiam condonata sint revela
da in iudicio generali. Et videtur quod
non. quia quod tectum est videri non potest
sed peccata per penitentiam condonata sunt tec
ta sicut dicit glossa super illud ps. Beati quorum
remisse sunt iniquitates et quorum
tecta sunt peccata. Item dicitur Ezechielis
18. Unde non recordabitur pu
tatur sic peccata que per penitentiam tecta
et deleta illic esse tegi. Item
Jaco. 5 Caritas operit multitudinem
peccatorum. Sed hoc non est dictum quoad
homines quia operiuntur quoad homines
occulta sunt coram deo. In conspectu dei
et per consequens multo magis in conspectu
hominum in iudicio. Ad oppositum est glossa
super illud 1 Cor. 4 Manifestabit
consilia cordium. glossa. et que gesta et
cogitata bona et mala tunc nota
erunt omnibus. Item versus bernardi
ibidem ubi dicitur Cunctaque cunc
torum cunctis archana patebunt.
Ad istud concordant Hugo et Magister
sententiarum in 4 di. 43 et textus
apostoli cum glossa. Sanctus Thomas et Pe
trus et alii theologi tenent quod
sic quia omnia tam bona quam mala
nota erunt omnibus. Et ratio est ad ma
nifestam liberacionem iudicii divini
declarandam quia ostensio malorum in
bonis erit ad manifestationem miseri

cordie ipsius imperfecte. ostensio non bonorum ad
manifestationem iustitie. Econtra in malis
erit ostensio malorum ad manifestationem
divine iustitie tunc punientis. ostensio
bonorum ad manifestationem divine mise
ricordie et per maximum bonis. ostensio nec
cedet ad infamiam vel verecundiam
sed ad gratiarum actionem in bonis et ad
dei gloriam salvantis et liberantis.
2 Cor. 5 Omnes enim nos manifes
tari oportet ante tribunal Christi ut re
ferat unusquisque propria corporis prout gessit sive bonum sive malum.
Ad primum dicendum quod peccata dicuntur tecta quo
ad erubescentiam non quoad scientiam cognitionem
ad punitionem non quantum ad cognitionem.
Ad 2m dicendum in magistro patet. Et dicendum
quod sunt aliqui opinionis et in hoc non
tenetur. Ad 3m patet idem quod non re
labuntur ad penam sed quoad divine
iustitie et nunc evidentiam. Istud per
suadet quidam doctor sic. Si rex
remisisset tibi centum libras pro uno
obulo nonne gratum narrares bene
ficium regis omnibus amicis tuis
et diceres eis regratiamini regi pro
me in tanto debito tenebar et pro tanto
modico remisit. Modo autem modo
pro peccato mortali merebaris penam
eternam et remisit tibi pro pena tempora
li que nullam proportionem ad penam
eternam habet. multo magis debes
idem beneficium velle manifestari.
Item ex quo quilibet beatus gaudebit
de liberatione tua a peccato magis in
gaudium a bonis subtraheret. sed ingrati
videntur tibi gratiam facta. nec oportet
de erubescentia pertimescere quia si deus
potest facere ignem apparere com
bustibili sine combustione potest fa
cere notitiam peccatorum tuorum in aliis
et quod idem scias sine erubescentia

Utrum peccata per penitentiam condonata revelanda sint in iudicio

pro civilitates reos supperedit quam volo
Hec si notaria militarii hominum consi-
rarent inter crucis fedaciam ergo notaria
uniusque semper caret aliquibus. Sed
constat quod deus vel causa orsa et an-
gelus qui fuerunt custos tui sciunt
peccata tua ergo notari notaria peccatorum
tuorum in celis caret in celis crucis
feditatem quia secundum ergo ans. Secundo
est sicut illud quod dicitur in littera quod in-
iudicas in cogitationibus impii inter-
rogatio erit. Quod deus tunc interroga-
tionem est faciet de tribus maxime
scilicet primus sicut vel prelatus vel in honore
sicut dignitate constitutus interrogabit enim te

Qualiter
- tu ipse vixeris
- subditos rexeris
- bona concessa expenderis

De primo igitur Sap. 6. Prebete aures
vestras vos qui timetis multitudines
et placetis vobis in turbis nacionum
quoniam data est a domino potestas vobis et
virtus ab altissimo qui interrogabit
opera vestra et cogitaciones scrutabitur.
Interrogabit secundo qualiter subditos rexe-
ris. Nam malicia subditorum videtur
pro magna parte in capud malorum redun-
dare. Unde Sap. 6. Ex iniquis enim
omnes filii qui nascuntur testes sunt
nequicie adversus parentes in interroga-
tione sua et tamen secundum quod filiorum
id est subditorum et prelatorum. Et ideo
beatus Augustinus notabiliter non solum pre-
latos sed etiam suos laycos monet vir-
tuose curare de subiectis in quadam
epistola ad comitem sic dicens: Queso mi
fili quod omnibus fratribus et benevolentiis
in domo tua a maiore usque ad mi-
nimum amorem et dulcedinem re-
gni celestis annunciacione et tu-
re ichene annuncies et de eorum
salute sollicitus ac vigil existas

quod de omnibus et subditis qui in domo
tua sunt racionem domino reddere. Beatus Augustinus.
Interrogabit te deus tertio qualiter
tua expenderis. Significatur Luc. 16
de villico diffamato apud dominum
suum quasi dissipasset bona sua quem
inquit hoc audio de te redde vil-
licationis tue racionem. Et ideo providen-
dum est nobis diligenter quomodo ipsi ra-
tionem possimus reddere. Quia Job 9. Si
repente interrogaverit quis respondebit
ei, quasi dicat nullus. De equitate autem iudi-
cis et dyaboli contra nos allegacionibus
devote scribit beatus Augustinus in epistola
ad comitem qui dicitur: Expectabimus
inquit dicens iudicium ad quem ille
equissimus iudex qui nullius po-
testatis personam accipiet cuius palla-
cium auro argento quod nullus episcopus neque
abbas nec comes corrumpere potest
astabunt omnes ante ut referant
unusquisque secundum illud quod in corpore ges-
sit sive bonum sive malum. Ipso eciam
erit adversarius dyabolus et recita-
bitur verba professionis nostre et obi-
ciet nobis in facie qua die pec-
cavimus et in quo loco et quid
boni operis tunc agere facere debeamus
et si tales inventi fuerimus astabit
ille adversarius in conspectu piissimi
iudicis superiore se esse nobis de-
clamans agens talem causam apud
talem iudicem. Sic enim dicet ille
dyabolus: Equissime iudex iudica is-
tum esse meum ob culpam qui tuus
esse noluit per graciam. Tuus est per naturam,
meus per miseriam; tuus propter passionem,
meus ob persuasionem; tibi inobediens,
mihi obediens; a te accepit immor-
talitatis stolam, a me pannosam
qua indutus est tunicam; tuam vestem
amisit, cum mea veste advenit

quo est apud eum in predicacione fraccbat
quod inter avaricia quod avaricia quod ira quod
superbia quod cetera membra dimisit te
confugium fecit ad me meas fores
video omnium cum illo equissime
iudex iudicat quod iusticia et iudi-
cium preparacio sedis sue iudicat illum
esse meum et meum esse dampnan-
dum. Hec omnia que adhuc attulit de
mea cogitacione meum esse voluit et
me concupivit meum primum deside-
rium Augustinus. Iste iudex est a quo non
potest fieri appellacio quod altissimus est. Coram
eo nulla fiet advocacio nulla ex-
cipiens excusacio nulla prece di-
lacio nulla persone ut munus ac-
ceptacio. Iudicium enim Christi comparatur
arcui sicut dicit glosa super illud psalmi De-
disti metuentibus te significacionem
ut fugiant a facie arcus. Quod autem
fiat timore incutiat. Unde glosa
iste arcus in extensus in manu
Christi non differt quod iudicium nos terret
si non dampnat. In psalmo A iudiciis
enim tuis timui. Nota de illo qui sic
tribus fuit in dormiendo propter
nimium de iudicio quod timuit. Nota
quod duo milites ex devocione iue-
runt ultra mare visitare loca sancta
accidit quod intravit vallem Iosa-
phat. Unus autem eorum ex solacio
posuit et aptavit unum magnum
lapidem et ait sodali suo volo michi
parare sedem pro iudicio generali et
volens probare si bene aptus esset
ad sessionem posuit se ad seden-
dum sedit et ad celum videre ap-
pare debet iudex aspexit cui
subito tantus timor et tremor
in membris eius incussus est quod vix
per socium potuit elevari et addu-
ci asseruit postea quod ex tunc
non antea quod audito iudicio noi-
nari quod tremor in ossibus eius irrui-
eret. 2° assimilatur iudicium arcui
quia quanto arcus corda magis retro
trahitur tanto gravius percussus leditur.
Sic certe quanto iudicium dei magis dif-
fertur a peccatore et quanto ipse diucius
expectat tanto durius feritur. Unde
secundum duriciam tuam et cor tuum impeni-
tens thesaurizas tibi iram in die ire
et retribucionis iusti iudicii dei.
Et sicut videtis quod fiat tenso arcus
et reflexio a sua naturali rectitudine
et naturali sua figura dure emittit
sagittam ita Christus in iudicio cum
sit natura misericors quod filius matris
misericordie ex una parte et patris misericordiarum ex
alia 2 Corinthios 1 flectetur quodammodo
per arcum rigoris et iusticie et emittet
sagittas dure super iste maledicti et
cetera. 27. 3° arcus dicitur secundum ysidorum
ethimologiarum c. q. quia tenditur arcus ut ar-
ceat hostem sic faciet iudicium illud
unde Crisostomus in meditacionibus suis O an-
gustie hic erunt accusancia peccata in-
deneque adesset iusticia subtus horren-
dum chaos inferni patens desuper
iudex iratus intus consciencia urens
foris mundus ardens peccator sic de-
prehensus in qua parte se premet conscientia
ibi latebit et ideo ante iudicium
prepara iusticiam. Leccio octava

Custodite vos a murmura-
cione que nichil prodest
Postquam sapiens dissuasit de-
lictis malicias generaliter hic particulariter
descendendo dissuadet quasdam lin-
gue malicias specialiter et sunt tres vi-
delicet murmuracio, detraccio, mendacium. Et secundum istam lectionem dividitur
in tres partes quia primo
agit de murmuracione
2° de detraccione et 3° de mendacio
2ª pars ibi A detraccione parcite lingwe
3ª ibi Os quod mentitur et cetera De prima parte

z primo loco · pz intuenti dicit glo i(n) fine
(con)script' co(m)p(re)hendentibus · ex quo ita e(st)
q(uod) peccator malo loquens ultio(n)e(m) s(ib)i crea-
de imp(er)petu(um) q(uia) iudicabit(ur) et eicie(tur)
a deo · glo · Custodite vos a murmure
que e(st) una sp(eci)es locucionis q(ue) offen-
dit deum multu(m) · et no(n) solu(m) cave(n)-
da e(st) p(ro)pter dei iudicantis scruta-
tem · ymo p(ro)p(ter) s(ui) inutilitatem · et io
sibi dicit Crisostomus · in(uti)le q(uo)d e(st) · Q(ui)a p(er)
e(st) malu(m) cu(m) quo vivere moleste fe-
rimus ut dicit Varro · et Nonius ca-
sus viciu(m) quod sit et q(uan)te ...
apud deum est cum querela cum im-
paciencia illius q(uod) homo debet ferre
vel sustinere pacient(er) · et (com)mittit(ur)
q(uan)doq(ue) cont(ra) deum p(ro) displicencia · q(uan)doq(ue)
cont(ra) plat(um) p(ro) inobediencia · q(uan)doq(ue) con-
(tra) p(ro)ximum p(ro) invidencia · P(ri)mo e(ni)m in-
veniunt(ur) quida(m) q(ui) murmurant
cont(ra) deum p(ro) displicencia q(uam) h(abe)nt
de suo regi(mi)ne ut admistracione q(ui)
facit tales homines · et h(oc) e(st) multu(m)
irronabile q(uia) ... [illegible] ...
Unde Seneca Optimum e(st) pati quod
emendare no(n) possis · et deu(m) q(uo) auc-
tore cuncta p(ro)veniunt sine murmur(e)
comitari · malus miles e(st) q(ui) imperatore(m)
gemens sequit(ur) · Ep(isto)la 14 · ubi illa p(er)
dicta · Subtiles artifices multu(m)
indignant(ur) · et multo q(uam) cruentum
et uisum(?) ab ignaris ingenio artis
sue · et de mundi regimine nos su-
m(us) magis · Deus aut(em) solus scit q(ui)d
nobis expediat · et ideo quanto
divinis ordinacionibus et disposicio-
nibus renuimus · tanto ostendit esse
stultum et indisciplinatum · Sed sa-
pientes prudentes et disciplinati non m(ur)-
murabunt · murmurant t(ame)n mundiales
cont(ra) deum p(ro)pt(er) ... p(ri)mo de h(oc) q(uod) tem-
pora et tempestates no(n) tribuit
eis s(e)c(un)d(u)m eoru(m) voluntates · 2o de

h(oc) q(uod) p(ro)speritatem et adversitatem
no(n) distribuit iuxta ista m(odo) mutua
et debita hominu(m) · 3o de h(oc) q(uod) deus
s(e)p(er) i(n) homines mittit tribulaciones
et adversitates · 4o sp(eci)alit(er) murmu-
rant indiscrete pauperes cont(ra) deu(m)
de eo q(uod) no(n) ita h(abunda)nt(er) tribuit
eis sicut quibusdam divitibus · P(ri)mi
homines faciunt cont(ra) se ipsos q(ui) impe-
diunt p(ro)p(ri)am tranquillitatem et pace(m)
no(n) conformando se divine voluntati
ymo si sic esset sicut vellet mundus
p(er)iret · q(uia) talis temporis qualem
unusquisq(ue) homo vellet p(ro) arabilibus vel
pro agris suis displicet · et noceret vi-
cinis suis · ymo ei ipsi displiceret et
noceret · Postea · q(uia) h(om)o nescit q(ui)d s(ib)i
vel suis expedit · Unde narrat(ur)
de quodam heremita q(ui) plantaverat
olera q(ui) pecijt a deo pluviam
et optinuit · et postea s(e)c(un)d(u)m volunta-
tem obtinuit pluviam · et habuit be-
ne tempus quale petere voluit de-
us dedit · et t(ame)n n(on) unu(m) olus ex-
crevit · cogitavit ergo heremita q(uo)d fuis-
set qualis destruus olerum in toto
mundo et pacie(n)ter supportat · Ca(us)a t(ame)n
contingente divertit se ad ortum cuius-
dam alterius heremite · et vidit ibi
pulcherrima olera · quo requirit h(abe)res
olera ita pulchra · ego seminavi olera
et tempus a deo postulavi s(e)c(un)d(u)m q(uo)d
m(ihi) expedire videbat(ur) · et obti-
nui · et t(ame)n n(on) h(abe)o · et ille rudit alia
h(ec) iuste et ronabil(ite)r e(st) accidit · pu-
tabas te esse sapienciore(m) deo · et
ipse e(st) cont(ra) sapienciam tuam · Ut ille
videt(ur) q(ui)sq(ue) p(ro) p(re)sumpcionis qual(is)
fuit Phaeton · De quo s(e)c(un)d(u)m fabulas
2 Meth(amorphoseos) · q(ui) fuit filius Phebi
q(ui) q(uia) de h(oc) dubitabat · pecijt q(uo)d
p(at)r(e)m ad ducat c(ur)rus honeste ...

Murmur fecit homo murmurando c(ontr)a deum

De quodam heremita q(ui) a deo pecijt pluviam

rentur super hec. pater iussit quod peteret
et quicquid ab eo peteret impetraret.
pecijt ergo quod posset regere cursum so-
lis. rexit ergo iste puer insipiens et
inexpertus. et aliquando duxit solem
ita prope a terra quod omnia pre frigore co-
gelabantur. aliquando ita prope terram quod
omnia comburebantur. propter quod a Ioue
fulminatus interijt. Ita contingit de
istis fatuis et presumptuosis qui de
diuina gubernacione remurmurat. si secundum
eos fieret gubernacio tota mundi
machina solueretur et per oppositum
magne pacis occasio est quod vnus-
quisque est contentus quacumque tempere
quam deus dat. Unde de quodam
agricola narratur quod cum ipse haberet
in agris vineis et pascuis uber-
rimos fructus et herbas plus quam
vicini sui. requisitus qualiter hoc esset
respondit quia ipse habui tale tempus qua-
le volebam. requisitus qualiter. respondit
ego numquam aliud tempus appeto quam
deus dat. Et hec quod dicitur de remurmura-
cionibus contra deum ex parte temporis
non tangit solum cultores agrorum sed
valet contra omnes qui murmurat de
tempore vel opposito. sicut viatores siue
nauigatores secundum quacumque alia. Et cer-
te hec est magna fatuitas quod nichil
prodest ut dicitur in littera primus sequentis
principium quod grauissimam prouocant contra
se poenas ut fabulose et historiace
narratur de gayo cesare. De quo
narrat Seneca libro i de ira in fine
et Suetonius in libro de vita cesarum 12 ce-
sar ille ordinauit facere sollempnissimum
festum nobilibus suis. contigit ipso
tonitrua et fulmina et coruscaciones
et pluuias maximas fieri. rex fa-
tuus indignatus indixit bellum contra
Iouem et misit balistarios et sagit-

tarios et ingentes machinas paratas
iacere tela contra Iouem. ipsi fatui obe-
dientes suo principi sagittauerunt tela
miserunt et iecerunt lapides contra ce-
lum. que omnia contra ipsos descendentia mag-
nam partem ipsorum perimerunt. Recitatur et de
istis qui remurmurat de diuinis dispo-
sicionibus. iaciunt verba impaciencie contra
deum que deo nocere non possunt sed per propriam
in caput ipsorum retorquentur. Sic mur-
murauerunt filij israel in deserto contra deum
et perierunt. nec intrare potuerunt terram
promissionis. Unde Numeri 14 capitulo. Omnes qui
murmurastis a 20 annis et supra. murmuras-
tis contra me. non intrabitis terram super
quam leuaui manum meam ut habitare
vos facerem preter Caleph filium Iephone
et Iosue filium Nun. Et ideo nobis dicitur
signanter i Corinthios 10. Neque murmuraueritis
sicut quidam eorum murmurauerunt et perierunt
ab exterminatore. ¶ 2o inuenimus ho-
mines qui murmurant contra deum pro eo quod
prosperitate et aduersitate non discer-
nunt in vita presenti inter merita et demeri-
ta personarum. et hec est antiquissima que-
la gentilium philosophorum contra deum. et est
causa propter quam plerique dixerunt mundum
istum non regi a deo sed a casu. Super illud
Claudiani in primo maioris in Rufinum
Sepe michi dubiam traxit sententia men-
tem. curarent superi terras aut nullus in-
esset rector et incerto fluerent mor-
talia casu. Et boecius de consolacione libro pri-
mo metro 5. O stelliferi conditor orbis etcetera
postea circa medium metri. Omnia certo
fine gubernans hominum solos respuis
actus. merito rector cohibere modo. nam
cur tantas lubrica versat fortuna vices
premit insontes debita sceleri noxia
pena. at peruersi resident celso mo-
res solio sanctaque calcant iniusta
vice colla nocentes. latet obscuris
condita virtus. clara tenebris iustusque tulit

Quidam agricola habuit ipse fructus uberrimos

non tamen quod pleri dixerunt mundum non regi a deo

omne iniquum uel iniuria nil noceret
opibus fruens nequaquam corrupta colere
tur. Ex potestate sit vitiosa habet quod de
us regit mundum magis mirabile
tur apparet qualiter mali reportant
premia iustorum et sancti aliquando luunt
ac patiuntur loca malorum. Unde dicit
Boecius de phylosophia 4 prosa 1 Cum autem
nequissima uiuentes scelerati supplicia
bonos premit premia uirtutum mali ra
piunt uehementer admiror quod tam in
iuste confusionis res uideantur exposita
sic desiderans omnem causam inuestigem
si iniustis omnia fortuitis casibus esse
rem. Nunc stupore meum deus rec
tor exaggerat qui cum sepe bonis
iocunda malis aspera contraque bonis
dura tribuat malis optata concedit
nisi causa deprehendatur quid est quod a for
tuitis casibus differre uideatur. Non
solum autem gentiles philosophi sed sancti prophete
videntur de isto negocio indignatione
et non inuenerunt sed potius admi
rationes exclamauerunt qualiter mea
prophetia sunt iudicia dei et inues
tigabiles uie eius. Unde Job 21 Quare
impii uiuunt sublimati sunt confortati
que diuiciis. Et Jeremie 12 Quare uia
impiorum prosperatur bene est omnibus
qui preuaricantur et inique agunt. Item
propheta Usquequo domine usquequo peccatores gla
buntur. Item Abacuc c. 1 Quare non re
spicis contemptores et taces concul
cante impio iustiorem se. Sed certe mirum
non est irrationale si causa perpenderetur. Sicut
dicunt prudentes et fideles eger de
quo desperat omnia indifferenter con
cedit quecumque deposcat eger. Ubi
de eius salute spem habet multa
negat dietas et abstinencias or
dinat et amaras potaciones salu
bres tamen frequenter propinat. Ideo deus
reprobis in hac uita habundantiam bonorum
temporalium tribuit ut pro paucis bonis o
peribus homines saltem paucis diebus
in hac uita premientur. Et hoc est quod dicit
Gregorius 11 moralium c. 6 et super id Job 21 Iniquis
est prodigus impiis. Iniustis igitur ad
debitam mortem tendens effrenatus uo
luptatibus utitur. Sicut et uituli qui mac
tandi sunt irrigioribus pascuis relin
quuntur. Econtra iustis a delectacionibus
temporalis iocunditatis restringitur. Quia
et minirum uituli ad laboris usum
uite deputati sub iugo retinentur.
Et consequenter ponit aliud exemplum de egro
desperato et de isto in alia loquitur Gregorius
6 moralium c. 3 dicens Quia pane
nam pro causa in carcere puenit qui
pro pristinis uite aspera ad mitigandum ten
dit. Sic eos inuenimus quidam immedia
les immutantes contra deum qui eos
flagellat per tribulacionem uel per infir
mitatem et hoc est stultum et irratio
nale cum frequenter infirmitas sit utilior ho
mini quam sanitas. Unde in uitis patrum
legitur quod cum quidam peteret liberari
a quartana Johannes heremita dixit tibi
rem necessariam cupis abicere. Et Cassiodorus
3 tho. Et illud quod Cesarium beatus
est magis eligendum quam sanitas. Sed
tale fecit infirmitas. Quia Ecclesiastici
31 Infirmitas grauis sobriam facit animam.
Flagella eciam dei et tribulaciones et
tedia faciunt nos fugere ad deum et
ideo considerando quod prius inter est quod nos
iudicat et quod pro nobis hereditatem
seruat pacienter deum sustinere quia
nobis irrigat. Unde Gregorius 6 moralium
c. 3 Quanto tunc prosperitate desperi
atur tam malum ex ipsa cuius omnino
sed perfecta commis. Unde tunc est pro
speritas pensando quibus malis
sit tamen sese super cetos excessibus
extollit. Narrat Seneca 6 declamacione

cionu c. 1. Quidam abdicavit filium
suum ad quem frater suus accessit rogans
quod ulterius patrem videret et abdicationis
patris tacite tacite sustineret sub quo
pacto chirographum ei dedit promit
tens se daturum ei dimidiam partem
hereditatis sue ille tacuit et filius
alius abdicatur. Tunc declamacione
facta super casum frater ille qui abdicatus est
germano suo in omnem me fortunam
frater tibi iungam comitem si militandum
est una militabimus si peregrinandum
est una pro urbe peregrinabimus si cot
tidianam rogantes stipem clamos
sam et illam tecum dividam nolui
recedere tua patris cogitatione ma
lui ut tacendo patrem vincere mee
partes heres es tunc custos. Moraliter
frater iste beatum christum designat
qui nos fratres suos vocat Ad hebr.
2 Non confunditur fratres suos vocare
pr. m. est dicens Deut. 22 Numquid
non ipse est pater tuus etc. Iste fratrem
[illegible] de nobis tacens abdicat quando
aliquem cum adversitate flagellat
[illegible] et homo tribulatus a deo cris
tus frater meus est sicut frater ille [illegible]
dixit sustineas paciencie et pri
mo nichil dicere videas et da
bo tibi hereditatem medietatem hereditatis
mee et simul in omni fortuna tecum
stabo non te deseram non dimittam
dummodo hoc unum concedas quod patri
non resumurmures quando murmura
bit homo vinces si quando patris sue
pacit [illegible] scrutemus vias vestras
et revertemur ad dominum. Greg. 9
mor. c. 32 Qui in tormentis murmur
murat iusticiam ferientis accusat
et deum ad se non sponit. Ut dicitur
8 ethi. quod qui cum rudes in causa
quae sequitur non bene disputat. et
2 elench. dicit Qui si rudens contra
argumentetur cum debeat solvere

peccat contra leges bene ludi Moraliter
disputacio doctrinalis est inter deum
et hominem deus autem licet opponere
et arguere Apoc. 3 Ego quos amo
arguo et castigo. homo est in ista
disputacione rudis Job 13 Disputare
cum deo cupio sed quod hoc habeat rudes patet
ibidem Job non potest rudere unum pro mil
le. Si ergo iste rudes pro tunc et contra
arguendo et murmurando rudeat
veniam non bene disputabitur a parte
sua sed per pacienciam sustinet sustineat
et gratias agat deo. disputacio bene
finietur. Hic rudiunt sancti martires
de quibus canit ecclesia Non murmur re
sonat nec querimonia sed corde tacito etc.

Nota quod genus murmuracionis contra deum
sunt ipsi pauperes involuntarii qui necessitate
et non virtute ad paupertatem coguntur
et ipsi sunt valde stulti quia si de sua
necessitate virtutem facerent indubitanter
eligerentur ad regnum Jac. 2 Deus
elegit pauperes in hoc mundo divites
in fide et heredes regni. multos enim
paupertas bene invitat ad vitam eternam
[illegible] Glosa quod pauper solaciis
destitutus pro carnis et corporis suis
plus appetat reparare quam ille qui habun
dat et peregrinus in terra corporalibus de
stitutus corporis facit magnas die
tas. et stultus famelicus avidius vo
lat ad prandium. et revera istorum pau
perum multo quam sunt in hac vita sunt
solaces quibus pro corpore deficiunt
sicut peregrini qui corporis pravas habent
et sicut stultus famelicus multo avidius
desiderat celeste prandium et ipsius ca
peregrinatur qua divites impugnati
et habundantes in seculo. Et est notandum
quod horror paupertatis voluntarie quam
ibi detestantur homines hiis diebus
procedit ex defectu fidei quia non
credunt deum velle sufficienter subvenire

hiis qui sunt pauperes parvo contenti et non adiuvat satiari quia pater habens multos filios plus de illo solliciatur quam qui per seipsum iuvare tenetur. Secundo quia sibi est unde posset vivere. Quoniam plus solliciatur circa filium unum infirmum quam circa decem sanos. Ita deus noster circa pauperes plus solliciatur quam circa divites. Unde psalmista: Ego autem egenus sum et pauper, dominus sollicitus est mei. De istis pauperibus male murmurantibus dicit psalmista: Ipsi vero dispergentur ad manducandum, si vero non fuerint saturati et murmurabunt. Non sic vos karissimi, sed sicut scribitur ad Philippenses 2: Omnia facite sine murmuratione. Lectio 9.

Et a detractatione parcite lingue, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit. Postquam sapiens dissuasit primum genus prave locutionis quod fit contra deum, videlicet murmurationem, hic dissuadet secundum genus locutionis quod committitur contra proximum, videlicet detractionem. Et circa hoc facit duo, quia primo ponit persuasionem devitandi detractionem; 2o assignat persuasionis rationem, ibi Quoniam sermo obscurus. Dicit ergo sic: Et a detractatione parcite lingue, quod laboriosum est si bene consideretur vexare linguam in detractione, et ratio esse potest. Omne enim quod est innaturale et violentum exercetur cum labore et fatigatione. Lingua data est homini ad duo officia et soli homini, iuxta illud de anima.

2o de a[nima]: Lingua congruit in duo opera, gustum et locutionem: in gustum propter necessitatem, in locutionem propter bene esse. Est enim homo animal politicum, hoc est civile et conversativum naturaliter, compagnum et affectionem socialem et desiderans amare et amari, et adhuc in ad bene esse. Et ad istum bonum effectum qui est amare et amari dedit deus homini linguam. In cuius figuram etiam spiritus sanctus qui amor est patris et filii vitalis organi effigie voluit apparere, non in specie manus vel auris vel oculi, sed apparuerunt apostolis dispertite lingue tamquam ignis, Actuum 2. Et ideo

Q. naturale officium lingue est multiplicare amorem in benivolentiam inter homines, et hoc est quod dicitur Ecclesiastici 6: Verbum dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos, et lingua eucharis, id est graciosa, in bono homine habundabit. Psitacus est avis quedam que potest doceri ad loquendum vocibus humanis, et de ista dicunt doctores quod nichil novit naturaliter loqui nisi verbum salutandi. Unde imperatorem dicitur naturaliter salutare, iuxta illud Marcialis epygramatum 14: Psitacus a vobis aliorum nomina discam, hoc didici per me dicere cesar ave. Unde in historia Karoli magni narratur quod cum veniret per deserti ... obviaverunt ei aves que psitaci nominantur, que statim lingua greca salutaverunt eum dicentes: Chere cesar amichos, hoc est dictum: ave cesar. Et hec fuit prima prophetia sua de imperio, nam tunc non fuerat nisi rex Francie, factus est postea imperator. Et istud aliqualiter significat quod proprium et naturale officium lingue est bona loqui et amicabilia. Et ideo quod innaturale fit cum fatigatione et labore, et ideo innuit sapiens quod homo detrahendo male dicendo laborat et innaturaliter vexat linguam, iuxta illud psalmi: Cuius os maledictione plenum est et amaritudine et dolo, sub lingua eius labor et dolor. Dicitur quod aves habentes linguas partitas nunquam bene loquuntur, et blesi dicuntur habere linguas partitas et ideo male loquuntur. Et ideo a detractatione parcite lingue. Alia littera est parcite lingue, id est divise vel duplicis lingue, et est sensus: Custodite vos a detractione partite lingue. Omnis enim de-

tractor pravus lingua sua cum decep
paratione depinga parte et quedam
bona et quedam mala profert ipse
et principaliter bona vel parvus et se-
cundarie ut mala quedam verisimilia
esse videantur. tum ecce quod comparatur omnis
adulator detractori quod adulator
blanditur in presencia et mordet in ab
sencia et ideo de eorum linguis non bi
liter dicitur ps. Sepulcrum patens est
guttur eorum linguis suis dolose a-
gebant. Ille qui in ludo scaccorum novit bene lu-
dos pictos de speciali parte convenienter
et mactare scacum. et revera ipsa dolo
si et detractores a tergo et adulato
res in facie specialiter conveniunt in
prudente. Isti portant pictam robam
in quali cum una medietas est de a
dulacione. et alia detraccione. Hec fuit
roba qua dyabolus induit qui evam
decepit Gen. 3. nequaquam moriemini
sed scit enim deus quod in quacumque
die comederitis ex eo aperientur oc
uli vestri et eritis sicut dii scientes bo
num et malum. Hec roba picta cuius
una medietas est detraccio continet
dei impositionem invidiam. et alia
adulacio continet promittens immor
talitatem et omnem scienciam. vel Bernardus quod
confusione una dira et ridiculose. lauda
verunt parte eorum isti significantur per
Amon regem amonitarum. de quo legitur
2 Reg. 10 qui tulit servos David et ra
sit dimidiam partem barbe eorum et pre
cidit vestes eorum usque ad nates et
dimisit confusos. Contra multe. Isti
detractores unam partem radunt per adula
ciones suaves et alia dimittunt
reservantes in medio. et precidunt
vestes usque ad nates. vestis hominis
est fama bona et honesta. ista ves
tem precidunt usque ad nates. hoc
est usque ad demidacionem illorum de
quibus quod loquuntur licet veracia et confundi
et ideo satis convenienter describit eos

ps. cum dicit Sepulchrum patens est guttur
eorum linguis suis dolose agebant venenum as-
pidum sub labiis eorum. Ubi describit eos esse

Receptivos immundi | sepulcrum patens
Effectivos iniusti | quod linguis suis dolose a-
Infectivos ordinem | venenum aspidum sub labiis eorum

De primo videmus quod sepulchrum recipit
induit corpus mortuum cuiuscumque
et quia non est clausum eo quod patens est
ideo fetores et horrores illius quod
recipit omnibus ostendit. et omnes circa
detectos inficit et corrumpit. Isti omnes
sunt quidem sunt receptaculum omnium
operum suorum. et eorum qui eis conveniunt
quocumque modo sive sint iusti sive in
iusti. quia nemo sine crimine vivit quod
notaverint omnibus publicant ubi
possunt nocere. et quia caret operculo
ideo nichil possunt celare. Unde
in lege vetus vas quod caruit operculo
immundum fuit Num. 19. Unde et hone-
ste persone ad talia sepulchra non
accedunt. quia sunt fetencia et horribi
litate fetorum fugiunt. Unde et qui
timet remanet confusi eorum immundicia
ostensa. quia ut dicit philosophus unusquisque
qualis est talia loquitur et in hiis
delectatur. Sicut enim ribaldi in pre
talia sepulchra non venientes sedent ut
qui in sordibus est sordescat. Adhuc
dicit per oppositum viri sancti et electi
defectus fratrum suorum quos in bona consciencia
promittit sepeliunt et occultant apo
nentes mirram compassionis et volue
tes illud in syndonem caritatis
quia caritas operit multitudinem peccatorum
Iac. 4 et ungentes illud balsamo
honeste excusacionis quando in consciencia
bona promittit Gen. 33. In electis
sepulchris meis sepelivi mortuum
meum. posuit in sepulchro novo
per distinctum modum ordinate mirram
omnis excusacionis in petra per consciencia libe
intencionis. petra enim erat cristus

Et si quandoque fingunt quod mala videntur quod
propter christum fingunt lacrimas fin-
gunt sicut non dubito de illis sunt
diabolus per orationem sue emendacionis
Nota hic de hyena. 2a est propter quod sit
essencia inique lingwis suis do-
lose quia qui sub specie pietatis et com-
passionis proponit venenum ma-
liciose intencionis et de tali dicitur
per psalmistam Os tuum habundavit malicia et
lingua tua concinnabat dolos adversus fratrem tuum
Item sunt infectivi omnis nequicie quia
venenum aspidum sub labiis eorum. Istud venenum
est valde nocivum quia sic intoxicat
quod nullis remediis curari potest. Iesus
infirmitatem possumus detractionis vix
vel cum magna difficultate sanatur
Deut. 32 Venenum aspidum insa-
nabile. Nota quod detractor per illam
bestiam significatur quam vidit Dan. 7
que similis erat urso et tres ordines
dencium erant in ore eius et dictum est
ei surge et comede carnes plu-
rimas Dan. 7. Per tres ordines den-
cium significantur tres modi artificiales
detrahendi. Primus modus est bona que
homo facit diminuere vel male ex-
ponere tamen corrupta intencione sic fac-
tum vel ex comparacione ad alium ostendere
quod non sit ita virtuose vel excellenter
suum factum ut dicebat. 2us modus
est defectus veros et occultos et
de lege caritatis celandos publicare
et exponere sub intencione fama de-
lendi. 3us modus qui est pessimus est
falsa crimina confingere et innocentibus
imponere. Isti sunt tres ordines den-
cium eius in quibus diabolus habundat contra
quos Petrus in canonica sua 1 c. 2 De-
ponentes omnem maliciam et omnem
dolum et simulaciones et invidias
et omnes detractiones sicut modo ge-
niti infantes racionabile sine dolo lac con-

Detractor significatur per bestiam quam vidit Daniel.

cupiscite. Signanter primo docet expo-
nere omnes detractiones id est tres modos
predictos quia omne et totum semper ta-
pomum quod designatur per tres ordi-
nes dencium in ore ursi et consequenter
depositis illis dentibus maliciosis
esse debemus sicut infantes qui carentes
dentibus mordere non possunt et lac
dulcedinis et suavis affabilitatis
sine dolo desiderare ut de unoquoque
nostrum verificetur illud Cant. 4
Favus distillans labia tua mel
et lac sub lingua tua. Et notandum
quod contra illud vicium debemus nos dis-
ponere ex parte virtuose contra detractorem
1o ne aliqualiter faveamus
2o ne consencialiter audiamus
3o ne pusillaniter timeamus
De primo Iacobi 4 Nolite detrahere
alterutrum fratres. Unde Ieronimus epistola 10
Nulli detrahas nec in eo defectum
putes si ceteros laceres accusamque se-
quod faciamus et contra nosmetipsos de-
sua iniquitate iudicemus et iuste
de eloquentibus iudicantes. Hec Ieronimus.
De istis eciam detractoribus loquitur Bernar-
dus super Cant. sermone 23 Omnis qui detrahit
primum quidem prodit seipsum vacuum ca-
ritate. Deinde quid aliud detra-
hendo intendit nisi ut is cui detra-
hitur veniat in odium et contemptum
ipsis apud quos detrahitur. Currit
ergo autem in omnibus qui eum audiunt
lingwa maledicta et interimit se
et necat fiduciam et extinguit
et ita loquitur unus et unum tamen
verbum profert et tamen illud unum verbum
dum in uno momento audiencium
aures inficit animas interficit. Hec Bernardus.
Omnes enim discordie lites et odia
que sunt in mundo suam habent originem
et augmentum a nimis per detractores
et per tam linguam que multos commovit

Qualiter nos debemus disponere contra vicium detractionis

et dirripit de segete in segetem. ¶ Unde fingunt poete quod Cadmus rex grecorum seminavit in terra dentes serpentinos ex quo surrexerunt milites armati qui statim se invicem irruentes acriter confluxerunt et se mutuo perimerunt ut Ovidius Methamorphoseos li. 3. ¶ Isto modo detractor seminat dentes serpentinos i. verba venenose detractionis inter illos qui debent esse amici quam quidem dentes statim crescunt in milites armatos quia verba detractorum concepta in cordibus hominum ad effusionem hostilitatis et inimicicie procedunt. ¶ Iste seminator est septimum eorum que odit deus. ¶ Sex enim odit deus et septimum detestatur anima eius unde oculos etc. et quintum unde seminat inter fratres discordias. Proverbiorum 6. et de istis dentibus in tantum pugnatores estis ut dicitur in psalmo Dentes eorum arma et sagitte. nec legimus quod aliud vicium deus expressius odiat ut persequatur quam detractionem. Unde ad Ro. 1. Detractores deo odibiles. et deus ipsemet in psalmo Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar. Dehinc vicias Greg. quare mor. super Job 19 Quare persequimini me etc. et carnibus meis etc. ¶ Quare inquit est quod qui aliene vite detractione pascuntur alienis procul dubio carnibus saciantur. Unde per Salomonem dicitur Noli esse in conviviis potatorum nec comedas cum eis qui carnes ad vescendum conferunt. Carnes quippe ad vescendum conferre est in collocatione derogationis vicissim proximorum vicia dicere. de quorum pena mox subditur quia vacantes potibus et dantes simbola consumentur. potibus vacat qui de obprobrio a-

lione vite se inebriant. ¶ Simbolum vero dare est sicut unusquisque solet pro parte sua cibos ad vescendum ita in confabulatione detractoris verba conferre. Sed vacantes potibus et dantes simbola consumentur quia sicut scriptum est omnis detractor eradicabitur. hec Gregorius. ¶ 2o quidem debemus ne detractionem faciliter audiamus. Unde Bernardus super Canticum sermone 24. ¶ Porro detrahere aut detrahentem audire quid horum dampnabilius sit non facile dixerim. abhominabile est audire ut conferre cum homine cuius dentes sunt crispati ut stomachus repletus fetidis et malis humoribus quia talis habet anhelitum nimis gravem et sicut tales quod omnes bestie vescentes crudis carnibus habent ora fetencia et abhominabilia. et etiam detractor multo magis. ¶ Hoc autem debent nobis esse fetencia et abhominabilia omnia detrahencium. Sapientie 18 Proverbiorum 24 ¶ Cogitacio stulti peccatum est et abhominacio hominum detractor. ¶ 3o cavendum est nobis ne detractionem pusillanimiter timeamus. ¶ Multi enim propter obprobria detractorum a bono proposito retardantur et hoc est valde fatuum. unde secundum doctrinam Gregorii 6 moralium c. 11 detractores hominum despiciendo et contempnendo superare debemus. ¶ Expedit enim nobis sepe quod alii nobis detrahunt. Unde Gregorius 22 moralium c. 12 ¶ Quia inter hec sciendum quod ne immoderatis laudibus efferatur plerumque miro pietatis moderamine eis detractoribus laxari permittitur ut cum nos vox laudantis elevat lingue detrahentis humiliet. ¶ Et eadem sententia ponitur in Canone 6 q. 1 ¶ Sunt plurimi. Unde Boecius de consolacione li. 2 assignat causam quare omnes populi veri et certi ap

Cadmus rex grecorum seminavit dentes serpentinos

Verba detractionum fetent non debemus audire

parietes persecucionum passi sunt a regi-
bus. Unde dicit Boecius. Auctoritas an-
tiquitatis ac seriales quorum ut est
pre vetustate nec intellectus memoria
fac[ere] potuisse primus igitur nichil aliud
in clade decrevit nisi quod omnes moribus
insolitis studiis in[com]parabiliter dissimili
videbantur. Ista nichil aliud est
quam admiracio si aliquis in terrestri
loco contemplacionibus agitemur procelle
quibus hic maxime propositum est pessimis
displicere. Item Seneca de copia verborum
Unum est tam triste laudari a turpibus
quam laudari ob turpia. Lector esto
quia necesse displicere malis malorum
dicte malas estimaciones vincit
et in cui laudacionem ascribere verum
ipsis detrahebant. Quia enim quando sequebar bo-
nitatem. Isti sunt tonsores mone-
te legalis, corruptores legati
regalis, exhumatores cadaveris
funeralis. Est ergo prima clare fame
sicut moneta legalis quam nullus potest
refutare. Sed si fuerit diffamata vel
attonsa perdit pondus et imaginem
et iam non recipitur loco precii sicut
prius. Secundo detractores nituntur
confundere bonos viros defraudando
eos iusta predicacionis et at-
tondendo circumstancias acquisicionum
per diminucionem ut opus non appa-
reat ita virtuose factum sicut circum-
stancie signant. Et ideo tales sunt
vocandi monete legalis tonsores
iniuste. Sicut dicit Aristoteles 4 de animalibus
c. 2 habent aculeum loco armorum per
que extrahunt sanguinem. Secundo
simplices fatui et novicii quicumque
sunt pre valoris detrahentes sicut
et extrahere sanguinem corporis i. de-
fectus occultos nescientibus divul-
gare. Ecclesiastici 8 Venit musca igneus

fimiam in domo pharaonis. Secundo sunt impe-
ditores testamenti regalis. Rex
cristus moriturus statuit heredibus fi-
liis testamentum pacis. Jo. pacem re-
linquo vobis pacem meam do vobis Joh. 14
hoc testamentum possunt impedire
detractores. Tercio sunt exhumatores ca-
daveris funeralis. Dicit Aristoteles in de ani-
malibus li. 8 c. 2 hyena est animal mitu-
ferorum similis lupo multum diligens
carnes humanas que frangit intrat
sepulchra et exhumat corpora
mortuorum ut eorum carnibus satietur.
Ista bestia aptissime gerit figuram
detractoris. Homo per peccatum mortuus se-
pelitur a bonis quando quis in instancia
permittat eius peccatum occultatur et
tegitur, fama et firma manet
integra. Sed quando facit detractor
violat sepulchrum et ideo est infa-
mis secundum iura 6 q. 1 infames.
Exhibet carnes fetidas et comedit
et aliis ad comedendum distribuit
cum defectus occultatos et lapsus
fortassis anime ad mentem eius
reducit. De talibus dicit Jeremias 12 secundum
aliam translacionem: Numquid spelunca
hyene hereditas mea mihi. Et premittitur
parum ante: facta est michi here-
ditas mea quasi leo in silva dedit
contra me vocem suam ideo odivi eam.
Hereditas cristi gentes. Psalmo 2 Pete a me et
dabo tibi gentes hereditatem tuam. Secundum
hoc hereditas dat vocem contra cristum
quando hyena per detractionem sit spelunca
eius. Est ideo a detractione custodi-
Os quod · Scite vos · lectio 10
mentitur occidit animam.
Propterea sapiens dissuasit
duo pessima loquendi genera, vi-
delicet murmuracionem contra deum et detractionem
contra proximum. Hec consequenter dissuadet
tamen quia homo peccat specialiter

Fama clare fame est sicut moneta legalis

Hyena est animal mitum diligens carnes humanas

contra seipsum utique mendacium. Est enim
mentiri contra mentem dicere. Homo autem
quodammodo est intellectus secundum philosophum
hic est intellectus est nobilissimum et
dignissimum quod possit in homine reperiri.
Et ideo homo qui contra mentem dicit
contra seipsum facit et ipsius necem [?] dis-
suadet tali homini. Illud quod animam
hominis occidit spiritualiter hic est ad
mortem eternam adducit et gratia pri-
vat que est vita hominis id est omnis
cavendum [?] tale est mendacium [?]
[?] homo bene ponit materiam in
littera cum dicit Os quod mentitur occidit animam.
Est hic quod inuale est et monstrosum quod
os sit causa et instrumentum ut oc-
casio occisionis anime. Quia id instrumen-
tum precipue ordinatur a natura ad con-
servandum vitam anime sicut in omnibus
operibus suis patet. Nam per os respiramus
sine qua operacione vita anime
in corpore non salvatur. Et per os a-
limentum recipimus masticamus et
deglutimus. Per os affectiones anime
exprimimus. Per os pacem dicimus amiciciam
et benivolenciam in osculis sine ma-
cula designamus. Est igitur mirabile
et dignosum [?] et contra naturam quod os animam
occidat. Et ideo signanter dicit Prover-
biorum 10 Vena vite os iusti os autem im-
piorum [?]. Et Proverbiorum 21 Qui custo-
dit os suum et linguam custodit ab
angustiis animam suam. Secundo dico
quod mendacium dedecet spiritualiter homi-
nem propter hoc est enim homo. Est 3o

Racionalis		indago		ho
Formalis [?]	dei	effigia [?]	go	rot
Naturalis		ymago		mda

go. Hic est investigacio et masticacio [?]
et propter hanc causam fuit est intel-
lectualis a deo. Et ei repugnat fal-
sitas mendacii. Cum enim veritas sit
bonum intellectus constat quod falsitas
sit eius malum et corrupcio. Unde

Augustinus Enchiridion 22 Unus naturalis fugit
naturaliter falsitatem et quantum potest devi-
tat errorem. Unde falli nolunt
etiam qui amat fallere secundum Augustinum. Et
ideo sicut omnis creatura racionalis appe-
tit veritatem et scienciam naturaliter ita crea-
tura omnis racionalis detestari debet
mendacium. Quin in aliqua figura legimus
Gen. 3 quod quando dyabolus primo mentiri co-
gitavit noluit in alia effigie natura-
lis nisi vel serpentina effigie apparere
quia nobilitate sue nature per qua racionalis
erat mendacium displiceret sed talis
bestie formam accepit que nature humane
magis inimicatur et repugnat. Quartum [?]
quod mendacium venenum est nature humane.
Sicut enim venenum corpus occidit ita
mendacium animam. Sicut habetur supra in littera
et quanto anima nobilior est corpore tan-
to natura decior mendax venefico
et ideo racionabiliter sunt combinabuntur
in die iudicii et a societate dei et sanctorum
expellentur. Apocalipsis 22 Foris canes
et venefici et omnis qui amat et
facit mendacium. Foris inquit canes.
Videmus ut aliquando mendicantes in
curia pape pro negociis expediendis
accedunt ad pallacium et inter fores
seu portas expectant donec possint per
aliquem intrare ad papam. Sed quando
pulsatur foras cum campana statim
omnes recedunt extra et tristes quia
pro illa die spem colloquium non habe-
bunt. Et ideo statim egrediuntur palla-
cium et ad sua hospicia vacui rever-
tuntur. Summus pontifex est Christus
ad Hebr. 9 Christus assistens ponti-
fex futurorum bonorum. Pater et pro-
curat ad eius curiam venient in die
iudicii omnes homines. 2 Cor. 5 Omnes
nos manifestari oportet ante tribunal
Christi et tunc dicetur quibusdam Dicetur
quod intret ad Christum. Nam unicuique

est inuale et monstrosum quod os animam occidat

Sic creatura naturaliter racionalis appetit veritatem et scienciam

iusto dicetur quod intret ad cristum et
dicetur intra in gaudium domini tui Mt
27 et cito post intrabunt hominem in vi
tam eternam. sed aliis campana pulsante
vel tuba sonante clamabitur page
los foras foras quia Mt 13 malos
autem foras miserunt. sic erit in consum
est quod sicut se habet virginitas ad continen-
tiam vel castitatem, sic magnificentia ad li-
beralitatem generalibus cum habet pro ma-
teria quoscumque sumptus et usum pe-
cunie in dando, sicut patet 4 ethicorum. Sed
magnificentia habet materiam specialem in qua est
maior difficultas scilicet magnos sump-
tus. Ita se habet ad continentiam. Promittit abs-
tinere ab omni experimento veneree voluptatis.

Utrum sicut se habet virginitas ad continentiam sic magnificentia ad liberalitatem

illicite quia est contra leges matrimonii
Ergo ad virginitatem pertinet quod mentem
habeat immunem ab omni corruptione concupiscentie
venereae voluptatis illicite vel licite
Ex istis patet quod virginitas
carnis non est virtus sed sola virginitas
mentis Prima omnis virtus est habitus
mentis / 2° quia aliud mentis potest naturaliter
esse mentis et virgo loco deviginte quia est
virtus / 3° vel quod hec sancta patet quia mulier
posset opprimi vel impregnari violenter
manente tamen habitu virtutis in
mente sua uniformiter Et sic loquitur
Augustinus 1° de civitate dei c. 18 et 19 ubi
dicit expresse quod si violenter oppressa fuerit
pudicitia non est virtus animi nec pertinebit
ad illa bona quibus bene vivitur sed
in bonis corporis annumerabitur quemadmodum
sunt vires pulchritudo sanitas et
huiusmodi Et ponit exemplum quod quedam ob-
stetrix integritatem cuiusdam explorans
sive malivolentia sive imperitia sive casu
fregit et perdidit eius virginitatem Sed
contra est quod dicit Augustinus quod mentem factum est
dicere ad pudicitiam pertinere 3° declaratur
quod in libro sexto per solam voluptatis ex-
perientiam voluptatis sit corruptio virginitatis
que est virtus dico voluntariam adeo ex-
cludendo experientiam per coactionem
vel somniationem 4° declaratur quod de-
us potest virginitatem amissam denuo
reparare sicut potest quamcumque aliam distorti-
nationem vel vulnus corporis munire
et hoc accipiendo virginitatem primo modo
de dicto scilicet secundum quod accipitur virgi-
nitas pro in experientia veneree delec-
tationis non corrupta deus non potest
reparare ut fiat incorrupta et loquitur
de corruptione voluntaria Sed prima ar-
gumentum quod arguitur quod virginitas est aliqua
patet per predicta Ad 2m dicendum quod habitus
talis virtuosi respuendi omnia venerea

ad voluptates sicut patet ibi quantum
ex actibus et est augmentatum quamvis
medium videatur quod propositio assumpta
sit falsa non enim omnis virtus quantitatis
ex actibus quia pauper potest habere habitum li-
beralitatis secundum quem operaretur si subesset
materia ex sola doctrina dictis et in ex-
perientia experiendi Ergo dicendum vel-
dicere quod omnis virtus naturalis est secundum speciem
suam ex actibus quantum aliter non posset
pauper esse magnificus vel liberalis
non fortis nisi per exercitium contra lu-
xuriosos quod non est verum Ecce in christo
fuerunt iste virtutes ante actus Ad 3m
patet quod virginitas que est virtus magis au-
fertur iustitiae sicut dictum est Ad 4m
si diceretur quod votum esset de ratione virginitatis
que est virtus sicut videtur Augustinus dicere tunc
non potest perdi sine peccato Aliter potest dici
quod est virtus tanta quod adeo nulle obli-
gatur sub precepto nisi voluntate Ideo potest
amitti sine peccato Ad quintum quod vir-
ginitas que est virtus potest recuperari per
penitentiam quantum ad habitum virtutis et tunc
dicetur virginitas non virginitas propter quamquam
inexperientie preteriti Ergo vir talis
persona habitualiter sicut ancilla pertinebit in
proxima ratione Ad sextum concedit
quod in infidelibus nulla est vera virtus quia
non refertur ad debitum finem et per
consequens deficit christiana finis que
est maxima Ad septimum virginitas
non recedit a medio recte rationis sicut
nec magnificus recedit autem a medio
recte rationis est obmittere ad cetera que
oportet fieri secundum dictamina recte rationis
Similiter virgo non abstinet ab omni
delectatione quia tunc foret insensibilis
vel agrestis agrestis sed abstinet solum
ab omni delectatione venerea sicut quod
multas alias exprimit sicut nam speciales

Quid sit recedere a medio recte rationis

videlicet habet ad mulieres delectaciones
Et dicitur 10 ethicorum. Ad octavum dicendum
quod intencioni datur propter duo. Primo
una aliquando sic datur quod quasi de consue
tudine ad illud obligatur aliquando sic
datur quod sufficit quod aliquis vel aliqui de
illa intencione hoc faciant. Ut aliquis
conventui precipitur quod una missa di
catur pro uno homine et hoc sufficit de co
nventu quod celebret. Primo datur propter
tu de comedendo toti quare sufficit quod
pertinet ad communitatem indivisum. 2o
modo datur propter quandam quod spectat
ad multas homines et tamen licet cuilibet illorum
soluto pulchre animos possit querere
et hoc potest esse in materia. Ad nonum
de platone fatue fecit sacrificando et
ut conformaret se infidelium ritui.
Ad decimum dicendum quod qui habet virtutem
unam habet aliquo modo omnes non tamen perfecte
sed qui habet rectam racionem que constituit
medium in omni virtute. Non enim quilibet
liberalis habet perfecte magnificenciam nec
omnis continens habet perfecte statum virgi
nitatis sed participat aliquo modo comma
perfecte et facilius detestatur delec
taciones illicitas. Lectio 39

Et spado qui non operatus est per
manus suas iniquitatem
nec cogitavit adversus deum
nequissima. dabitur illi fidei donum
electum et sors in templo dei accep
tissima. Postquam primus supra commendavit
excellenciam castitatis in sexu fragili
id est feminis hic consequenter commendat cas
titatem in sexu fortiori scilicet masculi
no. Et circa hoc duo facit. Nam primo
excludit ea que repugnant ipsi virgi
nitati et 2o subiungit ea que dabuntur
perfecte castitati ibi Dabitur enim. Circa
primum excludit duo. Primo carnales dele
ctaciones que consistunt in actu. 2o car

nales cogitaciones que sunt in cogi
tatu. 2o ponit ibi nec cogitavit. Notandum quod
sic non solum mulier sancta et casta
habebit fructum in respicione animarum sanctarum
primus et spado et eunuchus vel castra
tus quicumque virtuosus. Vocatur enim castra
tus spado quia cum spata aliquis castratur.
Sed vocatur eunuchus quia bene vincens
ab eu quod est bonum et nicos quod est victo
ria. Distinguit tamen grammatica inter istos
tres terminos eunuchus spado et cas
tratus. Castratus dicitur qui castrus natus sit
naturaliter frigidi et impotentes ad generandum.
Spado dicitur qui ductus castratus. Sed eu
nuchus qui voluntarie se castrari per
mittit. Luc. Castratum ita fit vi sicut
ta spadone. Efficit ubicas eunuch
us sola voluntas. Sed ista dicta patet
ut nichil valent. Quia gentiles an
tiquis eunuchos fecerunt propter
tres raciones. Primo ut diu in eis vox
puerilis maneret. 2o ut essent apti
ad custodiendum dominas quia ex tunc fili
os ut filias heredes facere non po
tuerunt. 3o ut eis more zodomitico
sacrilege abuterentur dummodo quia ex tunc
semper manebant imberbes. Castrati
enim dimictitur nunquam barbescunt.
Accipitur spado in proposito generaliter pro quo
cumque virtuoso abstinente ab actu ve
nereo qualicumque voluntate et virtuose
Sicut supra accepit supra pro quacumque
virtuosa spiritualiter non secunda. Et
isto modo homo potest generare et caste vi
vere amore dei. Sed vocatur spado quia
vir potissime delectacionis virginitate
emigrari sunt viri castissima et religiosa.
De quibus loquitur salvator 19. Sunt
eunuchi qui castraverunt semetipsos
propter regnum celorum. Et de hoc dicit Ysaias
56 Hec dicit deus eunuchis qui cus
todierunt sabbata mea et elegerunt/

Quare gentiles castraverunt filios suos/

que ego volui et tenuerunt fedus meum dabo eis in domo mea et in muris meis locum et nomen melius a filiis et filiabus. ¶ Utrum liceat alicui castrare semetipsum propter continentiam servandam et videtur quod sic Matth. 5 et 18. Si autem oculus tuus aut manus aut pes tuus scandalizet te abscide eum. Scandalizare est dare occasionem ruine. Item propter sanitatem corporis conservandam licet homini se mutilare. ergo a multo fortiori propter virtutes et salutem spiritualem. Contra, art. 19. Non eunuchizetur. Item Origenes legitur hoc fecisse de seipso non propter servandam continentiam sed propter vitandam infamiam et malam suspicionem ut posset libere in occulto predicare tam mulieribus quam viris ut dicitur 6 li. ecclesiastice historie tertio capitulo propter secundum continentiam. Ad oppositum quia non est suadendum hoc licere in casu de quo Matth. 19. Sunt qui absciderunt seipsos. Dicatur de quo amputaverunt vitia non fiat clericus qui fuit castratus et dicitur 1 distinctione. Sunt in inimicis. Dicitur quod clericus fuit et abscidit seipsum omnino deponetur quasi sui homicida. Et hic est talis quod propter quod homicidium possit fuisse secutum. Ad primum illa auctoritas non intelligitur de membris abscindendis sed nomine partium corporis vocat amicos carnales qui sunt familiares speciales ut notum ut alliciant ad peccandum precipue a familiaritate nostra. ¶ Ad secundum negandum est quia pro salute mentis non posset talis membrum abscidere. Ymmo magis irritamentum prestat si prorsus eorum passiones ullas se dominetur. ¶ Ad tertium de Origene multe devotionis actus fuit. Nec fuit propter hoc impeditus ne esset sacerdos ordinatus sicut notat glo. distinctione 55 Si quis abscidit

sed factum fuit non per traditionem ecclesie. Tales enim decipiuntur et retorquent in se suo ventre peccandi intendunt sic quasi dicere. Talis igitur spado erit felix in futuro propter suam virginitatem in presenti. Ergo tunc oportet quod duobus modis careat ad hoc quod conservet virginitatem perfectam. Ubi a contactu manuali libidinoso ad provocandum delectationem carnis et cogitatu mentali voluptuoso ad excitandum imaginem corporis ut carnis. Unde dicit quod felix est spado qui non est operatus per manus iniquitatem quis ad primum nec cogitat adversus deum nequissima quoad secundum. Ex quo patet quod tactus impudici sunt peccata mortalia. Et secundo quod morose cogitationes ad delectationem carnalem ordinate nequissima sunt in genere mali carnalis. Eccl. 18. Dicitur nequus quod cogitaverunt eos et sanguinis concupiscentie ibi dabitur illi ex electis repugnantibus virginitati subiungitur illud quod propter hoc dabitur castitati et dicit quod dabitur illi id est vita casta fidei donum electum id est vita eterna in contemplacione dicitur quia fidei sue cedet et omnibus fidelibus promittitur. Apoc. 2. Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam vite. Et non solum hoc primo dabitur ei sors in templo dei id est in celo acceptissima id est aureola singularis prerogative ~~singularis~~ virginitatis que est coram deo nobilissima et acceptissima ideo quia est condecens christi et matris sue et omnium angelorum. Est enim virginitas virtus angelica ut infra dicetur. ¶ Dubitatur tertio utrum virginitati debeatur aureola et videtur quod non quia si sic ubi esset perfectior virginitas magis deberetur aureola sed perfectissima virginitas fuit in christo

Utrum liceat alicui seipsum castrare &c

Utrum virginitati debeatur aureola.

et in beata virgine et tamen non eis debetur
aureola quia nullam pugnam sustinuerunt
in continendo et per consequens nulla fuit in
eis victoria spiritus super carnem. Ergo si
eis ratione virginitatis non debetur aureo
la in quibus tamen fuit potissime virgini
tas, videtur quod nulli alii ratione virginitatis
debeatur. Respondeo: maiorem difficultatem
in abstinendo a venereis sustinent
vidue quam virgines. Ergo maiorem
habent victoriam si bene vivant. Sed eis
non debetur aureola. Ergo nec virginibus.
Assumptum patet ex dicto Ysidori de summo bono
loquentis et dicentis: Quanto maioris
difficultatis est experte a quibusdam
voluptatis illecebris abstinere, tanto
maius est premium. Et Hieronymus de caeli
batu dicit quod iuvenes corrupte magis
appetunt coitum propter rememorationem
earum delectationum. Ergo etc. Respondeo: tanti me
riti est castitas coniugalis sicut virginitas,
sed castitati coniugali non debetur aureo
la. Ergo etc. Assumptum probatur per Augustinum
de bono coniugali capitulo 20 et allegat
magister Thomas 4 distinctione 33 et b. Dicit autem:
non est impar meritum patientie in Petro
qui passus est et in Iohanne qui non pas
sus est; sic non est impar continentie
meritum in Iohanne qui nullas expertus est
nuptias et in Abraham qui filios genuit.
Respondeo: naturali necessitati non est virtus premium,
sed quidam sunt naturaliter impotentes ad
generandum sicut frigidi et castrati a na
tivitate. Ergo in istis saltem virginitas
non meretur aureolam. Respondeo: secundum Augustinum de
sancta virginitate et allegatum fuit contra
precedens: Virginitas est continentia qua
carnis et anime integritas ipsi creatori
vovetur, consecratur et servatur. Ergo non me
retur aureolam nisi quando cadit sub vo
to ut videtur. Respondeo: ponatur quod aliqua
virgo nubat, tamen tunc cum copulam car

nalem moriatur. Queritur autem utrum ista habe
bit aureolam virginitatis an non. Si non, contra:
quoniam contrahens cum tali non fieret bigamus,
di. 34 Valentis. Ergo contraheret cum virgine,
quia omnis contrahens unam cum vidua vel
corrupta est bigamus, di. 33 Maritum
et extra de bigamis Nuper. Si habeat
aureolam, contra: illa non est virgo mente,
quia secundum Augustinum de nuptiis et concupis
centia virginitas est in carne corrup
tibili incorruptionis perpetua meditatio.
Sed ipsa fuit in proposito solvendi virgi
nitatem, ergo perdidit virginitatem. Respondeo: po
natur quod aliquis voveat virginitatem et postquam
eam corrumpat mente, quia vult omnino ex de
liberatione committere actum luxurie. Iste
est corruptus mente, ergo non habebit aureo
lam. Contra: est integer carne et postquam
eum penituit, ergo recuperavit virginitatem,
ergo habebit. Respondeo: habeat aliquis voluntatem
non nubendi et postea descendat contrahere,
numquam habebit aureolam. Ad oppositum sunt
communiter doctores. Ad questionem dicendum quod sic.
Ad cuius evidentiam notanda sunt quedam. Primo
quod premium duplex dabitur, scilicet essen
tiale et actuale. Premium essentiale consistit
in fruitione essentie divine clare vise.
Premium actuale vocatur quodcumque gaudium
quod non est de deo clare viso sed de creatura.
Secundo notandum quod premium actuale dicitur dupliciter:
primo dicitur specialiter gaudium de aliquo
actu anime in presenti excellente victo
riam habita mediante in presenti. Aliquo modo dicitur
communiter gaudium de quacumque re creata.
Tertio notandum quod actus excellentis victorie
in presenti sunt esse in triplici pugna secundum triplicem
pugnam, quia habemus pugnam contra carnem,
contra mundum, contra dyabolum. Contra carnem
excellentissima victoria est virginitas que
est virtus per quam utrumque respuit omnes ve
nereas delectationes tam licitas quam
illicitas sicut in presenti lectione dictum

Locut(us) mu(n)du(m) h(oc) e(st) co(n)t(ra) malos h(omin)es
mu(n)danos q(u)i bonos p(er)seq(u)unt(ur) et
conte(m)pnu(n)t p(er)fectissima victoria e(st) mar-
tiru(m) p(er) c(ri)stu(m). Con(tra) dya(bolu)m q(ui) fal(si)s
suggestionib(us) nos c(on)tinue conat(ur) seduc(er)e
p(er)fectissima pugna e(st) p(re)dica(ti)o. s(i)c doct(ri)-
na qua homo semetip(su)m no(n) solu(m)
b(e)n(e) regit s(ed) alios erigit et i(n)str(ui)t
et istis trib(us) pugnis ho(min)u(m) v(ir)ginib(us)
m(a)rt(yr)ib(us) et doctorib(us) tres aureole de-
put(a)nt(ur) p(ro)pt(er) tres act(us) excellentes et
p(ri)vilegiatos victorie. Q(ua)rto notand(um) q(uo)d
b(ea)titudo essencialis vocat(ur) metaphorice
corona vel aureola. b(ea)titudo u(er)o vel
gaudiu(m) actuale debitu(m) op(er)ib(us) ex-
cellentib(us) victorie vocat(ur) aureola. et
h(oc) p(ro)bat(ur) q(uia) o(mn)e gaudiu(m) i(n) beatis
de creat(ur)a e(st) min(us) q(uam) gaudiu(m) esse-
nciale de deo. et ideo p(er) t(er)minu(m) di-
minutivu(m) op(or)tuit denotari. Q(ui)nto
notand(um) q(uod) o(mn)e gaudiu(m) q(uo)d fit accide(n)t-
ale s(ed) aureola e(st) i(n) a(n)i(m)a ita e(st) aureo-
la i(n) corp(or)e p(ro)p(ter) aliq(uo)d signu(m) evi-
dens illi (con)gruens redundabit
q(uo)d quale et no(n) e(st) michi notu(m).
¶ Sed p(ri)mu(m) i(n) oppo(situm) de virgine glorio-
sa tenet s(an)c(tu)s thomas q(uod) aureola(m)
h(ab)uit et t(ame)n nulla(m) pugna(m) a carne
s(ed) ab hoste h(ab)uit temptac(i)ones de car-
ne. De c(ri)sto et q(uod) no(n) h(ab)et aureola(m)
form(aliter) s(ed) r(ati)one aureole. q(ui)a t(ame)n
iste aureola i(m)portat victoria(m) p(ar)ticu-
la(rem) ab aliis q(uod) c(ri)sto no(n) co(n)venit i(n) quo
e(st) plenitudo victorie. et simil(ite)r i(m)p(or)-
tat q(uod) aureola ab aliq(u)o a p(ri)ncipe
(con)feratur. S(ed) al(ite)r dica(tur) q(uod) iste t(ame)n
victoria de d(omi)n(ati)o(n)is sup(er) car-
ne et c(ontr)a n(ost)r(u)m respec(ti)o(n)e(m) que no(n)
fuit i(n) c(ri)sto nec i(n) m(ate)re (de)i. S(ed) q(ui)a
fuit plen(u)m d(omi)n(iu)m r(ati)onis ideo ha-
buit aureola(m) ex alia ca(us)a debita
tam eis quam nobis. ¶ S(ed) s(e)c(un)d(u)m dic(itur)

q(uod) si attendamus ista(m) una(m) occasio(nem)
temptac(i)onis carnalis que e(st)
recordac(i)o exp(er)te volupt(at)is q(ue) s(e)q(ui)t(ur)
q(uod) h(oc) e(st) i(n) viduis et no(n) i(n) v(ir)ginib(us)
R(espondeo) s(ed) t(ame)n i(n) eis imagina(ti)o quedam exp(er)-
te lascivie. cu(m) o(mn)ib(us) istis e(st) ebur-
c(on)cupiscens q(ue) sit desid(eri)u(m) experien-
di de c(ar)nis p(ro)p(ri)etate. s(ed) h(oc) magis de-
p(er)dat vide(n)s modicu(m) ut q(uo)d
nu(m)q(uam) videt qua(m) v(ir)i(?) monast(er)iu(m)
¶ R(espondeo) e(st) c(ons)uetudo maioris maioris
delectationis q(uam) sit i(n) rei vi(si)bile. R(espondeo) 2o
v(ir)ginis ... et t(em)p(or)ib(us)
(con)tinuatis. et ideo semp(er) l(ong)o pug-
na v(ir)ginu(m) e(st) difficilior q(uam) vidu-
aru(m). ¶ Ad 2m dic(itur) q(uod) no(n) i(de)o dat(ur) v(ir)-
gini aureola q(ui)a e(st) maioris meriti
q(uam) e(st) dist(i)nct(i)o(n)e(m) singularis victorie
vel dominij sup(er) carne(m). Unde ka-
therina habet aureola(m) v(ir)ginis et no(n)
magdalena. et t(ame)n no(n) e(st) maioris
meriti cu(m) castitas (con)iugalis et cas-
titas q(uae) q(uae) no(n) co(m)parant(ur). S(ed)
castitas (con)iugalis antiq(u)or(um) pot(er)at
co(m)parari v(ir)ginit(at)i legis nove et
excede(re) et excedi s(ed) no(n) s(ci)l(ice)t iste
due p(er)sone co(m)parant(ur) i(n) m(er)ito
q(uia) q(uae) una h(ab)eat aureola(m) et alt(er)a
¶ Ad 3m dic(endum) q(uod) no(n) tales na(tur)e casti(tatis)
(con)fer(un)t s(e)c(un)d(u)m c(or)p(u)s suo m(er)ito et
tunc h(ab)ebu(n)t aut nu(n)c s(ed) su(n)t i(n)te-
rrupti et tunc no(n) h(ab)ebu(n)t. ¶ Ad q(ua)rtu(m)
de dicto aug(ustini) dic(endum) q(uod) aureola v(ir)gin(ita)t(is)
(con)petit an(im)ab(us) h(abe)ntib(us) p(ro)po(situ)m abstin-
endi a venerea volupt(at)e s(ed) illud
p(ro)positu(m) nu(n)q(uam) fuit essencialit(er) int(er)-
ruptu(m) p(er) exp(er)iencia(m) oppositam
usq(ue) ad morte(m) dat(ur) tali. Si v(er)o
fuit essencialit(er) i(n)t(er)ruptu(m) nu(n)q(uam) h(ab)e-
bit. Si no(n) fuit i(n)t(er)ruptu(m) p(er) (con)po(si)-
tu(m) co(n)t(ra)riu(m) sine effec(tu) s(ed) p(er)sona

forte qsciit ex delibacione racti ve-
neru distinguendinē ul q̄ postea
penitz de isto qß quē wym opus
seqbatur et tūc ad hūc habebit aure-
olā q̄r uirginitas q̄ ē ritus p pmaz
restituit̄ ul si nō peccet actualit̄
te et cū. Jnq̄ua habebit eā dato q̄
salueť. Qd sextū pide q̄r idez
apostū carlis qnmpiōnis abluit
p pmaz dolens q̄ distrainerat
apostū qtinedi ul nō si sic habebit
si nō nequaq̄. Et sic Johes ewan
gelia uirginitate pdita q̄n crisaus
eū dempens uiolete nube mo
rauit ſm jo m̄ et uls partōs nō
q̄ orupcas uiduces bigamiaz est
solucas integritatis carnis nō cor
ruptis mētis. Qd septimū dicit sit
pz p p̄dicta. Qd octauū ex dictis
pz q̄ multe uirgines ſm carne cade
būt ī celo aureola uirgīs p̄taille q̄
moriunt̄ cū sponsis nubendi eēt cor
rupte ſm carnē mate cū spōsis
qtinedi sic fuit de ossis a bar
banis habebūt aureola de pueris
infra etatē utriusq̄ sexus nō ui
dēo quare aureola hr̄e ſz ī quibꝫ
nec fuit uirginitas q̄ ē ritus nec
victoria aliq̄ ſm carnē. Sermo 2us

Bonoꝝ enī laborū gloriosus
ē fructus. Sap. 3. Verba ista exaudiat
Tradip sapie. Postq̄ sup̄s s̄
declamit q̄ qtinēa uirgialis habebit
ī futuro triumphale remunacōne
hic assignat tante remunaconis racōn
ponit aūt racōm ī duplici exemplo
pm̄ ē ī opabilibus. 2m̄ ē ī nura-
libꝫ. pm̄ ē tale ī omi gne opa-
bilium quāto labor ē gmor tanto
merces q̄ruide eēt maior ut patz
ī agricultura et dimilia acti edifi-
o et ī omi arte. Sz similia cont
carnē ē optimꝫ labor et opti

ma agricultura ē colē tra carnis
et laborosissime ē edificacio statue ī car
ne templū cristi. g̃ tali melior agri
culture ul edificaciōis merces optīa cor
rūdet. Hec omia sūt uirginitas et hec
dimit q̄n dicit. Bonoꝝ ei la. glo. ē fr̄c
q. d. ēt maioris laboris ē qiugium
q̄ uiduitas et uiduitas q̄ uirginitas
ita fructus glosior debetur uirginitati
q̄ uiduitati et uiduitati q̄ qiugio de
putaē. Et hoc ē q̄ dicitur Luc. 8. Aliud
cecidit ī tra bona et ortū fecit fructū
centuplū. Mt 13. Dedimit fructū aliud
centesimū aliud sexagesimū aliud tricesimū.
Et conuenienter fructus centesimꝫ de
betur uirginibꝫ. Quia enī centū deca
es decem qui ē nūs quadratꝫ quia
dece. Homo enī naliter quiq̄ sensus ex
teriores et quinq̄ potencias spirituas
interiores sicut 2. decaa. Jn istis sensibꝫ
uiget p̄uitas concupiscē et uomi
tus carnis. Jux illud Gen 8. Sensus
eni et cogitacio humani cordis pna
sūt ad malū ab adolescencia sua. Ergo
g̃o uirginitas istas dece potēas cog
nitiuas et spirituas ducit ī decē
madata decalogi p̄fecte cas iux
illa madata regulando merito eius
fructus centesimꝫ q̄ruidet et ideo
bonoꝝ laboꝝ glo. 2o ē exemplū ī na
turalibus et ē tale ī omi arbore et
planta et herba bonitas fructus surgit
nitti ex bonitate radicis et eo
de modo ē ī moalibꝫ q̄r radix ī mo
ralibꝫ ē caritas. Jux id ephe. 3. Jn
caritate radicati et fundati. Quato
aut caritas ē maior tāto meritū ē
maioris acceptacionis apud deū. Sz
uirginitas ex maiori caritate procedit. Ergo
ei q̄ruidet melior fructus et hoc ē
q̄ dicit. Et q̄ nō cadat radix sapie
hec ē boni laboris qui sūt ī victoria
passionum carnaliū. Jdeo habent bonos

et glosa fructus qui procedit a ra
dice sapientie que est caritas scilicet timor filia
lis Eccli. 1 Radix sapientie timor domini et
ista radix timoris qua de causa sequitur
ibidem rami eius longevi Glosa
id est fructus De quadruplici bono fructu
legimus in sacra scriptura Est enim

fructus { mora | virgina | doctrina | eterna } lis
{ fecundi | sancti | fertili | felici } tatis

Secundus ergo fructus est fructus virginalis
fecunditatis scilicet virginis gloriose de
qua et de quo Luc. 1 Benedicta tu in
mulieribus et benedictus fructus ventris tui Benedicta
igitur inter mulieres Tu es enim

apis mellifi | vitis letifi | tellus fructifi | ficus fortifi — cans
apis dulco | vitis odo | tellus bonis | ficus vigo — ris

Primo igitur dico apis dulcoris
mellificans Eccli. 11 Brevis in volatilibus est
apis et initium dulcoris habet fructus
illius apis brevis est in modo humilis Tu
es vitis odoris letificans in canticis psalmo
dicitur Eccli. 24 ego quasi vitis fructificavi
in suavitate odoris Tu es tellus
fructificans de qua psalmista propheta dicens
Terra mea dedit fructum suum Tu es
ficus vigoris fortificans Joel 2 lig
num attulit fructum ficus et vine
a dederunt odorem suum Narrat
plinius li. 12 c. 6 quod in india est
ficus mirabilis modo fructifera Est enim
fructibus ita onusta quod pre pondere ra
mi deprimuntur ad terram et rursus de
terra resurgunt folia habet ita lata quod
cooperiuntur ad modum pelte Unde
sub illis foliis latitant homines et in
tecta sub umbra iocundissima poma
ita dulcia quod pre dulcedine a comede
tibus pro miraculo reputantur Mater
ista ficus est figura et parabola

De quadruplici bono fructu legimus in sacra scriptura

virginis benedicte Luc. 13 Arborem fici
dispositam parabola quod cum habet ramorum
longitudinem foliorum amplitudinem et
pomorum dulcedinem Rami in hoc sunt
potencie anime scilicet memoria intelligencia
et voluntas cum potenciis spiritualibus ista
rami sunt pleni plenitudinibus
memoria devocione intelligencia con
templacione voluntas dilectione propter
compassione filii cum sunt onusti
isti rami virtutibus gratiis et meritis
quod usque ad terram se inclinavit per humili
tatem cum dixit Ecce ancilla domini Luc.
1 Secundo ista ficus habet foliorum latitudinem
amplitudinem quod ad modum pelte
protegens sunt homines et virtutes Et ra
tionabiliter virgo ista tanta habet ubertatem pote
ncie et gratie in curia regis summi quod
tam homines viventes rationabiliter quam in
mortuis id est homines viventes bestialiter prote
git et defendit si ad eius presidium
velint habere refugium Michee 4 Se
debit vir sub ficu sua Tertio ficus
ista tamen in fine habet poma dulcia
quod eius suavitatis pro miraculo a come
dentibus reputantur Maria filio suo recta
cena fructibus ineffabilem confert
dulcedinem ut dicat una quaque psallens
illud Cant. 2 Sub umbra illius quem
desideraveram sedi et fructus eius dulcis
gutturi meo Ergo benedicta tu in mulieribus
et benedictus tertius Ita fructus tuus est

fructus { lu | cri | du | mi } cis

Fructus lucis est
puritate Prov. 3
primi et purissimi
fructus eius et cetera

1 Fructus crucis est in omni verbis
fructus caritatis per passibilitatem Prov. 11 fructus
iusti lignum vite Fructus ducis pro no
bilitate sit dicitur quod ad fructus est regat
Eccli. 24 flores mei fructus honoris et

Beata maria comparatur ficui mirabili fructifere

honestatis ffructus amici est grata
te. Est enim maior et forti de primis
nitibus et a pueris valde diligitur
et sunt eius prasie. Et est ista modo
crisdo in fucalinu pom et apud qui
les valde prasie. Cant. 6. Descen
di in ortum meum. Item una littera. Et
Cant. 8. Vinea afferet fructum meo
mille argenteos. Igitur bonum si ve
litis gustare istum fructum distabis
istam ficulneam. Prover. 21. Qui servat
ficum comedet fructus eius. Iste enim est
2us fructus de quo dictum. Primus autem fructus
bonus de quo legitur in scriptura sacra
est fructus moralis sanctitatis que consistit
in operibus prime iustitie et causis di
cit. Mt. 3. Omnis arbor que non facit fruc
tum bonum excidetur et in ignem mit
tetur. et Luce 3. Facite fructus dignos
penitentie. Est autem de multis hominibus et de
operibus prime et etiam sicut de fructu
palme. Dicitur enim de palma quod eius
fructus non est utilis donec fuerit cente
narius. Unde narratur quod milites
Alexandri comedentes dactiles
palmarum inventum mortui sunt. Ideo
valet iustus comparatur palme. In psalmo
Iustus ut palma florebit. Opera autem iusta
non apparent dulcia usque post centum
annos, id est post finem vite sue. Ecce
annos dicens homines ut
certum. Et ideo intimum oportet
pacier expectare. Iacob. 5. Pacientes
estote fratres usque adventum domini. Ecce
agricola expectat preciosum fructum terre
pacienter ferens donec
Sed de illa ficulnea de qua
narratur Mt. 21 ubi dicitur quod christus
esuriens rediens in civitatem et videns
ficum unam iuxta viam divertit ad eam et cum
non invenisset in ea nisi folia tantum ma
ledixit fici et ait numquam ex te

nascatur fructus in sempiternum et sta
tim aruit. Ista ficus designat divi
tes avaros quos tamen deus ditavit
ut fructificarent per elemosinas. Christus
esurit quandocumque pauper esurit
ut ipse exponit Mt. 25 Esurivi etc.
Venit ad ficulneam quando pauper venit
ad divitem et nichil invenit nisi folia
id est verba. ibi pauper recepit nisi verba aut a
indubitatis. Tali ficui deus in die iu
dicii maledicet quando ei cum aliis dicet
Ite maledicti etc. Et ideo signanter
dicitur Eccl. 5 Qui amat divitias
fructum non capiet ex eis. Non dicit qui
habet vel qui dispensat sed qui amat ad
servandum. Unde de illo adventu mor
te dicitur dyabolus Dan. 4 Succidite ar
borem et dispergite fructus eius. Succidi
te arborem vos corrosores et dis
pergite fructus eius vos executores. Ita
repugnantes in corpore faciunt
carnis corruptionem et executores
ordinates defuncti faciunt operum
dispersionem. Et tunc primo cognoscitur
quod qui amat divitias etc. Ut dicitur
de vegetabilibus quod arbores quedam
plantate in diversis locis faciunt
primo fructus acidos postea dulces
et tandem amaros. Et fructus talis
pirami datur ex utraque extremitate et
in medio habet figuram lateris. Talis
homo pauper datus omni mundo et tota
intencione sua extendens ad hoc quod
qualiter fiat dives facit fructum in
principio valde acidum et durum. ieiu
nat vigilat parcit laborat et ser
vit nichil dulcedinis est tunc in operi
bus suis. Sed postea cum factus fuerit di
ves ad tempus ludit expendit et
datur et tunc est fructus suus
dulcis. Sed hec dulcedo non durat. Nam
statim cedit ad mortem et tunc operum
dispersione de testamento et relinquere alii

eius dicas suas et iste fructus
non appetit ut cadat nec dulcis est amarissimus quando debet dimittere terras quas
coluit per ea qua gemuit aulam et
cameras quas curiose edificavit filios et filias et uxorem quam amavit
et delectabiliter nutrivit. Isidorus Sap 3 vana
a. est spes illorum et labores sine fructu
IIIo est bonus fructus doctrinalis fecunditatis et istum fructum colligit christus
a doctoribus predicatoribus et prelatis
omnibus loquitur Ioh 7 posui vos ut eatis
et fructum afferatis et fructus vester maneat et Sap 16 non nativitatis fructuum pascit homines sed sermo tuus hos qui in te
crediderunt conservat. De istis arboribus
est quarta. Primo quedam arescunt per nimietatem

Quedam arescunt / frutescunt / marcescunt — per nimiam siccitatem / nimiam curiositatem / vel virentis malignitatis

nimia siccitate quod non habent humorem
devotionis nec zelum animarum. Eccl 9
Super eorum cupiditate est inquisitio faciunt fructum. Non sic fit de primis predicatoribus
plantatis in ecclesia primo ipsi fuerunt rigati per gratiam per contemplationem inebriati
Eccl 24. Dixi rigabo ortum plantationum et inebriabo partus mei fructus.
IIo alie frutescunt per nimiam curiositatem quando surculi scilicet pulli frutices
crescunt circa arborem tunc subtrahunt ab ea humorem. Ita quando studio
curiosa et subtilia cum proponuntur. Multi
homines subtrahunt ab ea devotionem predicandi verbum dei. Proverbium de bonis
Eccl 10 vitis frondosa est fructus
adequatus est ei. IIIo quedam marcescunt
per vicii virentis malignitatem et sunt tales
qui dimittunt predicare propter obloquia
detractores et odia et sunt sicut in Iuda
nubes sine pluvia que a ventis circumferuntur arbores autumpnales infructuose. IIIIo bonus fructus est gloriosus

fructus eternalis felicitatis quem percipiet
quando christus aut dicet de corpore recepti
illius Prov 31 date illi de fructu manuum suarum et laudent eam in portis
opera eius. Istos fructus contemplando debemus gustare si propter ipsos habendos fortiter pugnare velimus. In quo figura
malogranata ficus et uve de terra
promissionis filiis israhel ostense fuerunt et allati fructus et uve de terra
promissionis aliqua indurate. Num 23
quasi alias parum terra tale difficultates
desperassent. Istos quod beatus Andreas
fructum celestem dulcedine prius
gustaverat ideo tamen ad illos anhelabat quod per arborem crucis quasi per scalam
ad eos cupiendo ascendit. 1o Cant
1 Ascendam in palmam et apprehendam
fructus eius. ~~pro~~ sciens quod bonorum
laborum gloriosus est fructus. Lectio 4

Filii autem adulterorum in consumatione erunt et ab iniquo
thoro semen exterminabitur
et si quidem longe vite erunt in nichilum reputabuntur et sine honore
erit novissima senectus illorum. Fi-
IIo ssimis potest continuari secundum duplex
2 de anima est continuatio speciei in esse
quod cum res sint naturales corruptibiles
nec possint manere specie secundum individuum
voluit benignitas creatoris rebus ab
eo creatis in speciei et communicare potentiam
producendi sibi similia in specie. Unde comm.
2 de anima commento 37 Sollicitudo divina cum non potuit facere permanere
secundum individuum misit ea in eis in dando ei virtutem qua potest permanere
in specie. Et in hoc non est dubium quin
melius est ipsis esse ut habeat hanc
virtutem quam ut non habeat hanc aut
potestatem generandi in natura corporea personali 1 homine sub duabus legibus

honestatis sine quibus non posset conue-
nienter matrimonium fieri ad cultum dei ut
supra dictum fuit. Deus constituit
personas hominum sexum et unum sexum
ut sit mulier unum ut una commu-
nionis indiuidualiter coniuncta. Et ideo
matrimonium viri et mulieris lege con-
iunctum multa vitabit consuetudines.
Et qui istas leges transgrediuntur supponunt
ponentes homines similes bestiis et
sine hominis voluptate et fidem
coniugii non seruantes. Ideo eos sanctus Thomas
in ista parte specialiter redarguit quales
sunt illi qui castitatem violant coniu-
galem. Et circa hec duo facit. Primo
ostendit in prole sua generationis instabilitatem.
2o honeste generationis nobilitatem
ibi ibi c q. O quam pulchra est.
Et circa primum duo facit. Primo ostendit qua-
ut quando talis generatio non est dualis
2o quando si non contingat quod dicit non est
finaliter honorabilis ibi. Et si quidem.
Dicit ergo primo sic filii autem adulterorum
id est filii geniti in adulterio sive ex parte
te viri sive ex parte mulieris in con-
summatione erunt id est in suo fine. Et hec
non diu durabunt. Et hec id dicat
quod est in suo fine et ab iniquo thoro
semen exterminabitur. Iniquus thorus
est lectus illicitus concubitus. Et quia
aliquando contingit hoc in paucioribus quod
homines sic geniti sunt diuturne
vite. Ideo consequenter dicit quod talis generatio
non est finaliter honorata. Et intelligenda
sunt hec omnia de generatione tali quae
imitatur scelera parentum sicut tales
generati quando solent esse vel consue-
uerunt esse. Non enim est impossibile quod
tales qui patiuntur defectum nata-
lium sint more gerenda et boni ut dicitur
de bono coniugali c. 21 et ponitur
in decretis d. 32. q. 2 sine sacramento

unde causa quod non a sacris honores sicut peccati vi-
cia non sectetur et dum recte colat ho-
nesta et salui erunt. Quemadmodum ex
qualicumque honore dei causa est eo ma-
le viuere male erit. Filius enim non por-
tabit iniquitatem patris Ezechielis 18. Et
ideo sciendum est quod hos quoscumque sunt
hominis filii sive sacerdotis sive adulteri
sive fornicatoris sive coniugati virtuosus
esse potest si ratione et libero arbitrio uti
voluerit virtuose. Sed quia accidit oppositum
ut frequenter mala educatione est in ea
et imitatione scelera parentum. Est enim
homini connaturale illos imitari a quibus
educationem et informationem accipiunt.
De imitationibus enim scelera parentum
dicitur. Et si quidem longe vite erunt
in nichilum reputabuntur. Et dato quod
deus eis concessit longam vitam in putri
in nichilum id est inter peccatores computabuntur
quia peccatum nichil est et ut sunt honores
cum peccant secundum Augustinum. Contrarium autem
dicatur de generatione iustorum infra c. 4. Quantum sunt inter filios dei
Et inter sanctos sors illorum est et non
solum quod generatio inique fuerint quia
sine honore erit nouissima senectus illorum.
Et hec est rationale quia honor est premium
virtutis et attribuitur tantum bonis 4 ethicorum
c. 2. Cum ergo non fuerint virtuosi in pueritia
etate sicut nec in medio irrationabile
foret quod honorem in senectute consequerentur.
Et istud est contra quosdam qui se venditi-
cant honores ex solo lapsu temporis quia se-
nes sunt et nichil in senectute valuerunt
nec umquam ad magnum virtuose fecerunt.
Sed ipsi senectutem vendicant sibi honorem
tum dicatur infra c. 4. Etas senectutis
vita immaculata et ideo iuuenis bene vi-
uens multo debet habere honorem senectu-
tis et senex male viuens verecundi-
as sine honore. Hec est tertia species eorum
quos deus odit senex fatuus et in-
sensatus Ecclesiastici 25. Dubitatio litteralis

Utrum filii debeant aliquod dampnum propter de-
fectum natalium reportare. Et videtur quod
non. Ezec. 18 filius non portabit iniquitatem patris
quandoque malum est in coitu id est in opere peccati
tamen partui. Item largitur deus bona natu-
ralia equaliter illegitimis sicut legitimis
sicut videmus quod tales sunt aliquando
eque bene ingeniosi et eque fortes.
Item cum igitur homines in quantum nichil debet
ab eis subtrahere in quantum sunt persone
quod due persone conveniant quibus sunt
equaliter condite de ipso mundo cont-
ingit tamen in foro ecclesie. Item aut filii
sunt legitimi aut non. Si sunt legitimi, non
sunt geniti in matrimonio legitimo ergo non
sunt legitimi. Item non convenit legitimus filius
est quando est genitus de matrimonio legitimo
vel de eo quod in foro ecclesie legitimum reputatur.
Ad oppositum sunt iura canonica et civi-
lia quia in ecclesia filii illegitimi repelluntur
ab ordinibus et beneficiis ecclesiasticis
et secundum iura repelluntur ab hereditate
quadam. Ad questionem dicendum. Cum ad dicatur
dampnum inferre dupliciter, primo quando aliquid
hoc quod ei subtrahitur quod suum est vel ei
debitum, alio modo quando hoc quod ad ne-
gatur ei debitum quod alias in eum poterat
esse fuisse debitum. Primo filius illegit-
timus non irrogatur dampnum, sed ~~modo~~ secundo
modo infertur ei duplex dampnum. Unum
quod non admittitur ad actus legitti-
mos, sicut ad officia et dignitates que
honestatem requirunt in clericis que eam decent.
Aliud quod non succedit in pater-
na hereditate. Pertinet tamen ad sollici-
tudinem eorum compellere parentes ad susten-
tationem eius sicut patet de lege naturali et
in educatione. Extra. Ad secundum
quod inferre dampnum hoc secundo modo non est
esse penam, sicut non dicimus quod sit pena
alicui quod non succedit in regno,
quod non est filius regis, et sic non est pe-
na alicui. Per hoc quod non est illegitimus .I.

non debentur ei ea que debentur legit-
timis. Ad 3m medicina est contra vitium. Cavetur
enim iure quantum potest ne matrimonia me-
lius consummentur. Unde quod homo naturaliter
diligit prolem propter hoc quod lex cavet ne
illegittimi consequantur dignitates
vel alia que debentur legitimis, ut homo
pro pena tali ab ecclesia statuta
contentus est propter legis retrahitur ab
adulterio et fornicatione. Ad 4m
quod tales apud ecclesiam iudicantur
legitimi dos patet de opposito.
Utrum autem liceat viro occidere uxorem
suam in adulterio actu deprehensam
videtur quod sic quia tale homicidium iura
civilia non puniunt sed permittunt
ut dicatur. Contra, affectus quod non licet uxo-
rem interficere quamvis permittatur quod interficiatur
quia uxoricidia prohibetur a matrimonio
metuum secundum canones. Dicendum quod ho-
mo licet viro interficere uxorem nec
in actu nec extra post actum nisi forte
agendo civiliter coram iudice contra
eam vel tamquam accusator vel
index dicatur reum occidere nec ecclesia
approbat legem illam sed aliqua talis
sit lex tamen in quantum sunt contradicunt
iam et in crementum maiorum
quod vir licet qui deprehendit uxorem ac-
tualiter adulterantem. Nota quod ux-
oricidium non est consilium quod interficiatur
sed consilium punitur secundum leges ecclesie
ad cohibendam ferocitatem hominum ne
uxores occidant. Ad quod sit valde
proximum 33 q. 2 Inter hec. Item sicut 27 q. de
modo remisse in glo. filii autem adultere.
Nota circa omne adulterium et notandum quod habet
vicium periculum et magis ob per esse tribus

legibus actu contra personam
R prolis per usum procreatione
date fidei violatione

De penis vero que incurrunt qui mechati sunt
aliquando cum uxore alterius et adulterium

Nota hic de magnitudine vitiorum adulterii

perpetrauit cum uxore proximi sui inte-
rficiatur et mechus et adultera. Quamuis
pena tanta qua utraque persona digna est
statuatur morte. eadem pena punitur hoc
peccatum secundum leges mundanas nec
recipitur aliqua redempcio. licet ecclesia
illis legibus non utatur. Iohannis 8.
Scribe et pharisei adduxerunt ad
cristum mulierem in adulterio de-
prehensam dicentes. Magister hec mulier modo
deprehensa est in adulterio. In lege Moy-
ses mandauit nobis huiusmodi lapi-
dare. Patet ergo quod grauiter punitur. Hoc pec-
catum a domino 2 Regum 12. cum David adul-
terium esset cum uxore Urie. non re-
cedet aut gladius de domo tua
usque in sempiternum eo quod despexe-
ris me et tulisti uxorem Urie Ethei.
In huius peccati grauitate assignanda pro-
hibicio adulterii in decalogo ponitur
immediate post prohibicionem homicidii.
Unde Clemens papa. In omnibus pecca-
tis quid adulterio grauius. Secundum enim
in penis tenet locum. et in prohibicioni-
bus quodammodo homicidio applicatur
adulterium. Tercio quia enim uir et mulier sunt
sit una caro. qui aufert uxorem suam
alicui idem est ac si semetipsum sibi
auferret. sicut fit in morte. Unde quo-
niam uidetur quod sit homicidium mutilacio et
corrupit eum sine fructu terrene
sobolis. quia quod aufertur cum sit carna-
lis melius est quam terrena soboles. Quar-
to omnis culpa est. cum quibus filia-
bus fuit. fraudatur enim ut concupiscentie
impleat suas. Quintum autem adulteratur
adulterat quia per corporis copia peccat
suam. 6o peccatum huius criminis pe-
riculum ex prolis presumpcione
quia solet esse frequenter mala et inho-
nesta. Unde et ipse penam et mutilacionem
cum ipse defectum castigacionis quia ta-
les pueri uel dimittuntur cum matre a-
non castigat filium uel cum concubi-
nis quam de nudibus pueri nichil
curant. Unde fiunt insolentes ingrati
degeneres et uiciosi. Et hec contra an-
glicos commatur Bonifacius martir
scribens regi anglorum sicut per istam pruden-
ciam diuulgatum est et nobis in Fran-
cia et in Ytalia improperatur et ab
ipsis paganis in improperium nobis obiciatur
spretis legittimis uxoribus adulteri-
is ad modum Sodomitice gentis fe-
dam uitam ducere. De tali commixtione
meretricum estimandum est esse degene-
res populos et spernentes libidine et
ignobiles fore procedendos et ad extre-
mum uniuersam plebem ad deteriora
et ignobilia uergentem et nouissime nec
in bellis secularibus fortem nec in fide sta-
bilem nec honorabilem hominibus nec deo
amabilem esse uenturam sicut aliis
gentibus Hispanie et Prouincie et
Burgundie populis contingit qui sic a
deo recedentes fornicati sunt quod
etiam detestantur aues que suos com-
pares non dimittunt. Tercio peccati huius
criminis magnitudo ex data fidei uio-
lacione. uiolatur enim fides data
coniugii in sacramento. Unde mulier
adultera peccat in deum uiolando
sacramentum. peccat in uirum ducendo fi-
dem eius frangendo. falsos heredes sub-
stituendo peccat et in prole quam dam-
nificat reddens eam inhabilem
ad ecclesiasticas dignitates. Peccat et
in proximum quem admittit. et frequenter
de adulterio nascitur homicidium et
membrorum mutilacio. et huiusmodi David
dicitur quod cum in adulterium cecidisset
precepit occidi fidelissimum militem
suum 2 Reg. 11. 23. Omnis mulier

relinquens virum suum peccabit et sal
tuens hereditatem ex alieno matri
monio: primo cum in lege dei altissimi
incredibilis fuerit et 2o virum suum
dereliquerit 3o in adulterio fornicata
est et ex alio viro statuit sibi filios

Et si celerius [lectio 27]
defuncti fuerint non habebunt
spem nec in die agnitionis
allocutionem. nationes enim inique
dire sunt consummationis. proposita
prius scilicet quod adulterine generationis pro
genitores suos vestigiis insequentes
puniuntur per temporalem dejectionem ...
... si tamen diuturna vita eis concedatur
hic ostendit quod puniuntur eternaliter si vite
diuturnitatem minime consequentur. Et circa
hoc duo facit quia primo ostendit suam intenti
onem. 2o assignat intentionis rationem ibi Nati
ones. Circa primum ostendit quod duo mala
hominem malum occupant in die iudicii
scilicet conscientie desperatio quantum ad se ipsum et
sine respiratio quantum ad eum. Et verum
omnino est hoc quia iudex eum reprobat
et ipsemet desperat. aliquis tamen est con
solatio est reis damnandis quod sperent
salutem et presidet damnari. errans
se cum aliquo quod fuerit. Et sic dicit Augustinus
ethicus ... si qui utrumque concurrit ex parte
rei desperatio et ex parte iudicis de
precatio reprobatio et tunc est omnimoda
desolatio. Ergo sic est in morte iniusti hominis
quia ictu oculi et iudex sua sententia
et reus sua conscientia. iudex condemnat
et reus desperat. et hoc est quod dicit
Et si celerius. in iuventute vel defuncti
fuerint non habebunt spem. circa de
speratio quantum ad se ipsos. nec in die agnitionis
presumptio erit ex parte dei sive beatitudinis
veniens ex dei gratia et meri
tis precedentibus. 3o scilicet Daniel 26 c. 1 In
iustis ut nulla fuerint multa si fuerint

infideles et postea peccaverint. Vel
nulla est in eis spes quia nolunt
comparare sine ... non est comparare ...
presumere. Nos solum autem desperabunt
sed etiam iudex eos reprobabit statim. Unde
subditur in littera nec in die allu
cutionem agnitionis supple habebunt.
Dies iudicii vocatur dies agnitionis
ex omnis personas quas in illo die erit
agnitionis omnium personarum et omnium condi
tionum tam bonarum quam malarum omnium
hominum qui fuerunt et qui futuri sunt
ut ibi tunc quentur (?) que est agnitionis
sine declinationibus 2e 3e 4e et 5e.
Daniel 7. Iudicium sedit et libri a
perti sunt. Dicitur in die agnitionis quia
tunc Christus illos agnoscat quos
modo quodammodo ignorare videtur. quia
tunc liber vite plenarie ostendetur.
Ecclesiastici 24. Hec omnia liber vite est testa
mentum altissimi et agnitionis veritatis.
In illa autem die non habebunt mali
allocutionem id est excusationem seu de
fensionem de peccatis suis ut allo
cutione id est consolatione desperanda
liberentur. Daniel 8. Erit allocutio
cogitationis et cordis mei. ut
allocutionem id est liberationem nulla erit tunc
sententia interlocutoria nulla appellatio
quia tunc non valebit medela appel
lationis nec cautela dilationis
quia statim dabitur sententia et statim fiet
executio. patet igitur quod ista duo in
iustum hominem occupant in morte
vel conscientie desperatio et iudicis re
probatio. Ergo de iusto dicitur opposi
tum. Iustus si preoccupatus in morte fuerit.
2o assignat istorum rationem dicens Na
tiones enim inique dire sunt consummationis.
Quia dire iniquitatis erit ea quas illas ge
nerationes supra nationes habebunt
dira id est crudelem et iniustam consumma

nos que fuerunt de cuiusquis thoro generati
sed que fuerunt ne alter consciati inde
erunt dire consumacionis. Ecclesiastici 2. Re
spiciate filii naciones hominum quia nu
sperauit in domino et confusus est quis non
permansit in mandatis eius et derelictus
est. De dira consumacione tocius mundi
per peccatum exceptis illis octo scilicet diluuio
patet Gen. 7. De dira consumacione quinque
ciuitatum propter vicium contra naturam patet Gen. 19.
De dira consumacione septem gencium cum
filiis Israel patet Josue 7 et de maccabeis
de dira consumacione nacionis iudeorum
patet tempore Tyti et Vespesiani. Unde sa
pientis constat quod naciones iniquae dire
sunt consumacionis. Nota quod motus natura
lis intenditur in fine. Unde debilior
est in principio et in medio quam sit in fine.
modo consuetudo est altera natura et ideo
mala consuetudo deducta per parentes
in filios quanto diutinior tanto uehe
mencior dicitur eos dei paciencia voluerit
ultra tollerare. Et ideo Thobias seni
or postposuit filiis suis precipiens de ciui
tate Ninive cum aduenerit quod post
mortem suam et uxoris sue nullus
Ninive maneret. subiungit etiam
Video enim quod iniquitas eius finem
dabit ei. Thobie 14. Iniquitas enim
gentis abbreuiat eius duracionem. Figura
Unde sicut notat magister in historia scolas
tica Gen. 6. Non permanebit spiritus
meus in homine in eternum quia caro est
eruntque dies illius viginti centum annorum
Centum viginti annos non in mensura vite homi
num est quia post diluuium homines vix ul
tra [illegible] excesserunt sed centum viginti an
nos fuerunt tempus quod deus hominibus
tunc peccatoribus ut penitentiam agerent antequam
diluuio delerentur et fuit hoc decimo
centesimo anno quo incepit archa edifi
cari. et archa fuit in edificando
100 secundum Strabum. quod tamen quamuis

illos tempore dato deus ad penitentiam uocabatur
totaliter ad peccatum abbreuiatum est 20
annis promissione diuina et centesimo
anno deleti sunt. Et hoc multum notabile
Job 24. Dedit ei deus locum penitentie et
ille abutitur eo in superbiam. 1 Petri 3.
Sustinuit eis paciencia temporis a diebus Noe
cum consumacio qui ambulauerunt in lux
uriis quia totum ista leccio et precedens
est semper de malis filiis qui malos
patres in suis sceleribus imitantur. Et si
celi desuper. Sicut non hic speciem. Inter
defunctos talis inuenitur differencia

	rem per spem lucran-		Primi
Alii	spe et re priuan-	tur	sunt
	sub spe rem consola-		illi

qui ab omni peccato immunes sunt et ad
nullam temporalem penam obnoxii mori
untur. Et de talibus dicitur Prouerbiorum 14. Spe
rat iustus in morte sua. Et ideo Ecclesiastici 1.
Timenti deum bene erit in extremis et in
die defunctionis sue benedicetur. Alii
sunt qui spe et re priuantur. sicut illi qui
in peccato mortali decedunt. De quibus
Prouerbiorum 11. mortuo homine impio nulla erit
spes ultra et Sapientie 13. Infelices sunt et
inter mortuos spes illorum. et sic de
functus potest dicere illud 2 Machabeorum 6. Ma
num omnipotentis dei nec viuus nec de
functus effugiam. Tercii sunt qui sub spe consolantur. et
hii sunt qui cum peccatis ~~mortalibus~~ venialibus uel
cum pena incompleta decedunt et ideo
ad locum purgacionis mittuntur. De quorum
spe potest exponi illud Prouerbiorum 13. Spes que
differtur affligit animam et de spe
defunctis 2 Machabeorum 12. Sancta ergo et
salubris est cogitacio pro defunctis ex
orare ut a peccatis soluantur et ipsos iu
uare suffragiis elemosinis et operibus
pietatis est maxime precipuum. Ad quod nos
mouere debent quatuor raciones

Triplex differencia defunctorum inuenitur

Pena | | punitur | | pro
benivolentia | | digni sunt | | mo
indigentia | qua | opprimuntur | tur | nent
confidentia | | recompensationem | | nos

debemus ad eos iuvandum pena qua pu-
niuntur que est valde magna excce-
dit enim omnem penam sensibilem huius vite
secundum beatum Augustinum. Ista questuarii qui por-
tant indulgentias et pro domibus hospi-
talitatum mendicant per mundum nar-
rant et exponunt fratribus quos cernes
cum palitiis cum igne infernali per-
cussos sustentat domus pro qua mendi-
cant et quantis ~~horrabilibus tormentis~~
horribiliores defunctos nominant tanto ma-
gis provocant auditores ad subveni-
endum. Est autem racionabile quod magis indi-
genti ceteris paribus subveniatur. Secundo ad
hoc monet benivolentia qua digni sunt
iuvari cum enim sunt in purgatorio con-
liciam allicientem ad crimina. Propter hoc
enim quod ab de malorum societate
removentur inveniunt [illegible] sanctitatis et
consuetudinis bone vite. Unde primo

allegat periculum mali consorcii. 3o
assignat modum qui tradit unam ibi
Consummatus. Circa primum dicit Raptus
est ne malicia mutaret intellectum eius
et ne malicia corporis quasi diceret homines mu-
taret intellectum eius practicum. cuius ratio est
quia ~~corrumpitur~~ corrumpitur ubi in homine
Unde personis pluribus corrumpitur aliquando
per actus de ordinacione. Primum tangitur
cum dicitur Ne malicia. 2m cum dicitur
Aut fictio. Intellectus enim practicus est
principium operandi. Unde quando ita est
quod prava practica corrumpitur in homine
omnia facta sua fiant prava. Et ideo quia
rectam iudiciam corrumpitur per malam
concupiscentiam et acquiritur habitus con-
trarius virtuti ibi est etiam malicia et lon-
ge peius est quando quis pervertitur ex com-
passione. Aut ne fictio deciperet
animam eius. fictio est in illis qui male
operantur in quibus tamen recta estimacio-
nis est corrupta quia operantur mala con-
tra conscienciam scientes se mala facere. Utrique
istorum pertinet ad maliciam. Dicens
est quia necesse in hac vita oportet vivere
inter peccatores quantumcumque homo sancte
at ad creacionem peccatorum quod semper
erunt aliqui mali bonis commixti
in omni societate. Dicit de Augustinus ad
Vincencium donatistam. Et
ponitur in canone [illegible]. Simpliciter
inquit vigilo disciplina domus
mee. homo sum inter homines vivo nec
michi arrogare audeo ut domus
mea melior sit quam archa Noe. ubi
tamen inter octo homines unus reprobus inven-
tus est. aut melior sit quam domus A-
brahe. cui dictum est Eice ancillam
et filium eius. aut melior sit quam do-
mus ysaac. cui de duobus geminis
dictum est Jacob dilexi. esau autem
odio habui. Simpliciter autem fateor
coram domino deo nostro qui
testis est super animam meam. ex quo deo

fuit accepi · quam sicut spiritualem corporaliter
sunt meliores quam qui in monasteriis
perfecerunt · ita non sunt peiores corpora-
libus quam qui in moribus defecerunt · Et
ideo in quacumque societate homo ponatur non
poterit omnino evadere quin inter peccatores
consistet · et ideo oportet praelatos vitia
malorum corrigere · et quod non possunt
corrigere sustinere · Nam tales deus qui est
iudex superior reservat · Unde Gregorius
20 moralium c 18 · Nullus perfectus est qui
inter pravitates proximorum mala patiens non est
quia cum equanimiter aliena mala
non tollerat ipse ... per impatienciam testis
est quod a bono plenitudine longe
distat · abel quippe esse renuit quem caym
malicia non exercet · Sic grana sub
paleis premuntur · sic flores inter spi-
nas producuntur · rosa que redolet cre-
scit cum spina que pungit · Duos namque
filios habuit primus homo · scilicet unus re-
probus · et alter electus fuit · Tres quoque noe
filios archa continuit quorum duobus in humi-
litate persistentibus · unus ad fratris irri-
sionem venit · Duos filios abraham
habuit quorum unus innocens · alter fratris perse-
cutor fuit · Duos quoque ysaac habuit
unus in humilitate fundatus · alter non
sed nascens reprobatur · Duodecim
filios iacob genuit quorum ex eis
unus per innocenciam venditur · ceteri per
maliciam non fratris venditores fuerunt
Duodecim quoque apostoli in ecclesia sunt sicut ele-
cti ne inprobati maneret unus eis ad-
mixtus est qui eos persequens probaret
Sic namque iustus peccator cum malicia vi-
git sicut cum in fornace aurum palea
cum ~~...~~ igne succenditur et ingitur et
quia ardet palea aurum purgatur
Hinc autem in vite boni sunt qui in boni-
tate persistere et inter malos possunt
Dicit Gregorius quando 1 moralium c 11 · Neque enim
valde laudabile est bonum esse cum
bonis sed bonum esse cum malis · Sicut
enim commemorat culpe est inter bonos

bonum non esse · ita immense est preconii et bo-
num inter malos extitisse · Job 30 frater
fui draconum et socius strucionum · et
Canticorum 2 · Sicut lilium inter spinas ita amica
mea inter filias · Dicendum est per tertium est

De — rebellione / dissolucione / pugnacione — ad — reconciliacionem / religionem / quietam — vitae

Deus electos suos transfert tripliciter · Primo
transfert existentes in statu peccati et in
iusticie sive originalis sive actualis ad sta-
tum gracie et penitencie · sicut victores rex
expulsos profugos et proscriptos et in
extraneis regionibus vagantes revocat
gratiose et ad proprias reconciliacionem ad-
mittit · ita christus suos rebelles re-
cedentes a deo per peccatum et exulantes
in regione dyaboli et in regione umbre
mortis transfert misericorditer in regnum
suum et repatriare permittit · De isto exu-
lis translati fuerunt paulus · petrus · mag-
dalena · matheus · et multi alii · inter
quos Augustinus de quo sic legimus in-
venit se Augustinus longe esse a deo in re-
gione dissimilitudinis tamquam audiret etc.
De ista translacione Colossenses 1 · Eripuit eos
de potestate tenebrarum et transtulit in regnum
filii sui · In tempore yemali in tempore frigido
quando omnia sunt quasi semimortua · tunc prius
deus ortulanus transfert de loco ad lo-
cum bonas arbores primas et herbas
evelles eas radicitus a terra in qua
steterunt primo · ac per talem transplantacionem
aliquando steriles fiunt fertiles et fructuose
que prius fuerunt steriles et inepte · Tempus
yemale et frigidum est tempus tribula-
cionis et adversitatis · Christus est mo-
raliter ortulanus sicut estimavit maria
Johannis 20 · Iste ortulanus immittit quandoque
peccatoribus yemem tribulacionis infir-
mitatis et angustie · et sic transfert
eos per confessionem et contricionem
in ortum ecclesie et facit eos fructife-
ros et fertiles qui prius et steriles
extiterunt · Johannis 3 · Translati sumus de

Sed in quacumque societate homo ponatur inter peccatores consistet

Deus transfert electos de rebellione ad reconciliacionem

demorte adiuita qm diligimus ¶ 2o
tusfert deus electos suos de dissolucione
ad religionem sicut ortulanus arbores
plantas delicatas fructus optime ppe vi
am et in loco qui ubi frequenter mo a
bestiis leduntur mo aribaldis excutiuntur
ergo stat sine diminucione in via qui ita
quod intus aut vix perduat fructum suum
ad maturitatem qui ledutur in gmibus
qui germinat vel in flore qui floresat
vel in fructu qui maturesat Ideo cum
plantam transfert in viridarium vel in
ortum suum bene gclusum ut fructificet
integre sine impedito fructus totus
ad usum dni reservetur ¶ Isto modo modo
cristus aliquam videns personam aptam ad
fructificandum in terra que stat in mundo
qui est via qua omnes transeunt per
gemmas et flores per sanctum propositum
per multa bona proponit facere quod statim
leditur a bestiis i. bestialibus hominibus
dativis voluptatibus huiusmodi vite vel ex
cutitur a ribaldis an fructus matu-
ritatem et impeditur et agitatur a per
simis mundanis hominibus sic quod vix
aliquis fructum boni operis perduat ad
maturitatem Tales igitur cristus transfert
aliquando in ortum sancte religionis
De quo Cant. 5 Veni in ortum soror
mea sponsa messui mirram meam
cum aromatibus meis ¶ In isto ergo orto
sunt mirre penitencie et aromata sancte
doctrine De hac translacione in ps.
Vineam de egipto transtulisti de egip
to i. de tenebris mundanis ¶ ¶ 3o de
us transfert electos suos de peregrina
cione ad quietacionem Videmus enim
aliquem hominem qui in aliquo officio
humili seu laborauit promovet eum
ad aliquem excelsum statum et preciosum pla
bet suo ut in clericis fit cum promoni
ad ecclesiasticas dignitates sicut in laycis
dat eis honores seculares reddituum
officia et mancia ut sic de labore
transferatur ad requiem ¶ Isto modo cristus
illos qui semper in hac vita laborant

Deus transfert electos de dissolucione ad religionem

transfert finaliter in requiem regni
celestis Eccl. 44 Enoch placuit deo
et translatus est de hac translacione loquitur
presens lectio Lectio 7a.

Fasinacio enim nugacitatis
obscurat bona et inconstancia
concupiscencie transuertit sensum sine
malicia ¶ Postquam supra sapiens declarauit
maliciam periculosa esse quoniam cum
peccatoribus comparatur hic ostendit per quam
viam boni a malis recipiuntur in pugna
cione Notandum enim in homine duo principia
cognicionis et nutricionis intellectus
et sensus et utrumque principium cognitiuum
habet suum appetitum intellectus habet suum
appetitum i. intellectum et sensus appe
titum suum sensitiuum sicut patet 2o de anima
Cum ista duo principia sunt potencie anime
reguntur virtuose prima tota est con
uenient ordinata ad deum quod ad est
recipienda bona persona quando autem duo
inueniuntur inter mundanos istorum prin
cipiorum infectiua sensus est viciosa lasa
uia in lasciuias 2m est viciosa diui
sitas i. concupiscencia sensus est decepta
in formatis inpercepta 2m est dece-
ptoria delectatis rei sensibilis per primum
corrumpitur pars intellectiua ut tota parte
per 2m pars sensitiua De primo dicit de appe
titu intellectiuo quo racionabilis voluntas in
tellectiua ut tota parte vole complet
titur Dicit sic Fasinacio enim nugacitatis
obscurat bona ¶ Ubi notandum quod bona
sunt triplicia scilicet naturalia supernaturalia
et acquisita ¶ Naturalia potencie naturales ani
me quod quinta De quibus 2 et 3 de ani
ma Supernaturalia sunt tres virtutes
theologice fides spes et caritas 1 Cor.
13 Bona vero acquisita sunt sicut et vir-
tutes morales in quibus tota perfeccio
consistit Et homo qui habet ista tria bona
perfecte esset bene potens ad regendum bene
virtuose in vita ista habet tria naturalia
acquisita et gratuita Sed nec ad aliquis

Triplicia sunt bona naturalia spiritualia acquisita

tritanus cum mundo deceptus consideat quantum-
cumque sit bonus. Ecce quod dicitur sapientie
in lectione hodierna fascinacio enim nu-
gacitatis obscurat bona. Fascinacio
id est infectiva visio alicuius persone no-
civa in se non latens per radium visualem
nocumentum rei vise. Et istomodo sole-
mus dicere quod maliciose vetule tenel-
los pueros inficiunt solo aspectu. Et
sic loquitur Virgilius in bucolicis: Nes-
cio quis teneros oculus michi fascinat
agnos. Dicit enim Avicenna quod anima
alia per imaginacionem immutat ocu-
lum quem est membrum tenerum et spiritua-
le et oculus infectus immutat aerem,
aer autem infectus immutat tenerum
corpus infantis et immutat provo-
cando puerum ad nauseam et sepius
ex repentino mutamento consumitur.
Istius igitur dicitur fascinare ad literam.
Nugacitatis est autem assiduitas dicendi
nugas. Nuge autem sunt truffe verba
vel ad nichil apta vel saltem narra-
ciones lusiore que nichil valent nisi
ad ludum. Est ergo intellectus istius litere
quod perfectus homo tamen bona predicta si se
det secularis pro deficali deputari ad
malum. Quia dicitur quod fascinacio id est
occulta et infectiva decepcio nu-
gacitatis id est vanitatis mundanorum non
nisi per vane loquentem obscurat bo-
no contingit statim tamen bona predic-
ta naturalia gratuita et moralia. Quia per
obscurat ista que fecit homo qui fasci-
natur et ludificatur. Nam homo corpus
ipsius prosperitate videt valde bene
quod aliquis male faciant. Dicit bene fasci-
natus quod aspicit et per vitam suam sanctus
esse sibi videtur. Unde michi vi-
detur non est corruptum quando dampnis
ludificatum id est quando dampnis obscuratur.
Et est tamen quando prudentes mundi de-
cipit se esse in periculis magnis aliqui
quando circa multis malis aliquando carere

gibus et opibus et tamen non possunt se
excellere. Fascinati enim sunt a vicia prosperi-
tate per quam obscurantur bona naturalia
gratuita et moralia. Secundum aliquem corrup-
cione utitur. Est varia mutacio volup-
tatis. Sic temptacionis delectacio rei sensibilis.
Si enim homo haberet pacem respecte quantum mo-
ratur in seculo vini gaudium voluptatis
esset. Est tollerabile malum. Sed non sic est
quod una temptacione sedata statim surgit mox
surgit alia: vel cum intrabit contra
potatores vel luxuriosos vel ambiciosorum
vel detractorum vel cupidorum velit no-
lit per se commisceat in mundo et
tunc est vehemens labor et difficul-
tas in tam continuis luctis repor-
tare victoriam. Et ideo sequitur secundum
literam: hec quod sequitur contingit per incon-
stancia concupiscentie subvertit sensum sine ma-
licia. Hic est sensum innocentis et bonum de
subvertit sensum sensus enim hec naturalem
appetitum vel regatur a racione. Unde
licet racionis debet precedere sensum quando
autem sic est quod sensus precedit racionem sensus
tunc subvertitur et pervertitur. Et hoc fuit de
sensu sine malicia id est de sensu innocentis
non corrupti maliciam aliorum obscurat bona.

Istud quod certa bonorum decepcionem decepit discerning nos — ·k·
iudicium mundanorum. Cum enim sint tam
bona sibi gracie nature et fortune. Bona
fortune sunt minima bona nature media bo-
na gracie maxima secundum Augustinum. Et tamen mun-
dani non sic iudicant. Quia ponunt econtrario. Bonum
de divite Luce 12 quem dixit ait anima
mea habes multa bona posita in annos
plurimos comede bibe et epulare.
Dixit autem ei deus: stulte hac nocte ani-
mam tuam repetent a te que parasti
cuius erunt. Et sic est omnis qui thesau-
rizat et non est dives in deo. Iste glo-
riatur dives tamen stultus et deceptus.
Fuit iudicans temporalia esse bona mag-
na cum illa bona tamen magna sint qui-
bus efficitur homo dives in deo quod
per bona hic de bonis thesauro cordis

sui prefert bona. Ita non isti qui decep
tionis quae homines bona temporalia iudi
cant esse magna. spiritualia non cum
maiora sint iudicant minima accipi sicut
per exemplum quando contingit sicut contingit visui. Cum enim
oculus videt rem per medium diuersis
dyaphonitatis continere valde male
iudicat de re. Sicut apparet de ba
culo cuius una pars videtur oculo per me
dium aerem et alia per medium aq
uam. et ideo iudicat quod baculus sit frac
tus. Preterea quando oculus videns est
in medio raciori et res visa in medio
densiori. res visa apparet ~~minor~~ maior quam
sit in rei veritate. Sicut patet de denariis
visis sub aqua. Cum autem econtrario oculus
videns est in medio densiori et res
visa in medio raciori. res visa apparet
minor quam est. Sicut stelle que sunt max
ima corpora preter nobis apparent non
solum propter distanciam sed quia est subtilius
medium in quo situantur et per quod
videntur quam est multo subtilius quam aer
in quo est oculus noster. Videntur enim
mediante spera ignis que est subtilior
et racior quam aer et mediantibus
speris celestibus que sunt maioris dya
phonitatis et transparencie quam sit aer.
Sic(ut) modo exteriora bona cum sint
corporalia et delectaciones de eis
accepte sint corporales que sunt in re
bus corporibus quam oculus mentis
qui est intellectus purus et malis sit
diciatur de causa. Ideo videntur nobis maiora
quam sint. Bona non econtra cum
sint spiritualia et consolaciones de
eis accepte sint spirituales a deo
qui est summe spiritualis nobis immisse ideo
videntur minora quam sint. Et ideo
signanter dicitur Ecclesiastici 21. Cor fatui
sicut vas confractum et omnem sapientiam non tenebit. Secundo de
capiuntur mundani multo turpius
estimantes voluptates carnis delec
taciones bonum hominis principale. Contra
quos Seneca epistola 3 racionabiliter arguit
sic primo sic aut ista bona non sunt que

Bona temporalia iudicantur maiora spiritualia minora

vocantur aut homo felicior est deo quoniam
nullam que parata sunt nobis non habet
in ipsis deus. Nec enim libido ad illum
pertinet nec epularum lautitia nec
opes nec quidquam ex hiis que hominem in
escantibus et vilitate voluptate
ducunt pertinet. Sed impossibile
est bona deo deesse. Ergo ista falso
vocantur bona. Secundo sic. Adhuc quod mul
ta que mali bona videri volunt animalibus
quam hominibus pleniora contingunt. Illa
cibo avidius utuntur venere non ea
fatigantur. Viribus illis maior est et
equabilior firmitas. Sequitur ergo quod
multo feliciora sunt homine. Et subdit
non est summa felicitas mea in carne.
Vera ipsius dona bona illa sunt vera que ratio
dat solida ac sempiterna. Et ideo
infra capitulo 13 concludit. Vere felicitatis
hominis est perfectio et consumacio virtu
tibus. Unde et ratio perfecta est proprium
bonum hominis ceterum illi cum animalibus
commune sunt. Verbi gratia si homo est fortis et
leo fortis est. Si pulcher et pavo
nes formosi sunt. Si velox et equi
veloces similiter sunt. Est ergo in homine
proprium ratio. Unde quid proprium homi
est proprium hoc est perfectus quia unumquodque
tunc est bonum cum suam propriam perfectionem
est bona. Et ideo Michee 6. Indica
bo tibi o homo quid sit bonum et quid
dominus deus tuus querat a te utique fa
cere iudicium et diligere misericordiam et sol
licite ambulare cum deo tuo. De
filiis non mediocriter nec prius Boecius
de disciplina scolarium in fine ubi
narrat de uno qui omnia voluit facere
vnus solus respondit quia non potuit in
fine si voluit esse asinus postquam
omne genus humanum expertus est etc.

Consummatus Lectio 23
in brevi expleuit tempora mul
ta. placita enim erat deo anima
eius propter hoc properavit educere
illum de medio iniquitatum. precedentis

Et dona bona vera animalibus amplius contingunt quam hominibus

prius secundum duas causas assignat qualiter
ipsa viri aliquo subtrahuntur a vita is-
ta est in iuvenili etate vel diutina ac-
cidia et mundana malicia. Hic consequenter
assignat 3am scilicet superius sunt divisi-
vel diuina iustitia. Et circa hec duo facit
quia primo exprimit cause conditionem 2o effec-
tus expressionem. Dicit ergo primo quod iustus quamvis
erat primum dicit sic: Consumatus in brevi
explevit tempora multa. Sunt peregrinos ad unum
locum euntes cum diversa velocitate et tar-
ditate. Ita unus aliquando tantum fecit in me-
se quantum alius in dimidio anno. Sunt
etiam quidam peregrini qui peregrinationem
suam faciunt delicate. Diu dormiunt
de mane et secundo cubant de nocte fa-
ciunt dietas parvas et visitant compota-
tes vicinos et tales sunt nimis tardi-
venientes. Peregrini sumus omnes in psalmo
Advena ego sum et peregrinus sicut omnes
patres mei. Contingit autem quod aliquis
diu vadit et tarde vadit etiam si
quis diu vivit et remisse et lente pro-
ficiunt. Alii modicos quod vadunt
et velociter sicut iuvenes in tempore devoti
qui plus merentur apud deum in anno
quam unus senex remisse vivens in decem.
Et de tali iuvene moriente verifica-
tur textus illius lectionis Consumatus
in brevi etc. Sunt stellas erraticas in
que velocior est scilicet luna in brevissimo
tempore quia in mense complet cursum suum. Illa
que est altissima tardissime consumat
cursum suum scilicet saturnus de scibus quod motum suum
complet in 30 annis. Sic persone humiles
motus suos in deo prius caelo complet
persone alte et nobiles in seculo quae
conversantur in magno comitatu cum pompa
ambulant et ideo tarde moventur in
deum. Et alii minus tarde moventur
sicut timentes eum. Contra quos dicitur Ecclesiastici
v. Ne tardes converti ad deum et ne
differas de die in diem. Sunt septima et lo-
ma ascendendo illud dicitur esse maio-
ris virtutis quod in brevi tempore dividit me-

dium medium per quod tendimus ad celum
et mundum. Unde ille qui mundum brevi-
ori tempore vidit et perfecit ascendo nulli
dubium quin est maioris virtutis et amoris
ad deum. Sicut quidam iuvenes qui statim ut
mundi senciunt difficultates et neces-
sitates ipsum relinquunt et ad religionem
confugiunt magne virtutis fuisse se osten-
dunt et non de quolibet tali sicut dicitur quod
Consumatus in brevi explevit tempora multa. Et bre-
viter consumatus sicut mali quantumcumque diu
vivant semper sunt inconsumati et imperfecti
ita iustus licet parum vivat semper est iustus
consumatus et perfectus dicitur. Et iste bre-
viter de iustis superius consequenter nimi
inconsumati. Et pro oppositum Cap. II. Mors
te mi te iusta comparata est quod de sicut ex-
poni de presente in seculis penitentibus
si tamen assit gratia et vehementia penitendi.
Debuit enim Sexti Julii Frontini strategematum li. 3
c. 1 de Marcho Catone. Tale belli
cautela cum esset in hispania et vi-
deret se quoddam oppidum posse occupare
si illud ex improviso invaderet festinavit
se quadriduum fugere et subito in hostes
quorum biduo per vias difficiles mon-
tes et nemora rediit. Et hostes suos
nichil tale metuentes oppressit tamen
tam facilis eventus requirentibus ratio-
nes ita vincebat rudit. Tunc illos vic-
toriam victoriam adeptos cum quadriduo
iter biduo arripuerunt. Modo quod
per quatuor dies elongamus nos a deo
peccando cogitatione locutione opere
et obmissione sicut cum consideremus
reputamus nos demones se sentire quod op-
pidum celeste nobis inclauserint quod
tamen desperdeamus acquirere. Unde quod res-
tat facere est nichil aliud nisi fugam
quatuor predictorum dierum biduo recompen-
sare et ad deum redire. Primo a nostra
per quatuor dies vel perplexitatem locutionem
operis et obmissionem recessimus possumus
tamen si volumus in duobus diebus redire
vel per contritionem et confessionem. Nam

Satisfactionem condignam deus nemo non
exigit sed per multiplices indulgencias
et pietates opera redemptionis possimus
si volumus eam quod valeat pena pro tpe
brevi pro peccato pro mortali peccato pro quo primo
pro tpe multum debebat. quia ut Eccl.
prima. in brevi exple. t. mi. Et is
causa desine penitere qua ecclesia dei
nocte subiungit. placita erat
deo anima eius. i. placuit deo iuste et
innocenter vivendo valeat pecitendo. Et
quia sic est. ideo propter quod premissa in media
vite diuina amica sapiente adpro
nia. malicia mundana alliaci
te adorna. et personale iustiam sus
ficiente ad vitam. Properavit deus
educere illam de medio iniquitatis. i. pla
cuit deo propter ista educere eam de loco
certaminis in quo dispicit victor in palestra.
qui omnes contrarios superat educatur
de medio ad gloriam. et datur ei corona.
De medio iniquitatis. in quo habitat. i. hominum
et demonum perversorum et maxime
hominum malorum qui magis sanctum virum
impediunt quam demones. Unde Crisostomus
in opere imperfecto. omelia 22. Attendite vo
bis ab hominibus qui quibusdam pes
simis malis. et super omnia mala
homo est pessimum malum. homo enim pe
ior est quam ipsemet diabolus. Dyabolus
enim si videat iustum non est ausus ad
eum accedere. homo autem malus quamvis
hominem sanctum videret non solum eum
non timet sed magis contempnit. Non
enim dyabolus homini prestat virtutem sed homo
dyabolo. Arma enim dyaboli est malus homo.
sicut enim homo sine armis non potest fa
cere contra hostem. sic dyabolus sine homine
non potest ad contra homines sanctos. Unde Crisostomus.
Placita erat deo anima eius. Ubi notandum
quod anima humana et deo preciosa indi
catur ex tribus videlicet. Primo ex eius do

v.

placita

	dolorosa amissione	
Ex eius	diligenti inspectione	ne
	karissima redempcione	

Homo malus est peyor quam dyabolus

losa amissione. Sapiens enim non
multum dolet de amissione parve rei.
Cristus autem sapiencia dei patris plus
de dolore inclinavit de amissione ani
me pauculis qua si totum aurum his
panie perdidisset. nam multa talenta
auri suis temporibus perdita sunt. civitates
combuste et destructe de quibus non
tum iratum legimus flevisse. Sed
de perditione anime pauculorum in
civitate multum legimus eum flevisse.
Luce 19. Videns Ihesus civitatem fle
vit super illa. Ibi plangit regibus
et eis qui nesciebant cur plange
bant. sed copulat in rebus perpessis. Cris
tus quod amat animas. Sap. 11. parcis
eis omnibus quoniam tue sunt domine qui amas
animas. Secundo patet ex eius diligenti inspectione
sapiens enim non multum curat si perdat
ad vile sed cristus in tribus reruis perdit
mis animam perditam quesivit deus. Dum
quia 33 annis laboravit quasi in paupertate
vilitate et labore. Narrat fabula
quod Orpheus uxorem suam quesivit ubi
quando non eam invenit donec ad infernum
descendisset. Ita cristus eam animam huma
nam 33 annis quesivisset tandem mo
riens descendens ad inferna ibi ea
invenit. In psalmo. Domine eduxisti ab in
ferno animam meam. Tercio patet illud ex eius
cara redempcione per qua redimen
da cristus videns totum mundum non
sufficere dedit semetipsum. i. Cor. 6.
Empti estis pretio magno. Sed enim
deus humanam animam valde preciosa
et cara. In omni periculo spiritualia pro
dicatur deus animas custodire. nos non
custodit in medio in rebus corporalibus
vilium enim rerum custodia datur fa
mulis. Sed domino temporalia bona hominibus
eis malis deus custodia committit.
animas vero sic custodit quod se deligat.
In psalmo. Custodit dominus animas sanctorum
suorum. Et Sap. 3. Iustorum autem anime in manu

Deus diligit humanam animam super omnem thesaurum

dei sunt. Sicut autem deus maxime
caram habet animam humanam. ita per contra
mali homines animas proprias summe perpe-
dunt. eciam vendant suos sotulares
si fecerint quam animas suas. Unde augustinus
in quodam sermone. Quid est quod vis habere ma-
lum dices michi quod nichil omnino non uxo-
rem non filium non filiam non servum non
ancillam non tunicam postremo non ca-
ligam. et vis habere vitam malam. rogo
te prepone animam tuam calige tue. Quod
quarte articuli probat idem doct. phi. quia
homo malus plus diligit mortem
quam vitam quia mortem vult habere bonam
et vitam malam. Propheta. Qui autem diligit
iniquitatem odit animam suam. De modo
autem hominum presentium. Alii animas suas
perdunt. aliqui vendunt. alii impigno-
rant. aliqui pro nichilo dant. Pri-
mi sunt cupidi qui pro divicijs huius vite
exponunt se rapinis. furtis. et per-
iurijs. et falsis in racionibus suo-
rum et huiusmodi. Ecclesiastici 10. Nichil est iniquius
quam amare pecuniam. hic enim animam
suam venalem habet. Secundo sunt alii qui
animas suas perdunt. et tales sunt ocio-
si negligenter viventes et accidiosi
ad opus bonum non curantes nisi quod
una dies vadat et alia succedat.
Ecclesiastici 22. Est qui perdit animam suam
pre confusione. Tercio sunt quidam animam im-
pignorant. Ille enim qui impignorat rem
suam non intendit alienare dominium
proprium. sed tamen ad tempus alienet ad usum.
Et sic faciunt ista deditores qui corpus se-
natores et usurarij dant eis ad
tempus multis quidquid volunt dignita-
tes divicias et voluptates. tandem
senescunt fiunt debiles solvere non
possunt. quia vitam consuetam dimittere
nequiunt et sic finaliter pignus perde-
lis id est quando impignoratum maxime perde-
re compromittit. Est tamen nondum quod dua-
gna hominum animas suas impignorat pro-
dimittere. quia alij videntur pro volup-

tatibus huius vite. De quibus dicitur
Aliquis vendit se. et sunt prelati et curati qui
animas suas obligant pro animabus subdito-
rum. Regum unicuique dicitur 3 Regum
20. Custodi virum istum dicto pro subdi-
to. qui si lapsus fuerit erit anima tua
pro anima illius. Quarto sunt aliqui qui animas
suas pro nichilo dant. et sunt specialiter
et maxime. Hec anima cupiditatis recepit divi-
cias. luxuriosus voluptates. superbus et a-
bitiosus honores. gulosus cibum et po-
tum. Sed ista miseri nichil recipiunt
delectabile sed amaritudinem et dolorem.
Et ideo animam suam gratis dant. Dyalogo de
christo quoniam visitatur in iudicio quoque ani-
mam suam dedit pro nichilo. Sermo 92

Populi autem videntes et non
intelligentes nec ponentes
in cordibus talia quia gratia
dei et misericordia in sanctos eius et respec-
tus in electos eius. Divina permissio
et providencia electorum suorum gubernacio a
malis hominibus multipliciter iudicatur. Do-
lent autem specialiter arguere deum dicentes
iniusta homines sceleratos deos quod iustos
in presenti permittat affligi et quasi publice
occidi. iniustos non delicate et diu per-
mittit vivere in prosperitate. Super quo mirabile
est quod deus in presenti malos prosperare
permittit et bonos contempni et confun-
di in tantum movit tam philosophos quam poetas
quod quidam negaverunt deum habere providen-
ciam et omnia de rebus inferioribus et omnia
in istorum ista disponit pro fortuna et casu
irracionabiliter agitari. Super quorum persona ex-
clamat boecius 1 de consolatione metro 4. O stel-
liferi conditor orbis etc. Conqueritur et
clamat sereno vultu a prima quare
deus motus corporum supercelestium so-
lis et lune et syderum ita uniformiter
regulat quod omnia sub certa lege tenen-
tur et eodem modo arbores et fructus et
semina quoque nascuntur in terra. comparare
iniqua soli homines videntur a divina
providencia sequestrari et fortune com-

mitta ad regendum q ex hoc patere
videtur q minus iustis dominatur et
reprobi iniustis. Ista autem eorum sc-
ientia fuit causa. com quos sequens s. ait
Et hec locus quod nullam aliam vitam sperantes
nisi istam illos iudicaverunt esse mundi quos
semper quos in ista vident prosperitatibus
malorum attentos. Ista ergo dubitacio con-
rudis sepius facta in hodierna leccione
ostenditur quod procedit ex ignorancia hominum
non ex iusticia dei regentis mundum. Et
ostendit hoc in isto quod deus permittat su-
os sanctos affligi ad tempus iuste ut
quod multo pacis glorie cedetur imper-
fectum. quod ista remuneracionem futuram
mali non intelligant. Deo dimitte-
re prime cum electos suos reprehendunt.
Dominus igitur primo in leccione ista. Nam
primo reprobatur reproborum ignorancia. 2o
declaratur divina iusticia ibi Cum gracia
De quo primo sic Ipsi autem videntes
i. ipsi videntes iustos tribulari. cum
multas tribulaciones iustorum. Et non
intelligentes primum quod eis da-
bitur in futuris nec ponentes talia i.
divinas promissiones in vita futura
in precordiis i. in affectu sanctorum
fide caritate formata. cum hoc credit
deo et id quod credit amat et operatur
talis ponit in precordiis dicta dei
Precordia enim ut dicit Ysidorus in ethimologiis
sunt loca vicina cordi quibus sensus
capitur. Ecc. 23 precordia filiorum qui
vota eorum et apud universalis cogi-
taciones illius. Hec est igitur ignorancia in
ex culpabilis reproborum qui non intelli-
gunt nec ponunt divinas promissiones
in precordiis suis i. in debita affec-
cione. Ecce qui plus non intelliges va-
pulabit. Sic ergo reprobatur peccatorum
ignorancia. Postea declaratur divina iusticia
Cum gracia dei et tangit tres effectus
sunt benivolencie gracie hominis. Primo
Veniam / Misericordiam / Respectum
prebet iuste viventibus. Ad Rom. 6 gracia dei vi-
ta eterna. Et in lucem (?)
hortamur vos ne in vacuum graciam dei re-
cipiatis. Immo permittebatur super quod ma-
dum plena est terra. Et Tren. 3 miseri-
cordia quia non sumus consumpti. Et respectum
in innocentibus. Luc. i. respexit
humilitatem ancille sue. Clara munera
dei gracia peccatores in mundo quod tanta signa
faciat peccatorem contra homines sic misericordia divina
non obstat. Tercia peccatorum primo
Concludit / Excludit / Includit
Concludit in iudicio.
excludit a regno. in-
cludit in infernis. Ex
opposita misericordia solvit a primo ne homi-
nem iudicans concludatur. tollit impedimentum
ne hoc a regno excludatur. et con-
fringit ligamentum ne hoc in infernis
includatur. Argumentum quod sit iusta
contra peccatorem determinativa. sicut fur-
tum invictum condempnat furem. et contra
tim iusticia condempnat. et misericordia condempnacionem
suspendit. et mediam sicut princeps
superior. Iaco. i. misericordia superexaltat
iudicium. et ait. Ps. Concludet quid
eam iam nolo et non sacrificium mundi
quod condempnassetis innocentes. 2o peccatum
excludit a regno. sed lepra ex-
cludit hominem a sanis quorum peccatis
impedimentum tollit misericordia hec anima
respiciendo. Unde Dominus dicit Iob 10 ego
sum ostium. Istud ostium frangit divina misericordia
cum baculis crucis et toto impetu quod
una pars descendit ad infimum et re-
liqua usque ad sepulchrum. In sacra
dicit Nemo virorum qui vocati sunt gus-
tabunt cenam meam. Contra dicit Epi-
atus ipsa. et in compelle intrare ut impleatur
domus mea. Luc. 14. 3o peccatum includit
dit in infernis sicut debitum non so-
lutum detinet hominem in carcere. Ius-
ticia dicit Amen dico tibi non exibis
donec reddas novissimum quadrantem
Luc. 12. ego misericordia ligamentum solvit
redimendo i. Cor. Empti estis pre-
cio magno. Iusticia dicit Condempnatur
peccator in infernum. Contra dicit Ipsa
inferni crucis domini animas eorum. Tercia

Argumentum determinativum quod iusta sit contra peccatorem.

in littera dicitur misericordia dei et
iustitias. ¶ Potest esse dubium circa il-
lud. Utrum in omni opere dei misericordia et ius-
titia concurrant. Videtur quod non. Quia in
iustificatione impii tantum apparet misericordia
et non iustitia. Quia omnis iustitia presuppo-
nit meritum. Sed iustificationem meritum non
precedit in impiis. Ergo etc. Item in opere
creationis neutrum invenitur. Non iustitia
quia illa presupponit debitum. Non misericordia
quia illa presupponit miseriam. Sed creatio non
presupponit. Item parvuli baptizati af-
fliguntur in infirmitatibus et in mor-
te et nulla ibi apparet iustitia quia libera-
ti ab omni peccato non sunt debitores
alicuius pene. Ergo iniuste talia patiuntur.
Item non videtur esse iustitia quod unus
pro peccato alterius puniatur. Et hoc facit
deus frequenter sicut pro peccato cham male-
dictus est chanaam filius eius Genesis 9.
Et pro peccato david quem populum numera-
verat periit [illegible] populus 2 Regum ultimo.
Item Exodo 32 Aaron et populus peccave-
runt in adoratione vituli. Sed populus fuit
punitus non autem aaron sicut ibi legitur.
Ergo deus fuit acceptor personarum. Item
Romanos 15 Dico christum iesum ministrum fuis-
se circumcisionis ad confirman-
das promissiones patrum gentes autem
super misericordiam honorare deum. Ex hoc igitur
conversione gentium sola fuit misericordia in
conversione iudeorum sola iustitia. Item
in predestinatione nulla est iustitia in re-
probatione nulla est misericordia. Ergo etc. Quod
probatur ad Romanos 9. Cum nondum nati
essent pueri aut boni aut mali
egissent non ex bonis operibus non
ex vocante dictum est Iacob dilexi esau
autem odio habui. Item iniustum videtur dare
meliori plus de malis et minus de
bonis et econverso peiori plus de bonis
et minus de malis. Et hoc facit deus
distribuendo temporalia. Ergo in tali distribu-
tione nec est misericordia nec est iustitia. Ad
oppositum est quod psalmista: universe vie domini misericordia

et veritas. ¶ Ad questionem dicendum quod misericordia et ius-
titia dupliciter accipiuntur. Primo large
et communiter. Alio modo stricte et proprie. Large
loquendo misericordia dei dicitur voluntas ben-
eficiendi creaturis. Iustitia vero dei dicitur
condecentia bonitatis sue circa creaturam. Et is-
to modo loquendo certum est quod in omni opere dei mi-
sericordia et iustitia concurrunt. Quia in omni
opere suo fuit secundum decentiam sue bonitatis
et voluntatem beneficiendi creature. Providendo
rebus cum eorum formas utiles et bo-
na sint etiam. Et sic iustitia et misericordia no-
mine large non sunt inter se opposita. Ymo sunt due
[illegible] Prologus n. Misericordia nascitur de
iustitia quia iustum decet sic esse bonum
ut parcendo sit bonus. Et sic dicit [illegible]
Similiter sciant quod universe vie domini misericordia
et veritas. Et tamen iustus dominus in omnibus
viis suis. ¶ Secundo accipiuntur iustitia et
misericordia stricte et proprie. Et sic misericordia dicitur
voluntas dei ad subveniendum miseris
propter meritum. Iustitia vero dicitur voluntas dei
retribuendo secundum merita et tamen merentur
et demeriti non sunt rationalis creature.
Manifestum est quod non in omni opere dei is-
ta duo concurrunt. Sed tantum in opere retri-
butionis que fit rationali creature de lege
communi. ¶ Ad primum dicendum quod iustificationem
impii precedit motus liberi arbitrii attri-
butionis propter quod aliqua ratione iuste videtur
quod deus sibi infundat gratiam. Similiter
etiam ibi ratione iustitie ex parte dei quia quo-
dammodo debitor efficitur penitenti
propter promissionem suam. Unde glossa super
illud psalmi: Iustificaberis in sermonibus tuis etc.
Deus enim hoc promisit ut peccatoribus
ut veniam petentibus largiretur.
Et sic iustificatio impii contra pro
parte ratione iustitie reperitur. ¶ Ad secundum patet per
dicta in positione quod in opere creationis in-
veniuntur hec duo large non stricte.
¶ Ad tertium dicendum quod peccatum originale sequitur
duplex pena scilicet una in quantum est vicium
persone ut carentia divine visionis. Alia
in quantum est infectum nature et secundum hoc

Utrum in omni opere dei misericordia et iustitia concurrant

ipm sequitur pena que ex defectu eius causatur
propter ablacionem vel absolucionem domini
originalis iusticie sicut alias dictum fuit
Modo baptismus delet penam debitam
originali in quantum est carencia visionis divine. non
autem in quantum est carencia vite nature. Et ideo baptis-
mus aufert carenciam visionis divine quam
parvulus mereretur. non tamen aufert penali-
tates quas contraxit ex defectu priorum
parentum videlicet propter ablacionem iusticie ori-
ginalis. Unde baptizatus absolvitur a
reatu mortis eterne. manet tamen sub
reatu mortis corporee et aliarum
penarum carnis corporis corporaliter conse-
quencium. Ad cuius racionem Augustinus super illo
Iosue 7 Filii Israel prevaricati sunt dicit
In penis eternis numquam unus pro alio punie-
tur sed in penis temporalibus quandoque unus pro
alio punitur. Tercia racio. Prima pena
eterna non infligitur alicui pro bonis pacien-
tis sed ad vindictam culpe. sed pena tempora-
lis semper infligitur pro bonis pacientis
et eciam aliorum. ut videant homines quam
tum peccatum sit fugiendum ubi pro peccato u-
nius affligitur multitudo. et sic fiant
homines cauciores contra peccatum. Unde
dicit quod unusquisque debeat esse sollici-
tus pro alio ne peccet ex quo pro unius
peccato tota punitur. 2° quia quantum ad
corpus unus homo est res alterius sicut
servum sicut filius patris et servus domini. et
ideo filius quandoque punitur pro peccato patris
et servus pro peccato domini. Sed quantum ad bo-
num anime quilibet gerit personam propriam.
Et sic in tali casu pater et servus puni-
untur quasi filius autem et servus pacientes
in contumeliis eorum. et sic Canaan
pro Cayn punitus est. Et est quasi non bene
tu de filiis tuis sicut ego de te. 3° racio est
sive quandoque unus est particeps cul-
pe alterius sicut quandoque subditi culpas
superiorum plana puniuntur videlicet
peccatum. Et ideo pro peccato plana temporalis
multos puniuntur. sicut David paciente
puniti sunt populus. sicut argutum est. Ad
quintum dicendum quod Aaron fuit punitus sicut

populus non tamen pena manifesta. in signum
quod prelati non debent puniri manifeste
sed occulte propter scandalum vitandum.
Peccata Aaron dicitur fuisse in ipso et in fi-
liis eius quia in sacrificio vitule fusi-
le convincitur efficaciter. Exodi 32. Numeri
19. Ad sextum dicendum quod apostolus utitur
istomodo loquendi quia ad modum istic fuit
in quesitione iudeorum qui non fuerunt in
quesitione gencium sed impleto promisso
in fratres prioribus per prophetas fuerunt
tamen ultimi conversi donec bonitatis
qua vocarentur ad primum. et sic in isto
est dicte insufficiencia multorum fuerunt
in ultimum et sic ultima. Ad septimum
in predestinacione et reprobacione ut
convocat effectus in causa licet sic fuis-
tia et ultima quum loquendo non tamen
stricte ut in perpetue dictum est. Ad octavum
dicendum quod hic recedit in perfectum bonorum
quantum ad bonum spirituale quod est simpliciter
bonum hominis. Leccio 73

Condempnat autem iustus mor-
tuus vivos impios et iuve-
ntus celius consummata longam
vitam iniusti. Postquam sapiens reprobacionem
et diversam iusticiam et quod quandoque punit
tam iustos tempore et quos mori ce-
lere ante maturam etatem quodam na-
turali defectu vel quosdam violent
per mortem eis illatam. Hic comparat bo-
nitate vite iustorum ad longevitatem
reproborum. Et circa hoc duo facit. Primo
ostendit quod reprobi indicantes de vita
iustorum decipiuntur pigritas. 2° quod
post vite puniuntur per penas tolle-
randam. 2a ponit ibi Et erunt post hec
decidentes. Circa primum duo facit. Primo
ostendit quod reprobi ex comparacione iusto-
rum iudicatur eundem esse punibiles.
2° quod ex pretercaracione iustorum excecantur
et fiunt derisibiles. 2a ponit ibi Vide-
bunt enim finem sapientis. Circa primum dicit Condemp-
nat autem iustus mortuus et cetera quia dicit euidenter ap

In peccatis temporalibus quandoque unus pro alio punitur tercia racio

paret malicia peccatoris diu vincentem
in operatione adiutos in iuventute con
sumatos. licet enim ad acquisitionem vir
tutum moralium requiratur multum tempus
tamen a deo perfecte sumentem per virtutes
theologicas deus supplet quod
minus fuit de diuturnitate aetatis. et
ideo iuvenis celerius consumatus i.
iuvenis bonus et citus et in brevi tempore
consumatus i. perfectus. condempnat hic
est condempnabilem ostendit. longam
vitam iniusti. quia eo quod iuvenis mor
tuus fuit perfecte iustus et deo accep
tus. patet quod viri ipsum diu viventes mul
tum dent condempnari hic est formaliter
vel quod mali senes condempnantur i. con
dempnabiles ostenduntur per comparationem
ad iuvenes bonos cito defunctos. Nota
tandem est hic quod in omni republica et
civitate quacumque summa cura debet esse
de regimine iuventute in bonis moribus
instruenda sicut sapiens docet Eccl. 30 sub
metaphora de equo indomito. est
equus enim indomitus evadet [durus] du
rus et filius remissus evadet preceps
Et infra. non des illi potestatem
nec despicias cogitatus illius curva
cervicem illius in iuventute et [tunde]
tunde latera eius dum infans est. Vult
dicere quod sicut equus indomitus in iu
ventute [dure] dure vadet et ita
liber in principium sicut via recta. ita
iuvenis dimissus voluntati sue nunquam
suaviter portabit alios in quacumque
proprietate. Sed ita liber ruet in vi
cia sicut equus indomitus in preci
picia. equus antiquus non admittat
calcar non sellam non frenum nisi ad
talia sit assuefactus in iuventute. ita
nec adolescens admittet aliquam
obedientiam nisi fuerit assuefactus in iu
ventute. Et ideo sicut dicit Philosophus 2
ethicorum c. 2. Doctrina plenis fuit
ista quod dum aliqualiter confestim ex iuve
nibus quae et in quibus gaudere

et contristari oportet. et ideo non solum
hic primus opus quod instruantur legibus co
actiuis quia iuvenibus opera virtuosa sunt
primo se delectabilia. Sicut dicit Philosophus 10
ethicorum c. 10. Et ideo sicut ibi concludit ne
cessarium est fieri quasdam leges primo
vitiis quibus compellantur ad mores quia
cum pleni sunt passionibus voluptatum
non possunt addiscere delectari in virtuosis nisi
per bonas leges informentur. Qua
les autem sunt conditiones iuventutis
sufficienter narrat Philosophus 2 rethorice
c. 8. primo concupiscentie sunt iuvenes
et faciliter concupita perficientes sicut
venerea vehementer quidem igitur faciliter
concupiscunt. et faciliter a concupiscentiis
desistunt. Oritur enim acute voluptas
non magne sicut laborantium siccitas et
fames. Sunt animosi et acute ire et
faciliter iram suam perficientes amant enim
honorem et non sustinent despici. [illegible]
liter autem aliena desistunt. amant et
honores et victorias quia iuventus ex
cellentiam concupiscit. minus autem honos
amant pecunias. quia in expertes sunt
ad indigentiam honorem et maligni
non sunt nec cavillosi sed faciliter cre
dentes. quia adhuc in multis decepti non
sunt. et bone spei sunt et plurima
sperant. quia in paucas repulsas passi
sunt. et quod multa sperant. et quia fu
turorum est spes preteritorum autem memoria
iuvenibus. et pauca preterita sunt. plura
autem futura. quia in prima die vivere inci
piunt. [illegible] hic faciliter decipi possunt
quia faciliter sperant. et erubescentes sunt
quia in virtutibus non sunt perfecti sed solum ca
cogitant que in eis a legibus promittuntur
in quibus prius defecerunt. et magnani
mi quia adhuc a vita in vita humi
liati fuerunt. et dignificant se metip
sos quia bonorum spei sunt et magis
eligunt honorabilia quam utilia vi
vunt enim magis vivunt quam ratiocinacione
Virtus autem est vis honorabilis et est

iuvenes sunt informandi in bonis moribus

Nota hic conditiones iuvenum sunt duplex

ratiocinacionis utilis. Et amatores eciam
eorum sunt et magis coetaneorum quam eorum
qui sunt alterius etatis. non enim dat ad
utile. et ideo delectantur quibusdam iu
cundis. si in quantum delectantur et ideo
sic eciam amant coetaneos et omnia
in magis et excessive operantur. putant
amant valde. Odiunt autem et odiunt
vero autem est quod omnia sciunt putant et as
serunt. et ideo excessive in omnibus
operantur. et iniuste faciunt et contumeli
as aliis irrogando. et inde excel
lentes volunt apparere et maiores esse
sunt. quia omnis facit ipsi sunt arbitrantur
innocentes et iniuste pati in suppliciis
et ludorum amatores sunt. Ex quibus
dictis patet satis quod iuvenes castiga
cione indigent vehementi. propter dic̄.
Ista desideria. que cum cor et racio calida
causant dum durat tempus iuventutis. Unde
2 Thy. 2o Iuvenilia desideria fuge.
Propter quod vos qui curam animarum habetis et precipue
subditus vestris specialiter inculcare debetis
quod tam patres carnales quam spirituales
instruantur filios suos in cultu cristi
et in preceptis divinis. Nondum ergo quod
adetate iuvenili. Sed eciam adiuvenes
vos qui viles annos attigistis loquor vos
Ihesu debetis. Est enim iuventus primo
moribus informandus
Arcius castigandus
Parcius sustentandus
Districtius indicandus
da (primo quod iuvenes est mo ribus informandus)
Sed
fecerunt senes et ebales tempore preterito scrip
tis librorum pictis gestorum et figu
ris signorum Et ipsi libros exple
verunt enim nobiles antiqui qui vane
liberos fecerunt plures et illis pueros su
os cum liberis quam moribus imbuendos
dederunt. Unde troyanus plutarcum
Nero senecam Alexander aristotelem magistros
habuerunt. Et ne a talibus magistris ad
dissolucionis vel lubrice levitatis addis
cent prudenciam Unde boecius 1o de
logo musice. et valerius describunt
et dicit Sap. 8. Hanc amavi et ex
quesivi a iuventute mea. Sic docuit
pueros pictis gestorum. Unde sicut
narrat quidam expositor super iu
venales li. 1. Satira Nobiles roma
ni sic disposuerunt acciones suas per
singulos dies quod primo mane occu
pierunt petebant ubi adhibebant ar
cus triumphales in quibus antecesso
res pingebantur cum armis et cau
telis quibus devicerunt hostes suos
Et sic iuvenes illis visis accen
debantur ad virtutes per imaginacionem
gestorum. Deinde templum Apollinis
petebant qui erat deus sapiencie
postea iudices ad forum senatores
ad capitolium descendebant. iudices
ut causas tractent senatores ut
de eorum utilitate rei publice delibera
rent. et sic tempus suum usque ad horam
nonam expendebant et ne iuve
nes ab omnis occupacionibus impe
direntur per totum tempus ante nonam
ordinatum erat quod meretrices illo tem
pore prostibula exirent ante nonam
ne iuvenes a suis informacionibus
et viri a consiliis rei publice per de
lectaciones libidinosas aliquatenus
turbarentur. Et hec est racio quare me
retrices apud romanos nonarie vocabantur
secundum hug. quia ad horam nonam licuit
eis exire de suis domibus et non
ante. Sic docebantur iuvenes ad
bonos mores figuris signorum. Unde
narrat macrobius 1. Saturnalium
quod apud romanos pueri nobilium quondam
utebantur veste que dicitur pretexta
et inde pueri nobiles vocabantur
pretextati. Habebant coram pectore suo
bullam quandam auream habentem sig
num cordis humani. bullam autem
semirotunde figure quasi medietatis
spere ad similitudinem bullarum que fiunt

in aqua p(ro)iectam cecidit de purpura
que erubui coloris ut pudore sue
nobilitatis a viciis se subtraheret et
cordis imagine ante oculos porta-
bant ut se iuvenem instruerent ita si
forte homines cogitarent in corde
apparerent. Sic in macabeis. Sic iuventus
est moribus informanda. Ecc(lesiastes) 12 Memen-
to creatoris tui in diebus iuventutis tue.
2o iuventus est virga castiganda. q(uia)
Pro(verbiorum) 13 Qui parcit virge odit filium suum.
Ecc(lesiastici) 30 Curva cervicem eius dum
iuvenis est. Aves pullos suos et
fere fetus suos secundum ... quamdiu iuve-
nes sunt castigant et domant. Istud
significatum fuit in Heli sacerdote qui propter
negligentiam castigandi filios pro filiorum
iniquitate dampnatus est. Unde Beda
Heu fera pietate seperatus est Hely, fi-
re filios delinquentes et negligen-
tes noluit apud districtum iudicem
secum cum filiis crudeli dampnatione
periisset. Unde verum est quod ubi aliquos
eos diligunt. Reg. 1 c. 2 Non est
bona fama quam audio
de vobis. Sic et iuvenis moderat ad
creationem malorum iuventus. Sicut 10
c. Unde narrat Boecius de dis-
ciplina scolarium de Sanguineo Lucrecii
filio. 3o iuventus est primo frenanda
ut in iuvenili etate assuescat sob(ri)-
etati. Ad Thy(tum) 2 Iuvenes similiter hor-
tare ut sobrii sint. Sicut narrat de
bona matrona Aug(ustinus) 9 Confess(ionum) c. 8.
Cum eam filiam quondam nobilium
haberet erat ei in eius cohercendis cum
opus esset sancta severitate vehemens
atque in docendis sobria prudentia. Nam
eas preter illas horas quibus ad mensam
parentum modestissime alebantur
si exardescerent siti nec aquam bibere
sinebat precavens consuetudinem ma-
lam et addebat ubi sanum. Modo aquam

bibitis quia in potestate vinum non habetis, cum
ad maritos veneritis facte domine apothe-
carum et cellariorum aqua sordebit,
sed mos potandi prevalebit. 4o iuven-
tus est iniciis iudicanda. Non enim est
desperandum si ... precesserit. Unde diligenter
petit p(salmista) Delicta iuventutis mee et
ignorancias ne memineris. Sicut tale aphorismum est ... quibus
cum iuventute inarticulatur (?) ... quantum
cum ... amorum fiunt plurimum ... quo-
niam Sic ergo iuventus moribus infor-
manda. Et sic fuit sanctissimus predica-
tor splendor ecclesie sanctus Paulus cuius
conversione celebramus instructus tam
moralibus quam spiritualibus ad pedes Ga-
malielis doctoris et ideo confiteri dicit
coram rege Agrippa pervenit. Actuum 26
Et quidem vitam meam novit a iuven-
tute que ab initio fuit in gente mea in
Iherosolimis et omnes prescientes me
ab initio si velint testimonium perhibere quoniam
secundum certissimam sectam religionis mee
vixi phariseus et unde iste confirmatus
est et bene complevit tempora multa. Diser-
endo, docendo, disputando, scribendo,
ut confiteri scribit illud 2 Thy(motheum) 4
Bonum certamen certavi cursum consumavi
fidem servavi, in reliquo reposita
est mihi corona iusticie quam ... reddet mihi
In historia Barlaam quam ... Dam-
ascenus compilasse refert quod de Barla-
am monachus solitarius fuit ... et
postea magister cuiusdam filii regis qui
Iosaphat dicebatur. A quo idem puer
quesivit cuius etatis esset sub hiis ver-
bis: Dic michi quanta pro quot annorum es
et ubi quesivis quoniam a te michi nolo se-
infra: existimo ea quo a me commemo-
rata sunt ordine esse ventura. Secundum
Bedam (?) Augustinum mundi purgacio per ignem
erit post iudicium. Contra: non dicitur quod
per (?) nos sic dicit Augustinus de civitate dei 20
c 18 et allegat magister Thomas libro 4 d. 47 (?)
q. 1 (?) et incendium mundi sanctis
quod fiunt (?) tamquam tribus (?) partibus in quibus
(?) aliquid purgandum sint per illum
ignem purgabitur. Et constat quod post
iudicium nullus purgabitur per illum ig-
nem quia omnes sancti statim in resurreccione
habebunt corpora gloriosa et per consequens
impossibilia. Ergo ille ignis precedet
resurreccionem et iudicium. Ad oppositum
est beatus Petrus in 2a epistola 2 (?) c. 3:
Adveniet autem dies domini ut fur,
in quo celi impetu magno transient, ele-
4. menta calore solventur, terra autem et que
in ipsa sunt exurentur. Et infra: per quem celi
ardentes solventur et elementa ignis
ardore tabescent. Novos vero celos
et novam terram et promissa ipsius expectamus.
Item 1 Cor 7: Preterit enim figura
huius mundi, scilicet glossa (?): dicit pulchritudo huius

Utrum mundus purgabitur per ignem

mundi mundanorum ignium conflagratione
peribit. 2o mundus per ignem purgabitur
sicut dicit Augustinus 20 de civitate dei c 16 de
illa conflagratione quando mundana
elementorum corruptibilium qualitates que corpori-
bus nostris corruptibilibus congruebant ardendo
penitus interibunt atque ipsa substantia
eas qualitates habebat que corporibus
immortalibus mirabili immutatione
conveniant ut scilicet mundus innovatus in
melius accommodetur hominibus etiam
carne in melius innovatis. Secundo quomodo
dicitur quod sic. Sed primo videndum est propter que
purgabitur mundus 2o in quibus partibus
3o unde causabitur iste ignis. Circa
primum est advertendum quod cum mundus factus
sit propter hominem. Unde 2 phisicorum dicitur quod nos
sumus quodammodo finis omnium. conveniens est
quod cum homo glorificabitur mundus etiam simi-
liter innovetur. Advertendum autem quod homo glorifi-
cetur duo oportet removeri ab homine
corruptionem in corpore et infectionem cul-
pe in anima conformiter. Ideo ipsa oportet
mundum a duobus purgari. Sunt enim
elementa in quibus corrumpitur sicut ignis
terra aqua et aer et quoniam inpermixtas
quasdam partes contrarie. nec propter aere
assumptum cum vaporibus terreis et aque-
is sicut dicitur 2 metheororum. Similiter partes terre
et aque sunt adinvicem permixte sicut
cognitum est et convenienti habitacioni
hominum corruptibilium ita quod nullum de
istis tribus elementis est in sua naturali puritate
et ista impuritas convenit corruptibili
corpori in homine. 2o habent elementa ista
quandam impuritatem contrariam infecti-
oni culpe. hoc est quandam ydoneitatem
ad futuram inondationem propter predicta
et quia loca commissa per magnum tempus
tam a malis hominibus quam a malis an-
gelis sicut quod loca consecrata indigent
reconciliatione. purgabitur autem mundus
ab utraque impuritate. per hoc quod omnes dis-
positiones contrarie elementorum incorruptione
corrumpentur et restituentur elemen-
ta ad ~~locum~~ suam simplicem puritatem
unde non manebunt per ipsa anima-
alia nec plante nec mineralia
nec commixta sed sola elementa. 2o per
considerare in quibus partibus mundus purgabitur
et hoc usque in quibus sunt habitaciones hominum
et demonum. Unde secundum Augustinum 2. de
civitate dei c 18. Ignis ille incipiet
purgare aerem in superiori parte aeris
ubi medium interstitium et descendet
successive per gradus usque terram. Erit
autem altitudo illius a terra quantum ascen-
derunt aque diluvii que 15 cubitis
ascenderunt super montes quos operue-
runt sicut dicitur gen 7. Circa ad
3m dicendum quod erit productus supernaturaliter
sicut fuit aqua diluvii sicut textus
sententiarum innuit. procedet tamen vehementes
siccitas et calor productivum ignis
quod desinet celum atque imbrem et
aquas. Unde impressiones sicut sunt plu-
vie impetuose [illegible] et ros et similia
et que [illegible] a sub descendentes in tanta
multitudine et apparebit aspicienti-
bus quod sunt stelle de celo cadentes
Et sic intelligitur Mathei 24 Stelle
cadent de celo quia locucionem credendum
est esse typicam secundum Augustinum 20 de civitate
c 24. 4o secundum dicitur quod ignis ille quan-
~~tum ad aliquam operacionem~~ operabitur spiritua-
liter ut dictum est et non valde quia ergo
non habebit operationem naturalem. Secundo 2m
dicitur quod ignis ille quantum ad aliquam opera-
cionem precedet et quantum ad aliquam conco-
mitabitur et quantum ad aliquam sequitur
Actus enim illius ignis erit successive.
quare ante iudicium fiet per illum ignem mun-
dacio corporum hominum tunc viventium
et per modum istum quod postea resolventur
sine pena [illegible] ab illo igne illata
et in postea purgabitur quos [illegible]
erit resurrectio mortuorum. Postea rece-
dente iudicio inflammabitur totus mun-
dus per [illegible] pacto non iudicio divi-
detur impium et turbidum [illegible] illius
ignis et illud cum omnibus feditatibus
relictis de [illegible] mundi involventur
reprobos. sicut dicit Basilius super illud ps

vox dum intra deest flamma tunc et de
portabit ad infernum. Unde aliqui pec
catores addentur igni infernali qui modo est
et alia peccatores que sunt nobiliores et pulcriores
addentur igni futuro ad gloriam electorum
et sic quod ille ignis purgans mundum fu
erit ad finem operis naturale procedet quod
est primum genere et comminuetur secundum quod tunc
ad eius consummacionem sequitur ut sic
intelligitur. Augustinus alias a se ipso dis
cordaret sicut patet per auctoritates superius
allegatas etc. Leccio 12
Contra illos stabit spiritus validus
et turbo venti dividet eos
et ad heremum perducet omnem
terram iniquitas illorum et malignitas
tas evertet sedes potentum. Rabanus
et antiqui habent iniquitates quamvis moderni
iniquitas. Postquam supra scriptor descripsit ornatum
a adveniendo ad mediam terre pugnandi
nabilem preparacionem et creaturas intollerabilem
bilem contra reprobos cooperacionem. Hic
describit penas finales indispensabiles
execucione. Et circa hoc duo facit. Nam
primo assignat modum quo omnes repro
bi punientur. 2o assignat causam quare in
iusti nobiles punientur ibi et ma-
lignitas. Circa primum dicit primo quod con-
dempnabuntur finaliter. 2o separabuntur
potencialiter. 3o incarcerabuntur localiter.
2m ibi Et turbo venti. 3m ibi et ad here-
mum. Quantum ad primum dicit sic Contra illos
stabit spiritus validus. Spiritus in scriptura
dicitur vox aliquando secundum illud Ps. psalla
spiritu psallam et mente. Cum igitur vox ornata
iudicantis erit vox valida et vibrans super
id Ps. Dabit voci sue vocem virtutis cui
nullus ille poterit resistere. Ideo signanter
dicit contra illos stabit spiritus validus. Vox
Christi oris sui interficiet ipsum. Ad 2
Thess 2. Tunc revelabitur ille iniquus
quem dominus Ihesus interficiet spiritu oris
sui. Quantum ad 2m dicit Et turbo ven-
ti dividet eos. Primo scilicet ethimologice ubi de
ventis agit turbo est volubilitas ven-
torum et dicitur turbo aëra qui quiescens ve-
tus comprimit terram in aëra emittat.
Sicut ergo pulvis facilis satis sine re
sistencia elevatur ad aëra et defertur
secundum motum venti ita reprobi per latam sen
tenciam sine aliqua resistencia involventur
illo turbido igne. De quo dictum fuit
in priori leccione. Demergentur in infernum
supra Ps. Non sic impii non sic sed tamquam pul-
vis quem proicit ventus a facie terre et Job 21 Erunt sicut
palee ante faciem venti et sicut favilla
quam turbo dispergit. Favilla est cinis
ignis extinctus et sicut quod a vento
excitatur motu facili dispergitur quia vectus
est turbo. Naum 1 Dominus in tempestate et
turbine vie eius. Et Jer. 23 Ecce turbo
dominice indignacionis egredietur et tempes-
tas erumpens super caput impiorum veniet.
Et ideo dicit quod reprobi incarcerabuntur lo
caliter. Et quantum ad hoc dicit Et ad he-
remum deducet omnem terram iniquitas illorum
et hoc est in antiqua littera quam exponit Raba
nus. Et sic dicitur verum textus est et ex
pressus quod ad infernum deducit deus omnem
terram per iniquitates illorum. Hic est omnem
terram et carnalem affeccionem illorum ad
puniendum in effectum. Si autem textus sit
iniquitas illorum tunc est sensus quod iniqui
tas illorum deducet eos taliter et de
mittet ad infernum. Et sic forma non mutatur.
Infernus in ista littera vocatur heremus quia
sicut heremus est locus vastus et incul-
tus ubi non est racionale institucie se
quenti. Ita infernus locus est irraci
onali creature aptus non pacem esset
quod malum bonum ordinatum in suis locis
positum eminenciaque quedat littera
secundum Ambrosium ethicorum 6. Est enim heremus
femini generis. Unde declaratur heremus
heremi insignum quod promineu genere
ad heremum illa homo primo dominabatur.
Unde hic et hec heremita dicitur proprie
a solitudine vel heremum institue in
quoque civitates vel urbes inhabitat
et tamen vocatur heremite. Hic autem
nomine rei. Contra enim urbanitate liq

nota quare heremus est generis feminini etc.

vocatur heremite · sicut patet de heremitis
ordinis augustiniani et aliis religiosis. Dicendo assig-
nant causam specialem quare tunc sanctos nobi-
les subvertent et dicit quia magis ma-
lignitas evertet sedes potentium non dicit
ignorantia quia illa tunc sic corrumpit
malignitas non dicit impotentia quia illa
similiter corrumpit sed dicit malignitas eorum
dampnabit eos quia cum sciverint et possent
noluerunt. Unde bonum fuit illud verbum
publicum quod allegat dominus [?] in cetibus [?] prin-
cipalibus unum obedit. Et bonum dicit inter-
ea. Cum potius quam vis probat actio te-
na quod dicitur. Cum enim principes male
fiunt sciens et potens bonum facere sicut
debet quod de principe exprimit. Tunc
manifestum est quod malignitas eorum est causa.
Quare ipse malignitate fiunt male subver-
tentur ipsi ergo quod salomon vidit homines
malignos florere ad tempus non debemus
de hoc mirari nec eos imitari. Unde
psalmus. Noli emulari in malignantibus
neque zelaveris facientes iniquitatem. Dicit in servmone
quod forte mirans quod mali florent
noli emulari in semper malignitates
neque zelaveris id est nec imiteris ut a-
mes facientes iniquitatem. Et hic quare
nos assignat causam noli inquit emu-
lari ut malignantes quia quam malignantes
exterminabuntur. Ubi quasi malignantes ex-
terminabuntur et si nunc florent tamen isti
exterminabuntur id est extra terminos divine
dilectionis ponentur. Dubitatur litera-
lis utrum pena dampnatorum debeat
dici corporalis et videtur quod non quia
si ille ignis foret corporalis corpora
dampnatorum calefierent et alterarentur
ab illo ignis sed quia cessante motu
celi nulla erit alteratio nec aliquis
motus esse poterit in universo unde
dicitur 8. phisicorum probat quod motus celi
circularis est perpetuus et quod motum
quo illo subtracto nullus motus esse
posset. Ergo si ignis esset corporalis
et agent quod est in corpora corrumperet illa
corpora quia passo magna facta abi-
cit a substantia ut dicitur 2. topicorum.
Et sic non foret dampnatorum pena
perpetua ignis quo ad corpus saltem.
Ergo sicut dicitur quod erit ibi ignis ita
dicitur quod erit ibi fletus. Matthei 8
Erit fletus et stridor dentium. Sed fle-
tus non potest fieri nisi per resolucionem
lacrimarum. Sed non est imaginabile
quod ibi esset perpetua resolucio aque
ab oculis nisi foret generatio novi
humoris et per restauracionem alicuius
alimenti. Ergo non erunt ibi lacrime
ergo nec fletus. Sicut potest ponitur ibi ig-
nis ita dicitur etiam quod erunt ibi ver-
mes. Sed hoc non potest intelligi corpora-
liter cum nullum corpus mixtum
manebit post iudicium nisi corpus hu-
manum. Similiter dicit Augustinus 20 de civitate dei
c. 22. In penis malorum in esse inexti-
nibilis ignis et vivacissimus
vermis sub aliis alter non alter alter
exposuit. Alii utrumque ad corpus
alii utrumque ad animam retulerunt.
Alii proprie ignem ad corpus tropice ad
animam vermem quod credibilius esse videtur.
Item si sic ibi foret tenebre corporales
quia secundum quod Porphyrius 2. de anima in(?)
videretur nisi in lumine sed dampnati vi-
debunt multas suas penas
quia alter visus in eis esset ociosus
et superfluus ergo ibi erit lux. Item
ibi non erit verum sulphur ergo non
verus ignis patet consequentia quia de virtute
quam diversis dicitur ignis sulphur et
similes procellas etc. Et confirmatur quia in
purgatorio est solus ignis ergo in inferno
non. In oppositum est beatus Augustinus 21 de
civitate dei c. 1 et 10. Gehenna quod stag-
num ignis et sulphuris dictum est
corporeus ignis erit et cruciabit
corpora dampnatorum. Item Gregorius 4
Dialogorum parum ante medium. Ignem
gehenne corporeum esse non ambigo

Ad istam questionem dicendum quod sicut beatus hugo dicit quod omnis pena quam corpus patietur est pena corporea. Sed corpora dampnatorum ibi pacientur post diem iudicii. quia sicut beati gaudebunt in anima et in corpore glorificabuntur ita dampnati cruciabuntur in anima et punientur in corpore. Ad primum argumentum est opinio beati thome quod ignis non agit in corpora dampnatorum naturaliter seu mutacione naturali sed tamen spirituali eo modo quo sensus immutatur. Sic enim est quia omnis sensus in quantum sensus est susceptiuus specierum sine materia. Unde sicut oculus pacitur a colore et tamen oculus non coloratur nec alteratur per recepcionem naturalem coloris. ita tactus in dampnatis immutabitur spiritualiter a calore et tamen non recipiet calorem nec alterabitur per calorem. Unde tenet quod calor in sensu tactus secundum esse spirituale non secundum actum spirituale naturale potissime quod videtur ad ipsius tamen mora est ipsius de cessacione motus celi. de quo arguitur sunt heri circa abutur per formas receptas intencionaliter non naturaliter ab extra. Sed contra istud arguitur quod impossibile est rem existentem perfecte preuare operacione sua propria. Sed ignis est ibi realiter. ergo poterit calefacere. Ultra illa corpora non erunt impassibilia sed sufficienter approximata. Preterea ad preces Josue sol et luna steterunt. Josue 10. Sed si illa corpora celestia non sunt stetissent totus ordo corporum celestium fuisset mutatus. et tamen tunc tempore Josue pugnauit et vincendo ubique acciones naturales fuerunt. Preterea corpora celestia non solum agunt in ista inferiora per motum sed per formas suas sicut per diuersos effectus naturales. ergo dato quod quiescerent adhuc aliquam disposicionem causarent in ista inferioribus. quia licet non tale alternatiua generacione rerum et corrupcionem sicut modo. Preterea iste articulus est condempnatus parisius.

Quod celo stante ignis in stupam non ageret. Preterea ex quo nulla accio naturalis est post cessacionem motus celi. non igitur cogitur dicere quod erit ibi accio et passio in corporibus dampnatorum. manifestum est enim quod quamuis omnia que circa dampnatos sunt immutata subita sunt et superiora a diuina voluntate sua dene (?) enim ignis ille infra terra conclusum posset moueri violenter secundum doctores contra violentum sicut perpetuum ut iterum corpora mixta omnia que erunt corpora gloriosorum posset esse secundum naturam perpetua. cum sunt composita ex contrariis et nulla celestia facialiter (?) in adducere ad perpetuam quod dicunt alii quod corpora non solum spiritualiter sed eciam naturaliter immutabuntur et calefient. Et tunc patet ad primum argumentum. Ad secundum quod est directe contra illud dicendum quod illud argumentum est contra utramque viam. quia excellens sensibile corrumpit sensum. sicut agens naturaliter corrumpit passum. Unde ad argumentum dicendum quod deus non valet coagere igni ad alterandum non ad corrumpendum. quia augustinus 21 de ciuitate dei c. 2 videtur declarare per exempla. quod quedam animalia et corruptibilia viuunt in igne. et c. 4 de salamandra. licet secundum doctores de proprietatibus elementorum nullum animal in igne viuere possit diu. et tamen pilos eius ab igne posse consumi. Unde utrumque oportet dicere. et quod ignis cruciabit et tamen corpus in perpetuum durabit. Quomodo qualiter ignotum est nobis quia certum est quod illud oportet reducere ad miraculum singulare. Ad tercium de fletu dicunt doctores quod in fletu duo concurrunt. resoluciones lacrimarum et turbaciones corporis capitis oculorum et fletus. Quantum ad primum non erit ibi. sed quantum ad secundum sicut arguitur bene deducit. Ad quartum de verme quod consimiliter dicunt quod erit spiritualiter vel remorsus consciencie quam dicitur ex putrefaccione peccati metaphorice loquendo et affliget. Ad quintum de tenebris dicendum quod disposicio inferni erit talis qualis esse poterit maxime ad afflictionem dampnatorum

vt ipso non punit et delectabilis sicut patet in
mente; pro actu non est sensibilis, sed quia
ad nocendum visui apponeretur. Erunt ergo
dispositiones inferni talis quod nichil perspi-
cue ibi videbitur sed sub quadam umbro-
sitate ut illa videantur que dicit pos-
sunt ingerere afflictionem. Unde semper locus
est magis tenebrosus quam lucidus quia ibi non
poterit esse ignis nisi feculentus et tur-
bidus. Quod scriptum dicit quod non solum per
ignem puniuntur dampnati sed sicut dicit
Basilius super illud psalmi Vox domini intercidentis
flammam ignis: in ultima mundi
purgatione fiet quedam separatio in
elementis primi ab impuris ut quicquid
est purum et nobile remaneat rema-
neat superius ad gloriam electorum et
quicquid feculentum et turbidum des-
cendat ad infernum ad penam dampna-
torum, ut sicut omnis creatura dei celeste-
tis ita gaudium, ita dampnatis ex omni-
bus creaturis tormentum fiet. Et sic
intelliguntur verba principium capituli
lectionis: pugnabit cum illo orbis
terrarum contra insensatos. Et illa varia
imperia talium fecit sulphur sic
vocatur. Quia ista pena purgatorii non
est principaliter ad affligendum sed ad purgan-
dum, ideo dicitur etiam per solum ignem
fieri; non sic autem in inferno cuius
pena est ad affligendum et nullo
ad purgandum etc. Lectio 13

Melior est sapientia quam vires et
vir prudens magis quam fortis.
Postquam ostensum est a principio
libri usque huc quod per sapientiam et bo-
nos mores sicut hic sapientiam acquirere
hic declarat consequenter quod sapientia ac-
quisita sit hominibus perficiens. Est tamen
notandum quod ista divisio libri vel processus
non ita sapientie sit quin in utraque par-
te utrumque fiat. Nam in precedentibus
aliquid dictum est quomodo sapientia homines
possit perficere et in sequentibus docebitur

quomodo aliquis homo possit sapientiam acqui-
rere. Agit ergo alternatim nunc de sapi-
entia acquirenda, nunc de sapientia accep-
ta ubique per totum librum. Quia in primis
et postremis sapientie est fructus hominis habilitare
ad se ipsum et ad alios gubernandum
utrosque. Ideo de isto fructu prius hic inten-
dit. Unde intendens quoniam cadit in infor-
mandum reges et principes, iudices et
prelatos quomodo tam se quam subditos de-
beant gubernare. Hic autem fit mentio specula-
tim et alternatim duplici via videlicet
sapientiam commendans
et ad perficiendam invitans. Unde
primo com-
mendat eius valorem, nunc invitat ad
eius amorem circa per totum capitulum. Commen-
dans autem sapientiam ipsam laudem compara-
tiva ad fortitudinem corporalem que facit
principem per suppositionem habilitans ad ali-
os regendum et gubernandum. Fortes
enim homines et robusti primo ceperunt
per tyrannidem debiliores opprimere ut
eis essent a ... non ad subiectos quomodo
dominandi. Sicut de Nemprot 10
Gen. 10 de quo dicitur: cepit esse ro-
bustus venator hominum coram domino, id est
oppressor et extinctor ad se dominan-
di. Multum autem invaluit illa opinio quod
fortitudo corporalis valet dignificare
homines ad principatum et quidem communiter
hodie a pluribus fatuis fatuus appro-
batur. Contra quam opinionem eleccio quod fla-
... de eo quod ad regendum et gubernandum
Melior est sapientia quam vires etc. Sapientia
inquit quia describitur est quod includit fide
speciem et caritatem cum omnibus virtutibus
cardinalibus. Quia non loquitur de sapientia
... ut est quedam virtus intellectualis
prout sicut in principio libri dictum fuit. Unde
Eccli. c. 1. Dat differentiam inter sapientiam
et alias artes quia alie artes sunt in
... sicut navigatio vel edifi-
catio vel plantatio. Sapientia autem est
ars vite. Idem etc. secundum grecos

exactores quos an expavit. amme
non sentit esse per sapientiam per litteras
nescit sapientia res tradit non verba de
diversis questionibus quae cogitat de pretiosis de
futilibus de caducis de aeternis. ¶ De ista
sapientia loquitur Bernardus in quibusdam sermonibus
et ponitur auctoritas super libro florum c.
20. Distinguit sapientiam triplicem scilicet
cordis, oris, operis. Et qualiter ponitur in tribus capitulis
Et sapientia inquit cordis est
in penitudine peccatorum praeteritorum in contemptu
praesentium commodorum et in desiderio fu-
turorum praemiorum. Invenisti inquit pla-
ne sapientiam si prioris vite peccata deple-
as si huius saeculi desiderabilia parvipen-
das si aeternam beatitudinem toto deside-
rio concupiscas. Invenisti sapientiam si tibi
horum singula sapiunt prout sunt hic
quidem amara et omnino fugienda ista
non velud caduca et transitoria et con-
tempnenda illa non ut perfecta bona tota
affectione desiderans in animi amici confida
sapientiam diiudices et discernas. Hec quantum
ad sapientiam cordis. De sapientia vero oris
subdit sane in his tribus ore affluit
sapientia et prudencia scilicet in ore confessio
propriae iniquitatis in gratiarum actione et voce
laudis et in sermonis edificatione. De
operis sapientia dicit sic quecumque in opere
triplicem affluentiam. Illud puto esse
quantum ad opus pertinet illum copiose
satis affluere sapientia quem tamen continet
patientem et obedientem ut videlicet fidelis
obedientiam propriam mortificet volunta-
tem continentia carnalem vero et se-
cularem apprimat voluptatem. Scilicet
patientia utraque similiter corporalem scilicet et mun-
dialem vilitatem sustineat adversitatem. Hec
Bernardus. Et certe ista sapientia melior est quam
vires. Sapientie 27. Cum ipso virum est sapi-
ens veniat et fiat quod deus incipit
¶ Est enim sapientia triplex videlicet mundialis bes-
tialis et spiritualis. Prima huius ab iaos

et cupidi. 2a voluptuosi et lubrica
eorum non iniuriosi et solidi. De prima sapientia
dicitur 1 Cor 3. Si quis videtur inter
vos sapiens esse stultus fiat ut sit sa-
piens. Sapientia enim huius mundi stul-
titia est apud deum. De ista sapientia lo-
quitur Gregorius 10 moralium exponens et dicit
sic huius mundi sapientia est cor regere
machinationibus sensum verbis velare
quae falsa sunt vera ostendere et quae vera sunt
falsa demonstrare. Hac qui sciunt ceteros
despiciendo despiciunt. Hac qui nesciunt
subiecti et timidi in aliis ipsam mirantur
hi vero subsequentibus sapiunt honorum
culmina quaerere adepta temporalis gloriae
vanitate gaudere irrogata ab ali-
is mala multiplicata reddere cum vi-
res suppetunt nullis resistentibus ce-
dere cum virtutibus possibilitatis deest quidquid
per maliciam expellere non valet hoc
pacifica voluntate simulare. Hec Gregorius. ¶ 2a sa-
pientia est sapientia bestialis. De qua
ad Rom. 8 sapientia carnis inimica est deo
legi enim dei non est subiecta. Hanc
sequuntur voluptuosi qui in tota sua sol-
licitudine circa carnis delicias
propagandas apponunt. ¶ 3a sapientia est
spiritualis. De qua Col 1 impleamini
agnitione voluntatis dei in omni sapi-
entia et intellectu spirituali. Et Iac 3 omni
desursum est sapientia prima quidem pudi-
ca est deinde pacifica. Per primam ex-
cludit sapientiam bestialem per 2am mun-
dialem quae iniqua est pacifica scilicet
in turbulentia et in bello. Spiritualis non
sapientia stultorum est. De qua Gregorius ubi dicit iust-
orum sapientia est nichil per ostentationem fin-
gere sensum verbis aperire vera ut sunt di-
ligere falsa devitare bona gratis ex-
hibere mala libencius tollerare qua
facere nulla iniurie ulcionem quaerere pro
veritate contumeliam lucrum putare. Hec
istorum simplicitas deridetur et cetera

mundi sapientibus fatuitas reputatur quod cum mundo stulcius quam amissa non querere, possessa repetentibus relaxare, nullam vindictam pro acceptis iniuriis reddere, ymo ad multa alia paciencia prebere secundum Augustinum. Sap. vi. Quia sapiencia melior est quam vires et vir prudens magis quam fortis. Prudencia et sapiencia accipiuntur in proposito pro eodem. Quantum ad primum: vir prudens diriget gressus suos. Sed qualiter prudens hoc faciat bene docet Seneca de copia verborum. Dicit quod prudens animum suum tribus temporibus dispensat: presencia ordina, futura provide, preterita recordare. Nam qui nil de preteritis cogitat vitam perdit, qui nichil de futuris premeditatur in omnia mala incautus incidit. Sed qualis ista prudencia debet esse dicit Seneca in eodem libro: Non debet esse tamen astuta sicut aliqui deprendeant prudentes videri et sunt astuti. Prudencia enim requirit amandata calliditate fieri in omnibus attentum sed ad timentem, ad requirentem astucia plenum, sicut pelle simplicitatis inuitum, quicatorem culpatis, et ut possemus unus omnes a cunctis malis. Hoc vocatur perfecta prudencia, ne obtusum esse quod licet nec astutum secundum Senecam. Verbi plane patet quod per sapienciam sapiencia vel prudencia debet adiungi simplicitati secundum doctrinam salvatoris Mt. x. Estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. Notandum quod triplex est sapiencia serpentis in bonis quam nos contra mundi insidias pertinentes debemus periculis imitari. Prima est quod per prudenciam totum corpus pro salute capitis exponit quod caput involuit. Sic nos pro cristo capite nostro et nostra corpora ponere exponere debemus. Et propter honorem dei iniurias suscipere tam in cordibus quam in rebus. Secunda prudencia serpentis est quod obturat aures suas ne audiat incantantes, et precipue incantatores venena que sunt in capitibus serpentum ad medicamenta vite conficienda. Serpens non hoc precavens caput suum inter spiras corporis involutum abscondit et unam aurem applicat ad petram et aliam cum cauda obturat. Sic nos moraliter facere convenit. Incantatores sunt mali homines et corrupti alliciantes nos sub specie amicicie ad vicia mundi vel carnis malis suggestionibus et exemplis perversis. Nos igitur cum tales temptant superiorem partem racionis tamquam cristo aurem petre quodammodo i Cor. x. et inferiorem obturemus per cogitacionem finis que cauda corporis vite nostre, ne illi qui blande et leniter voluptates nobis suggerunt pertrahant ad consensum.

Tercia prudencia serpentis est quod pellem veterem deponit. Cum enim senescit et putrescit corpus suum ingenuat si fit tunc per foramen angustum alicuius petre ubi pellem veterem relinquit unde et sic renovatur et sanatur. Petra sicut prius dictum est cristus est. Foramina multa sunt ipsius plurima vulnera. Relinquitur veterem pellem, id est mortis conversacionem corruptam et abhominabilem deponendo volumus devota contemplacione et recordacione passionis cristi per ista foramina. Exo. xxxiii. Ponam te in foramine petre et protegam te dextera mea. et Cant. 2. Veni columba mea in foraminibus petre. Et bene dicit: Estote prudentes sicut serpentes, sed non estote pungentes sicut serpentes vel estote venenum emittentes, sed estote prudentes tamen. Non est cautela mala quam in aliquo inveniat homines ad vivendum. Eph. iv. Deponite nos secundum pristinam conversacionem veterem hominem qui corrumpitur per desideria erroris. Duo tamen requiruntur ad hoc quod serpens in foramine pellem deponat: foraminis angustia et subtilitas. Si enim latum esset sine difficultate transiret et pellem veterem secum portaret. Secundo requiritur stabilitas pe-

De triplici sapiencia quam serpentis

Duo requiruntur adhuc quod serpens in foramine pellem deponat

cu no esset stabile porq forme secu
feret qua pelle ibi relinquet . Sic nos
si volumus pellem veteris conversacionis
deponere oportet arta et angusta via
primo pertransire et sic no quaciunq sed
instabili prosperitate via mutanda in melius
commutandi . michil enim est maius contrarium
prudencie qua instabilis mutabili
tas Unde Seneca de prudencia . Aplec
tis ubique idem eris et pro rebus ac
varietatibus quam exigit ibi aptare ac
tomedes temporis ne te aliquo mutes
sed porcius aptes . etc. Capitulum septimum lectio XI

Audite ergo reges et intel
ligite iudices finium
terre . Sicut igitur primo et
per frater sapiens sermonem di
rige ad se ipsum et ad alios uniuersos
regendum et hic magis ad reges in
dices et platos pertineat et iam
declaratum sit quod sine sapiencia non potest
esse iusticia nec sine iusticia sapiencia
concludit frater predictus ex omnibus premis
sis dicens ista persuasione dicens Au
dite ergo reges etc. id est vos qui estis qui
sapienciam et iusticiam subditis vestris administrare
tenemini . sapiencia enim sine
disciplina haberi non potest ergo audite re
ges et intelligite . In psalmo Et nunc reges
intelligite erudimini qui iudicatis terram persuadet
ergo predictus sanctus in hoc textu quatuor videlicet

humili — audiendi — audite ergo reges
subtili — intellectu — intelligite
studii — apprehendendi — discite
generi — excercendi — iudices finium terre

dicit ergo sic sapienciam ordinando litteraliter
O reges vel quicunque prelati audite au
ribus cordis . quia Ecclesiastici 6 Si dilexeris audire
sapiens eris et hic est ratio . Sed nec satis
valet aures rex quia Ecclesiastici 10 Rex insi
piens perdet populum suum . Consignat
Salomon cum rex constitueretur a domino
peciit 2 Paralipomenon 1 Da mihi sapienciam et
intelligenciam ut ingrediar coram
populo tuo etc. quia non sufficit ante pa

re n' papiat et mete 3 deos subdit
intelligite Ecclesiastici 9 Iudices papiam
sapiencior erit et intelligens guber
nacula possidebit . et iterum Vos iudi
ces finium terre . id est vos iudices genera
les . quia quanto maior est vestra iurisdic
cio tanto maior requiritur in vobis iu
sticie dilectio . Discite vero id est discite bene
facere et hoc sufficiat . Primo ergo in hac
littera regibus persuadet humilitatis
addiscendi . Unde dicitur Audite reges
Cum enim nulla virtus in vobis innata sit
neque moralis ut patet 2 ethicorum neque in
tellectualis libro 3 de anima eo quod anima est
sicut tabula nuda etc. Reges enim
summe virtutibus indigeant . et iterum
audite sicut sermo in textu dicitur . Sed
Alcuinus in vita Karoli magni de missa ad au
res ergo audite vos reges Audite etc.
Audite reges auribus papite persuado
Omnes enim rege decet dominum summe co
lere et legem dei scire . Unde Deuteronomii
17 Rex moys sancti sic papit post
quam sederit rex in solio regni sui
describet sibi deuteronomium legis huius
in volumine accipiens exemplar
a sacerdotibus leuitice tribus et habebit
secum leget que illud omnibus diebus
vite sue ut discat timere dominum deum
suum et custodire verba et ceremonias
que in lege eius precepta sunt Et in omni
consecracione regis subiecto benedicens ut
consecracio super eum fiat ista tamen fiat
subiuramento sub hac forma Haec
tria nomine promitto quod tamen populo parens et
michi subditos In primo me precep
turum et opere pluribus temporibus ut
ecclesia dei et populus christianus veram
pacem nostro arbitrio in omni tempore servet
Aliud ut rapacitates et omnes iniqui
tates omnibus gradibus interdicam
Tertio ut in omnibus iudiciis equitatem
et misericordiam papiam ut michi et
vobis indulgeat misericordiam suam clemens

Rex in suscepcione sua talia iuramenta faciat

meus et mediator deus. Ecce quod secunda
consta pt talis unctio qua licet subiecti
in sumini fastigium regem cui licet sublimare
in rebellem potestate et stare familiarum
summe difficilis. non enim ad ludum nec
ad honorem tantum nec ad ocium sed ad pericu-
lum sollicitudinis et summi negocii
evocatur. Postquam autem rex sic percepit
unctionem dictis supra cum quibusdam
orationibus metropolitanus unget eius
manus de oleo sanctificato. postea
humeros et scapulas compages brachi-
orum et tandem de oleo eodem faciet
crucem super caput eius. postea de cris-
mate cum orationibus. postea ab episcopis
accipiet ensem et cum ense totum
regnum sibi fideliter ad regendum sciat
esse sibi commendatum dicente metropo-
litano vel cum sollempnitate fiat. Ac-
cipe gladium per manus episcoporum licet
indignas vice tamen et auctoritate
apostolorum consecratum tibi regaliter impositum
nostreque benedictionis officio in defen-
sionem sancte dei ecclesie divinitus ordina-
tum. Et esto memor de quo psalmista prophetavit
Accingere gladio tuo super femur ut per eun-
dem vim equitatis exerceas molem
iniquitatis potenter destruas et sanctam
dei ecclesiam eiusque fideles propugnan-
do protegas. nec minus sub fide falsos
filios quam christiani nominis hostes exe-
crens ac destruas. viduas ac pupil-
los clementer adiuves ac defen-
das. desolata restaures restau-
rata conserves. ulciscaris iniusta confir-
mes bene disposita. quatenus hec agendo
virtutum triumpho gloriosus iusticieque
cultor egregius cum mundi salvatore
cuius typum geris in nomine eius sine fine
merearis regnare. Cum accinctus fuerit
ense accipiet armillas a metro-
politano et suscipiet eas hac benedicti-
one. Accipe armillas sincerita-
tis et sapientie diveque circumdationis indi-

cium quibus intelligas omnes operationes
tuas contra hostes invisibiles et visi-
biles posse esse munitas. Deinde
accipiat pallium et postea coronabitur.
post hec accipiet anulum. deinde scep-
trum et ultimo virgam. Coronatus ergo episcopis
psallentibus a quibusdam choro canente Te
deum laudamus ad solium regale du-
citur metropolitano dicente. Sta et
retine amplius locum amodo quem
usque nunc paterna fuit successione tenu-
isti hereditario iure et delegatum per
auctoritatem dei omnipotentis et presentem tra-
ditionem nostram et omnium episcoporum ceterorumque
servorum dei suorum et quanto clerum sacris
altaribus propinquiorem prospicias tanto
ei potiorem in locis congruis ho-
norem impendere memineris quatenus me-
diator dei et hominum te mediatorem
cleri et plebis in hoc regni solio
confirmet et in regno eterno faciat
regnare. Ihesus cristus dominus noster qui cum patre
regnat et dominus dominantium. letanie
et orationes multe dicuntur super eum que
omnes declarant eum esse debere culto-
rem iusticie et fidei zelatorem quod sine
doctrina sapientie exequi non pos-
sunt. Et ideo signanter dicit eis sub fi-
gura in hoc textu audite illud. Domi-
no solum ipsi reges dicuntur in sacra
scriptura sed etiam clerici qui se et alios
bene regunt ut dicitur xii q. 1 Duo sunt
genera et ad alios dicitur ut audite
reges et i pe 2o Vos estis genus
electum regale sacerdocium genus sanctum
Et caveant ne de eis verificetur
illud quod dicit Abbas decorniato in
quodam sermone. Vos inquit genus de-
lectum simile sacerdocium geritis prophana
amplius perdicionis quod habet. Secundo per-
suadet studium sive regibus et prelatis non
solum humilitatem addiscendi sed etiam
subtiliter advertendi. unde dicit:
Et intelligite. In primo intelligite

Qualiter constituuntur inunguntur et coronantur reges

Clerici dicuntur etiam reges si se bene regunt

insipientes in populo et stulti aliquando sapite
Est ergo intelligere quasi intus legere Et pon
derare et recordari ac memoriter re
tinere que legerit et non intelligere est ne
gligere ut gravius conqueritur psalmista Dominus
de celo prospexit super filios hominum ut
videat si est intelligens aut requirens
deum et sequitur Omnes declinaverunt simul
inutiles facti sunt etc. Tercio persuadet pro
fessoribus rectoribus ac gubernatoribus et in
ferioribus aliorum aviditatem inquirendi
cum dicit Discite Proverbiorum 6 Vade ad for
micam o piger et considera vias eius
et disce sapientiam Et iterum petit psalmista
Da michi intellectum ut discam man
data tua Matthei 11 Discite a me quia mi
tis sum et humilis corde Antiquitus
aviditate inquirendi quesierunt prin
cipes magistros et sapientiam ut patet exemplo
de Alexandro magno quem pro patre suo
Philippum regem Macedonie disci
plinis Aristotelis tradidit cui Aristoteli
mox Alexandro nato hanc epistolam
destinavit Philippus sicut narrat Agel
lius libro Noctium Atticarum Philippus
rex salutem Aristoteli dicit Filium michi ge
nitum scito quia equidem diis habeo gratiam
non tam quia natus est quam pro eo quod
nasci contigit temporibus vite tue Spero
enim fore ut eductus eruditusque a
te dignus existat et nobis et ista
rum rerum susceptione Vult dicere quod
per doctrinam Aristotelis et educacionem spera
vit filium suum fieri dignum filiacione
regia et regia successione in regno
De studio non Alexandri magni scribit
Alexander Nequam libro suo de naturis
rerum sic Aristoteles discipulum Macedonie
fuisse certum est omnia tamen logica ela
boravit tamen a seculis nostris indaga
tor extitit Macedo ut in vase vitreo
in mare missus naves et [illegible]
piscium deprehendit gallum cum [illegible]
[illegible] ut super [illegible] pro galli can

Quia quidem antiqui quesierunt sapienciam

tu excitaretur et in vase dicto dicitur
quod insidie clandestine pretendere
super hostes in re militari dum exerci
piscatur cum aliis insurgere precipit
in mari Virginianus exercitus sicut narrat
Plinius aliquando multa hominum que in tota
Asia et Grecia vacarunt armentis alue
aribus piscinis vinariis ne quidem
ipsi [illegible] ignoraret quidam ne illi
excipiebantur Aristoteles summus vero primo
institit pro Aristotele pernoctando Et fe
runt volumina illa pro [illegible] de arabica
condidit et Plinius [illegible] apud nos non in
veniantur [illegible] ergo ista aviditas ad
discendi Nos autem non movemur cas
titate que [illegible] curiositate scrutandi set
assimili ea in ad laudem dei et bonos
mores pertinent solummodo apti sumus
perscrutari Baruch 3 Disce ubi sit sa
pientia ubi sit prudentia ubi intellectus
ubi utilis et scias simul ubi sit longe
vitas vite et victus ubi sit lumen
oculorum et pax Quarto persuadet gu
bernatoribus aliorum severitatem exequendi
pro iusticia cum dicit Iudices finium terre
equali modo dicuntur fines terre et
in illos debent iudices severitatem exercere
Unde de iudicibus dicitur Romanorum 13 Dei enim minister
est vindex in iram ei qui male agit Et Deuteronomii 16
Iudices et magistros constitues in omnibus
portis tuis ut iudicent populum iusto iu
dicio nec in alteram partem declinet Non
accipies personam nec munera que mu
nera excecant oculos sapientum et
mutant verba iustorum Unde Augustinus 14
de civitate dei ignorantia iudicis plerumque
est calamitas innocentis etc. Lectio 17

Prebete aures vestras qui contine
tis multitudines et placetis
vobis in turbis nacionum quoniam
data est a domino potestas vobis et
virtus ab altissimo qui interrogabit
opera vestra et cogitaciones scrutabitur

Moraliter mali dicuntur fines terre etc.

postq̄ sp̄us sciis inuitant ad amorem
sapie reges iudices et platos gnā
lit̄ hic dirigit inuitacōne sp̄a ad
reges et iudices malos sp̄ealiter
Unde postq̄ inuitant p amicabilez
informacōm hic inuit p cōmina-
cione Et circa hoc duo facit. Ita p̄mo
exprīat eis penā 2º expallat eos culpā
za po ibi Quōm exessetis minist̄ regis
Circa p̄m dr tangit contra iudices et in
iustos ptores p̄mo status eos celsi
tudinē 2º actus eorum ingratitudinē ibi
Quōm data ē a dn̄o po 3º pene certi
tudinē ibi Quōm interrogabit Dr
go p̄o sic pbete aures sz ad discendum
sapiam et bonos mores. pū. 7 fili
mi attende sapiam meā et prudencie
mee inclina aurē tuā. Nos q̄ tenetis
multitudinem. non dr vos q̄ regitis multitudinē
nec qui docetis q̄ gentes q̄ d. vos q̄
dominium queritis non fructum. q̄ publice
utilis Con qualis loquitur apostolus i
pe. 7 no ut dnantes in cleris sz forma
facti Greg. i epistolis pbete go igitur
aures no una tantum sz duas scilicet cordis
et corporis Luce 8 Quōm hēt aures
audiendi audiat. pbete go aures
no accomodate no vendite Aures ei
sapie accomodat q̄ tantum ad horā doc
trine vacant Con. quales i Thymo 4
attende tibi et doctrine et post ante hec
meditare. i hijs esto Unde Bern. ep.
sz. no cui vacamus p̄chando ē omnia
alia negligenda sunt ut hic aspideas
cui nullum opus sciris magnum ē cetis
aspuncia usque ad horam cui tamen mos
uita p̄ducitur no multum refert utrum
obmittas p̄am an intermittas Et io
pbete aures vestras. no accomodate nec
vendite Vendunt enim iudices recepto
res munera aures qui nichil audiunt
de causis hominum pauperum doc munus
aduenit Michee. principes eius in
muneribus iudicabunt. pbete go

Vendunt enim aliqui iudices aures suas.

aures vos q̄ continetis multitudinem et placetis
vobis no deo sz sm augustinum in ps. Adu
lenam Quōm placet deo displicet
in turbis nacionum. i. in multitudine subdi
torum ut auditores et no in bonitate
eorum q̄ ē cōm doctrina sapientis Ecc.
16 no iocundum in filiis impijs si multi
plicentur no sic placuit sz Joh. eius
sua z q̄ dicebat matre eorum no ha
beas graciam q̄ ut audiam filios me
os in ueritate ambulantes Hic go ex
primit status eorum celsitudinē Cons
quenter subiungit actus eorum ingratitudinem
et sic dr Quōm data ē a dn̄o ptās
illa enim magna est ingratitudo. cum
hoc de beneficiis a deo receptis deum
expugnant. i. deus tales cui i recepe
runt ptātem ut subditos gubernent
ad honorem dei ipsos expoliant et
ipsis deum inhonorant Data ē igitur
vobis ptās. no vendita. q̄ d. Gratis ac
cepistis gratis date Mt 10 et hic a dn̄o
q̄ Joh 19 no hēres vllam ptātem in ea
cum esset ē desup. Actus sp̄imendi ma
los et cohercendi reos Quōm interroga
bit opa vestra Hic subiungit pene cer
titudinē i iudicas equali qm deus
no interrogabit hominē tantum sz opa que
testificabitur contra hominē Joh. Opa
q̄ ego facio testimonium phibent de me
Et no solum opa ymmo cogitaciones
scrutabitur Sap i in cogitacionibus
ipm erit interrogacio pbete igitur aures
vestras Ita corrigit cursus ut ei pbeat
Cor Cor ad diligendum Ecc 23
Maius pbe fili mi cor tuum in maxa
Dauces nus ad testimonium phibendum
Ecc 46 dr de Samuele testimonium
phibuit in conspectu dei et cristi Aures ut
hic et Joh. 6 pbete aures et videte
Dz me ē demosthis nobilibus sz B.
de Albane Narrat Aristo 2. de anim
c 2 Est enim aut magnitudinem certi
tum cum q̄ficitudine eum aliud h̄uo

nō de nobilibus set et aliis q̄s stat sed tamen

fel in aure sicut fel hominis est et amarum valde. Unde in aut. magno iure conqueritur fedantur multi potestates et magni cum languent verbis dei vel cum contra generaliter predicatur in quibus tamen res se sentiunt statim amaricantur et turbantur sicut cum fel in aure cordis quorum unicuique dicatur per illud Act. 8 Non est tibi pars neque sors in sermone isto. In felle enim amaritudinis et obligatione et iniquitate video te esse.

Notandum est quod licet prelatus sit malus et subditus bonus et sanctus, quamdiu tamen prelatus tolleratur, ab ecclesia maiorem habet honorem et reverentiam quam subditus propter tres rationes. Primo quia prelatus gerit vicem dei. Unde deus ipsos specialiter honoratur et hoc debetur per quemcumque subditum ad honorem prelati sui. 2a ratio est quia est persona publica. Unde in ipsa honoratur res publica et bonitas communis que maior est quam bonitas alicuius persone singularis. Et ideo competunt prelato personaliter dicitur id quod in fine ethicorum dicitur de perfectionibus ... et ordo prelati est quam ordo ... Et ideo videtur melior ... quam ordo singularis persone.

3o quia prelatis habet se adiuvare sicut causa efficiens in aliis virtute. Unde ipsa prelacio honorabilior est etiam in persona indigna. Dicit enim philosophus 4 ethicorum Dignus est in aliis tamen virtutibus ... tamen virtuosum esse etc. Lectio 76

Quoniam cum essetis ministri regni illius non recte iudicastis neque custodistis legem iustitie neque secundum voluntatem dei ambulastis. Postquam sapiens declaravit malorum iudicum futuram penam, hic accusat et applicat future pene causam. Et circa hoc sic procedit. Primo ostendit quod mali iudices prelati sunt veraciter iniusti debitores. 2o ostendit in quibus sunt iniusti transgressores. Primo ibi Non recte iudicastis.

Primum declaratur sic. Omnis minister obligatur ad ministerium quod sibi pactum cum domino suo. Sed omnis prelatus iudex et superior facit pactum cum domino suo scilicet deo ut sit minister regni huius et gubernationis communis sub deo, ergo sic talis obligatur ad hoc ministerium. 1 Cor. 4 Dispensatores ministrorum sunt hic et ... persone recta ad ... ministeria obligantur. Iste autem dominus vel ipsa obligatio eius exigerit cum dicit Cum essetis ministri regni illius. Ex quo manifeste concluditur quod fuerunt iniusti debitores et per consequens mali iudices sunt iniusti debitores. Omnis enim rex et quicumque est sub eo est iniustus debitor et omnes sunt ministri regni dei et communis 2 Cor. 6 Exhibeamus nos commendet hoc ut ministros christi et dispensatores ministeriorum dei et sic per consequens mali iudices sunt iniusti debitores quod est propositum.

2o ostendit quod sunt iniusti transgressores. Et hoc expetitur ... Contra ad primum dicit sic Non recte iudicastis.

1o quia male iudicaverunt reos | Contra ad
2o quia iniuste spoliaverunt iustos |
3o quia male regulaverunt seipsos |

2m neque custodistis legem iustitie. Contra ad 3m neque secundum voluntatem dei iudicastis. Dicit ergo sic primo Non recte iudicastis. Hic autem agit quando ... sicut dicitur ... et hoc in Canon. 2 q. 3 quatuor modis humanum iudicium pervertitur scilicet. Hoc est in prima ... ubi agitur in quibus secundum Gregorium quatuor modis iudicium humanum pervertitur.

Timore / Cupiditate / Offensione / Affectione

Timore dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus. Cupiditate dum premio alicuius corrumpimur. Odio dum contra quemlibet adversarium molimur. Amore dum amico vel propinquis contendimus prestare hoc Gregorius

Prelatus malus a subdito debet honorari

Iudicium humanum quatuor modis pervertitur

Judicant et non recte. Contra quos dicatur

Quidam — propter personarum acceptionem — propter pecuniam interventam — propter debiti ordinis pretermissionem — [non recte iudicant]

Deut. 1. Sic parvum audietis sicut magnum
nec accipietis cuiusquam personam quia dei iu-
dicium est. Verumtamen legem istam omnes iu-
dices attendent qui dei iudicium
faciunt. Unde illud facere debent quod
deum vellent facere sibi esse. Alii
non recte iudicant propter pecunie interventio-
nem. Intendunt enim quandam remune-
racionem temporalem vel in persona vel in pe-
cunia. Contra quos loquitur Gregorius et habetur
in canone. xi. q. 3. Qui recte. Qui recte
iudicat et premium remune-
racionis expectat. fraudem iudi-
cii perpetrat quia iustitiam quam gratis
impartiri debuit acceptione pecunie ven-
didit. Bonis male utuntur qui pro
temporali lucro iuste iudicant. Tales
quippe ad videre non iustitie defensio
sed amor premii provocat quibus si spes
nummi subtrahitur confestim a iustitie
defensione discedunt. Et Gregorius. Cum
enim quia iudex propter munera iusta fa-
ciens dampnatur quid fiet de illo
iudice qui propter munera iniuste iu-
dicabit. Tertio sunt quidam qui non recte
iudicant propter ordinis debiti
pretermissionem. Debemus enim quicunque
sumus in superiori gradu positi primo
iudicare nosmetipsos et postea
alios considerantes nos esse homines
et non deos aut dominos. 1 Cor. xi.
Si nosmetipsos iudicaremus non
utique iudicaremur. Qualis autem
debet esse qui debet alios iudicare
bene et lucide declarat Ambrosius super
psalmum Beati immaculati et habetur in
canone. 3. q. 7. Judicet. Judicet ille
de alieno errore qui non habet quod in
seipso condempnet. Judicet ille qui
non agit eadem que in alio putavit
punienda. ne tunc cum de alio iudi-
cat in se ferat sententiam. Judicet ille
qui ad pronunciandum nullo odio nulla
offensione nulla levitate ducatur.
Et post pauca. Bonus iudex nichil
ex arbitrio suo facit nec ex domestice
voluntatis proposito. Sed iuxta leges et iura
pronunciat statutis et statutis iuris ob-
temperat non indulget proprie volunta-
ti nichil paratum vel meditatum de domo
defert sed sicut audit ita iudicat
et sicut se habet natura discernit. Et ille
Oneas [?] custos dictus legis iustitie. Ubi accusat
eos fuisse iustos et transgressores quia
iniuste spoliaverunt iustos. Judex qui
male iudicat sequitur iustum a bo-
nis suis spoliat. Et sicut dicunt
doctores concorditer si tulit iniquam
sentenciam ex certa malicia vel ex iuris
ignorancia tenetur ad restitucionem et ad
totum interesse parti lese si non possit revo-
care illam per quam iudicavit iniuste
ad satisfaciendum parti lese. Et istud
intelligitur de iudice ordinario vel
delegato et sponte se ingerente vel
acceptante gratis delegacionem. Sed
si non aliquis iuris ignarus fuerit
compulsus ad iudicandum et peteret consi-
lium a iuris peritis cum eos potuisset
habuisse tenetur. Aliud est hic notandum
secundum Ray. de simonia et re iud. dicit
Summa [?] ... Tu etiam si iudex
ecclesiasticus ordinarius vel delegatus
contra conscientiam et iustitiam partis alterius
iudicio quidquid facit per gratiam vel per
sordes ab execucione officii per
annum noverit se suspensum ad estima-
cionem litis parti quam lesit nichilominus
condempnandus. Et si durante suspensi-
one ingerit se divinis irregularis est
et cum eo solus papa dispensat. Et idem
illi qui cum iudicibus tractant vel compu-
lendo vel supplicando vel informan-
do. Bene cavere debent ne sint ca-

Judex bonus seipsum primus debet iudicare

quare iudex a veritate declinet vel
propter carnis affectum vel precio vel suggestionem
quia alias contingit fieri et ad restitucionem
pro sentencia tenetur. Et id quod fit ami
cabiliter rogandum docet Tullius de of
ficiis c. xi. Preclare a maioribus amato
ribus accepimus morem rogandi iudicis
si eum morem teneremus quod salva fide fa
cere posset. Ita si omnia sentencia sit que
amicus voluit non amicicie tales sed coniura
ciones putande sunt. Ad hoc autem quod iu
dex legem iuste custodiat optineat
veritatem. Vide li. primo et 2o Job 29 Cau
Ex affectu cause discussio | sam
specialiter eciam caritatis excludo ... nem | quam
delibatam parte prallacas | nescie
bam diligentissime investigabam. Deut.
13 et Greg. 10 mor. c. 16 maiora cri
mina tarde credenda sunt cum audiuntur et
cicius punienda cum veraciter cognoscuntur. Specia
litas enim crudelitatis presumpta facit dare
iudicium. Unde reputasse princeps mi
litum pharaonis putatur. Gen 39 Domi
nus credulus verbis coniugis tradidit
Joseph ~~carceri~~ carceri mancipavit.
De forma autem discuciendi in iudicio
exemplum habemus de domino nostro qui cum ora
uenisset specialiter petru pcetus me
pauit dicens Simon dormis non
potuisti vna hora vigilare mecu
3a ca quare i puta modr vigilare
debeamq e debilitas terrestris ha-
bitacionis hoc qui iacet in domo
ruinosa ex omni pte debili et sic
tu hic fuerit qr ab extenus que suffo-
dit muros ad eu occidendu non
dabit se sompno si esset prudens si
solerti vigilie domus aie e corpus
luteu ut breui Job 3 habitant
domos luteas ut terrenu fudatu
habet et consumetur velud a tinea. Fossor

Numq eni h sit qui vigilates de nocte

3 mors qui indefesse nititur pfo-
dere domu istaz ut fuetur aiaz eu
peccatis si possit ut eu penis debitis
pperuis Et ideo bn dicitr 2a Vigi
let prefatas q hora fur ueni vigi
let et no si pfodi doma sua 3a timedu
e qr e de nobis sicut de pueris recens
natis Vt eni dicit 1 de sop et vi a
qr pueri qn pmittr dormire et habe
oculos clausos habet consuetudinem
dormiendi in naturam sic e de omnib
tis tam diu durabit in eis consuetu
do dormi dormiendi neglige
pigrae et accidie qr vigilare non
pnt 4a timedu e a tribus malis
passionibus q accidunt i sopno sicut
dicit i li pallegato que sut illa
Epilencia | Epilecia e quedaz
Ephialtes | passio cebri fiaciens
Litargia | hoiem cadere subito et
in expirato Ephialtes e passio i
sompno fiaciens hoi appere qr ali
eu opprimit et nititur suffocare Vnde
illi qui habet hanc passione videt
quiter qr vna vetula incubit su
eos et eos nititur suffocare Litar
gia e quedam infirmitas compellens
hoiez dormire et dormiendo mori
Moraliter iste tres passiones qualia vicia
signant quib; inuolutur totq mudu
Supbi naqz et ambiciosi qr ad g du
et honores ius nitutur ascendere Epil-
tia sint qr supbia cum habet et clu-
diang ultis in via tollitur i altu
ut casu grauiori ruat Luxuria si luxu
riosi patiuntr ephialte qr vetu
la illa q e caro corrupta ppriam su
cumbet et grauatr et deprimit non
surgat Auari no sut sic litargici
i obliuiosi qr quanto plura a deo a
uarq papit tanto magis obliuiscit
tam sui qz dei Vnde gregorius sr id ps
Deus deus meus te ad dem vigi
lat qui nec dei memor e ad dem

In sopno tres male passiones accidunt

dormit qui deum obliviscitur. Non
sic vos karissimi sed sicut apostolus dicit 2 Thess.
5 non dormiamus sicut ceteri sed vigilemus
et sobrii simus etc. Lectio 82
Cogitare ergo de illa sensus est con-
summatus et qui vigilaverit
propter illam cito securus erit quoniam
dignos se ipsa se circuit querens et in
viis suis ostendet se illis hilari-
ter et in omni providentia occurret illis.
Superius posuit conditiones quas sapiens sive intel-
ligens [illegible] in hac parte capitulum usque ad
finem de sapientia declarare. Una que est
in eius acquisitione i. facilitatis. alia
que est in eius possessione i. felicitatis
et de istis duabus agit alternatim mo-
do tangendo felicitatem sapientie acquiren-
di, modo commendando felicitatem sapientiam
possidendi. Consistit autem possessionem sapientie
duplex felicitas, una temporalis et eterna
et de utraque fit hic descriptio modo de
una modo de alia vicissim. Dividitur
igitur textus presentis lectionis in duas par-
tes. In prima ostendit felicitatem que
est in sapientie possessione. 2o facilitatem
que est in eius acquisitione. 2a ponitur ibi
Quoniam dignos. Quantum ad primum dicit quod
duplicem perfectionem confert homini sapientia
que consistit in [illegible] cultu dei. Una excludit
ab homine quantum ad racionale errorem
stultitie et quantum ad irascibilem timo-
rem adversitatis. Quantum ad primum dicit
sic Cogitare de illa i. de sapientia in-
creata que deus est vel de illa i. sapientia
creata que est cultus dei est sensus consummatus
i. sensus valde informatus sine decep-
tione. Sensus enim interior decipitur
aliquando propter indispositionem organi
sicut lingua febricitantis iudicat dul-
ce amarum. aliquando propter indispositionem
medii sicut oculus iudicat baculum
esse fractum cuius una medietas est in
aere et alia in aqua. aliquando propter ter-
elongacionem obiecti sicut oculus iudicat

solem esse pedalis quantitatis et sic de
aliis propter quod sinceritas [illegible] veritatis non est ab
sensibus expectanda secundum Augustinum 2
Soliloquiorum. Et ideo iudicium sensus dicitur imper-
fectum et inconsummatum nisi [illegible]
[illegible] regulatur. In solis ergo sapienti-
bus qui spiritualia diiudicant proprie
est sensus consummatus. Unde Augustinus 1 de li-
bero arbitrio c. 18. Sapiens est qui regimine
mentis omni libidinis subiugatione
remota placatus stat et Eccli. 21 Consum-
macio timoris dei sapientia et sensus. Et per
oppositum stultorum sensus est inconsumma-
tus quia insensualiter stant et sine racione
non vivunt et ideo vocat [illegible] c. 9 Qui in-
consummatus erat [illegible] confugiet [illegible] ra-
mi inconsummati. Sic ergo sapientia exclu-
dit ab homine errorem stultitie. 2o ex-
cludit timorem penalitatis. Quantum ad hoc
dicit Et qui vigilaverit propter illam cito securus
erit quia post mortem quo veniet cito vel
debebit securitate que est potissima
pars beatitudinis. Unde Augustinus [illegible] de trinitate
loquens de futura beatitudine dicit sic Omne
quod ibi erit bonum atque ad fruendum bonum
et summus deus summum bonum erit atque ad
fruendum amantibus presto erit et quod est
omnino beatissimum ita semper fore certum erit. Quamvis
ergo bonus cito securus erit. Apoc. 22 Ecce
venio cito et merces mea mecum est red-
dere unicuique. Et Apoc. 1 Significavit deus
que oportet fieri cito. Et ideo signanter dicit Qui
vigilaverit propter illam cito securus erit. Ad
differentiam hominum lascivorum qui vigilias multas
faciunt non propter cultum dei sed propter cultum
carnis. Quorum quidam vigilant ergo quidam
vigilant ad vigilandum — ad gulam — quidam propter gulam
Quidam ad predam — et suas volup-
Quidam ad luxuriam — tates implen-
das. De quibus dicitur Sap. 12 In sanie
plenas vigilias ducentes. Alii vigilant
ad predam sicut fures et latrones et pre-
dones. Job 24 Vigilantes ad predam
preparant panem liberis agrum non suum
demoliuntur et vineam eius quem vi oppresserunt

Sensus homo multipliciter decipitur

Quidam vigilant propter predam gulam et luxuriam

videmiant planctu in quadam come-
diane apud quos dum vigilia multa
in nocte protrahitur non cum primo sumus
de vita quantum de nocte aufertur. Et hy
vigilant ad luxuriam. Job 24 Oculus
adulteri observat caliginem dicens non me vi-
debit oculus. Sequitur 3º probo laudans
in qua ostenditur specialiter sapientiam acquirendi ex
tribus. ille enim qui nos quaerit et qui no-
bis ostendit et qui in omni tempore nobis
occurrit specialiter invenitur a nobis. sed sa-
pientia incarnata que deus est per se habet
ad nos. Quia ipsa circuit querens dignos
se, scilicet in viis suis et in preceptis suis
ostendit se eis hilariter et in omni providen-
tia occurret illis. Dicit ergo sic spiritualiter in-
venitur. Quia dico scriptura circuit querens
et ad modum querentis se habet. Ex quo si-
gnificatur dat nobis deus occasionem eum
cognoscendi et amandi. Unde Augustinus 10
confessionum c. 6 Celum et terra et omnia que in
eis sunt ecce undique mihi dicunt ut te
amem nec cessant dicere omnibus ut sint
inexcusabiles. Circuit querens nos cir-
cuiens in celo in terra in inferno. Unde
Augustinus 13 confessionum Quesivisti nos non querentes
te quesiti autem ut quereremus te. Circuivit
nos in terra descendendo in cruce moriendo
in inferno ad inferos descendendo. Et in vi-
is suis ostendit se hilariter. Unde consi-
lia precepta consilia semite eius sunt con-
silia. Psalmus: Vias tuas domine demonstra mihi et
semitas tuas edoce me. Et hec hilariter. Apoc. 16 in
hilaritate vultus regis. et in omni provi-
dentia occurret illi. Dicit enim doctor
Tullius 2º rethorice. Providentie tres sunt
partes scilicet memoria, intelligentia et pro-
videntia. Memoria est per quam animus re-
petit illa que fuerunt. Intelligentia
est per quam futurum aliquid videtur antequam sit.
Unde providentia quasi procul videns dicitur est
prius nobis futurum pertractans eventum.
Primo ergo sic providentie deus occurrit
diligentibus docens quid eis expedit
recordari, prius meditari quid

personaliter. Dicit ergo dicere primus quod deus
se diligentibus in omni providentia occurrit
id est gratiam tribuit non solum bene ordinandi
presentia sed etiam bene providendi de futuris. ¶
Ubi notandum quod ad perfectum regimen huma-
ne vite quadruplex providentia est necessaria videlicet

legalium statutorum		prima provi-
temporalium thesaurorum	rum	dentia sunt
personalium meritorum		tenentur re-
regalium responsorum		ges providi

prelati iusta ... et regi-
minis ut leges iuste instituantur
in quibus cum divitibus qua pauperibus
respondeant. Est autem providentia de the-
sauro sacre scripture procedere debet. lex
enim que obviat sacre scripture de certis
et bonis moribus utique debet
esse nocivus sicut dicitur in canone di. 10
Non licet. Unde Felix papa ad Zenonem
imperatorem sic scribit. Certum est hoc
rebus vestris esse salutare ut cum de
causis dei agitur iuxta ipsius constitutionem
et regiam voluntatem sacerdotibus Christi
sacerdotalis studeatis non preferre et sacro-
sancta per eorum presules posse discere
que docere: ecclesie forma sequi sed non humana
humanitus sequenda iura preficere, ecclesie
sanctionibus velle dominari; cui deus
voluit clementie sue pie devotionis
colla submittere ne dum mensura
celestis dispensationis excedit, eam
in contumeliam disponentis. De thesau-
ro ergo sacre scripture sumi debet providen-
tia legalium statutorum sine quibus
impossibile est inter homines conservare pa-
cem et quod dicit 2 Mach. 4 Videbat enim
Onias quod sine regali providentia
esse impossibile pacem rebus dari. 2ª
providentia que est temporalium et thesau-
rorum tenentur facere prelati circumspecti
quod pauperibus sustinendis. Ipsi enim sunt
speciales senescalli Christi quod de ipsius
patrimonio familiam suam exhibere tene-

vudebuch li. e. c. 7. Res pauperu
nō paupib; dāe par sacilegii cē
omen dimostit. Dans pdonia sē
paupm facultates ecclās et sacile-
gia eis crudelit ꝑcipit. quod ꝯ
mise et dispensatores nō uerꝯ posses
sores ultra victū accipiūt et uesti-
tu. Et c. e. dt sic dignū ē ut qui
altario desuit de altario viuat. Vi-
uat ī quit de altari et nō supbiat
nō luxurietur nō dites nō edificabi-
dines ex paupe fiat nō ex ꝑq bili
glosis nō ꝯ de bonis ecclīe apla
pallacia fabricat nec loculos inde co-
ngreget nec vanitate ꝗ sup̄fluitate
dispergat nō extollat de facultatibus
ecclīe ꝯsangwineos suos aut nepotes nec
filias ditare ī nuptūi tradat. Concedit
go ē ut si bn̄ deservis altari de altari
viuas ut bnds. Est go platꝯ ꝑs nasc
callꝯ paupum sigwatꝯ p angelum qui
thobiā iuniorem duxit in regione
medorū et ꝯseruauit eius uxorem
ꝗ debuit copulare et sanū reduxit
cui thobias regraciādo dixit Dimi-
dium tradā ē sum nō ē condignus
puidere tuc. Thob. 9. Sic ēē regi
cabilit sub ditꝯ saluati ꝑ puidēciā
boni plati ductꝯ pmaꝯ pme et re-
ductꝯ ad ciuitatē celestē. Et idō signāt
dꝯ de platis. 1 pet. 7. pascite q̄ ī uo-
bis ē gregē dei puidētes nō coacte
sꝫ spontanee. Nō solū aut plati sed
omnes hentes subas humanū mundi ad
aliqlem hā puidēciā ꝑ paupibus
sustetandis obligatur. Tercia ē puidē-
cia ꝑ salutē animarū et ad istā facie-
ndā omnes obligatur. quilꝫ ꝑ se ipso ī
mundo hūq uita. Ro. 12. Nolite esse
prudētes apud uosmetipsos nulli
malū p malo reddētes puidētes
bona nō tm̄ corā deo sꝫ etiā corā
hominibus puidētes ī quit bona vꝫ

necessaria que sunt uirtutes et bona opera
ista eni bona hent ī se vꝫ. Est eni
preciositatem
durabilitatem
utilitatem
una etiā ad de
uotū ieiunium mā
gis placet coram
deo qua totū aurū mundi et omnes
lapides preciosi. Est etiā multū bonū
durabile quia perpetuum si nō interupatur
ꝑ peccatū. Est tamquam ualde satis ꝯsisteris
ī mundinis ubi multa uidentur uena-
lia pposita. sicut puidet ꝯ de talibus
de quibus scit se esse expoliandum ī
recessu suo de mundinis uellet nollet.
Vita pns nundine sunt ī quibus nego-
ciari debemus. lluc. 19. Negociamini du̅
uenio. Ita tamen ergo sunt qui totā suam
puidēciā faciunt de terrenis diuiciis
de quibus in morte sunt nouis spolia-
ndi. 1 Thy. 6. Nichil intulimus ī hunc
mundū haut dubium quia nec auferre quid
possumus. et ī psona talium dicit Sap.
9. cogitaciones mortalium timide
et incerte puidēciē nostre adulant ecia
qui nundinas quas diuicias plongū tps
cū laboribus cū piculis et tedijs ꝗ
suis filijs et heredibus. et nichil ad
hoc ꝑ se ipsis ī ppetuū puidimus. quanta
fatuitate laborant et acquirat exem-
plo de iacob. Gen. 30. qui postquam se annis
seruicat laban dixit ad sacrū suum
iustum ē etiam ut puideam aliquando do-
mui mee. et ex tunc lucrū ipso vacauit
ꝑ se et ꝑ familia sua. Quarta ē puidēcia
regalium rursus. et ad hanc omnes te-
nentur ꝑ se ipso quilꝫ ꝗ pocius reddituri
et etiā ruis et reus corā iudice
ꝗpitus diliger ꝯ puidet de ruis
in istis casibus eciam omnes ī die iudi-
cii. et ideo de nobis hoc optat deus
impta dd. Deut. 32. Vtinā saperent et
intelligerent ac nouissima puiderent
puide ē paul. vide Crit de bocq 7
de ꝗ sola de Nouissima uita sunt mors

facultates ecclias sē pdonia pauperū

Impnti vita negociari debemus ut ī mundinis ꝑ

et uideant penam et premium. Ista nouissi-
ma dum [illegible] sit prouide et preordina-
re denique et dat [illegible] probabiliter [illegible]
in omnibus operibus tuis memorare nouis-
sima tua et in eternum non peccabis. lc 83

Initium enim illius uerissima est discipli-
ne concupiscentia. Cura ergo discipline di-
lectio est: et dilectio custodia est le-
gum illius: custoditio autem legum consu-
matio est incorruptionis. Incorruptio
autem facit esse proximum deo. Concupis-
centia itaque sapientie deducit ad reg-
num perpetuum. Postquam declarauit quod
homines per sapientiam perducuntur ad felicitatem
restat declarare que sunt media conferentia
ista potestate. et hic facit in presenti lectio-
ne. Unde intentio sua in presenti lectione
est ostendere quomodo natura hominis ordinatur ad
beatitudinem supernalem que consistit in uita
eterna contemplando sapientiam increatam
[illegible] autem beatitudinis adipiscende [illegible]
[illegible] et initium est ab ipso deo. media
uero sunt partim a deo partim a nobis. Fi-
nis ultimus a deo supernaturaliter nobis [illegible]
radix autem et fundamentum beatitudinis
concedende que in diuina consistit [illegible]
est naturale desiderium quod hominibus licet ad sciendum
De quo dicit Philosophus in methaphisica omnes
homines natura scire desiderant et istud
idem desiderium naturale est initium sapientie
sicut ibi dicit sapiens. Initium enim illius
id est sapientia uerissima est discipline concu-
piscentia. Concupiscentia sciendi que est
uera non ficta per simulationes non mome-
tanea realis non picta. Ista generalis
est appetitus deum cognoscendi et aman-
di quia deus est primum uerum et summum
bonum et primus [illegible] ad feli-
citatem que est sapientia in futuro beatificans
per sapientiam fidei in presenti. Et est notandum
quod ista uerissima concupiscentia discipline
derelinquit quosdam ut addiscant
propter apparentiam ipsi uidelicet

Sophiste uerborum [illegible] Est enim sophista
[illegible] apparens sapiens et
[illegible] non existens. et
sophistica [illegible] ab apparenti sapientia
et non existenti ut dicit Philosophus in elenchis
De quibus 2 thimotheum 3 ducuntur uariis
desideriis [illegible] et numquam ad sa-
cientiam ueritatis peruenientes. Alii addis-
cant propter pecuniam de quibus dicit
Ouidius 3 de uetula. Omnes declinant
ad ea que lucra ministrant ut qui sciat
dicitur [illegible] plures ut [illegible]
dant [illegible] [illegible]
[illegible] et ideo [illegible] phisica [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] Sap 7 diuitias
nichil esse duxi in comparatione illius nec
comparaui illi lapidem preciosum quoniam omne
aurum in comparatione illius arena est exigua et ta-
mquam lutum [illegible] illius. Alii sunt uagi
et ociosi et [illegible] negligentes
ingenium naturale colere per doctrinas et
[illegible] disciplinas. Et contra quos
[illegible] scribit apostolus 1 thimotheum 4 Noli ne-
gligere gratiam que est. Et infra attende
tibi et doctrine [illegible] et sic [illegible] di-
citur quod radix sapientie que est naturalis con-
cupiscentia discipline. Sunt post media
que sunt [illegible] Et est talis ordo
Cura | quia desiderium naturale sciendi
Dilectio | causat curam id est diligentiam
Custodia | et sollicitudinem addis-
cendi. Cura causat dilectionem dei quia non
est possibile quod homo sit sollicitus ad cog-
noscendum deum quin sibi proficiat in cog-
nitione proficiat in dilectione. Dilec-
tio dei causat custodiam legis. Unde
Joh 14 Si quis diligit me sermonem me-
um seruabit. Et 1 Joh 2 Qui dicit se nosse deum
et mandata eius non custodit mendax
est. Custodia autem mandatorum dat con-
summationem immortalitatis que immortali-

tus secundum spectans divina quia deus solus secundum eam repugnat non esse ergo a posteriori adulterium arguendo. Concupiscentia sapientie deducet ad regnum perpetuum. ¶ Et est notandum quod sermo iste in ista deductione utitur colore quodam rethorico qui vocatur a Tullio gradatio in rethorica secunda sive ut climax grece sicut docet b. Augustinus 4 de doctrina christiana 6 c. et 7. Omnis eloquentia rethorum in scriptura sacra potest inveniri. Est enim gradatio secundum Augustinum c. 7 cum verba vel sensus alterum ex altero connectuntur sicut patet in verbis apostoli Ro. 5 ubi dicit: Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit. Et sic est Ro. 8: Quos predestinavit hos et vocavit, et quos vocavit hos et iustificavit, et quos iustificavit illos et magnificavit. Et est hic figura sicut color pulcherrimus ornatus sermonis. Gradatio non secundum Tullium diffinitur sic: Gradatio est cum non ante ad consequens verbum descendit quam ad superius ascensum est. Hic vero quia nam reliqua manet libertatis species illius quibus et quibus placet, et quod placet audet, et quod audet faciunt, et quod faciunt nobis molestum non est. Dicit enim dicit doctor ecclesiasticus discere eloquentie ut doceat delectet et flectat sicut dicit Augustinus 4 de doctrina christiana c. 12. Docere est necessitatis, delectare suavitatis, flectere est victorie ut probatus. Et istud ultimum est finalis intentio doctoris ecclesie. Unde Augustinus dicit c. 13: Si talia dicat quod credere vel nosce sufficiat nihil est aliud eius consentire vel confiteri verum esse. Cum vero illud docetur ut agatur frustra persuadetur verum esse quod dicitur, frustra placet modus ipse quo dicitur si non dicitur ut agatur. Oportet ergo eloquentem esse ecclesiasticum quod suadet ad quod agendum est non solum doceat ut informet et delectet ut teneat sed etiam flectat ut vincat secundum Augustinum. Item

Nota hic de colore rethorico qui dicitur gradatio

ergo gradatio quae locum dicitur sermo sic dicit: Initium ergo discipline est dilectio vel dilectionem operatur. Sicut enim repleto lumine ad speculum calorem causat ignis, ita est in anima quae ad instar speculi est de visione reddit radium luminis sacre scripture a Christo quia sol iustitie divinitate et reflectitur eius radius ad deum per amorem et revertitur sive in comprehensibilitas veritatis causatur amor intermedia causa media. Et tunc dilectio custodia est legum illius. Cum autem nihil magis sit in potestate voluntatis quam diligere patet quod finaliter legem dei custodit. Ro. 13: plenitudo legis est dilectio. Custodia legum consummatio est incorruptionis, id est perducat ad incorruptionem. Hec est ad immortalitatem. Incorruptio autem facit esse proximum deo, id est immortalitas facit nos similes deo, quia sicut dicit Porphirius: Mortale separat nos a deo. Concupiscentia itaque sapientie deducet ad regnum perpetuum. Qualiter autem amor in nobis causet sapientiam et ipsum quasi infundendo pulchre declarat Climacus in hoc quod dicit de pastoribus ita dicens: Sicut cera mollis fortiter applicata sigillo recipit imitatoriam similitudinem omnium formarum et figurarum sigilli in sculpturarum pulchritudine, sic anima per amoris copulam fortiter ad deum applicata non equaliter sed cum summa imitatione similitudinem ipsius pulchritudinis recipit et conformitatem, et tamen apud summam pulchritudinem nulla decipit pulchritudo. Ipsa enim dicit: pulchritudo agri mecum est, id est anima per amorem copulata a summa pulchritudine impressa non est aliena pulchritudinis absentia sed refulgebit in illa pulchritudo que est in illa imitative. Omnis enim pulchritudo inferior parum refulgebit respectu illius pulchritudinis superioris, cum omnis superior pulchritudo refulgebit in illa multo amplior quam inferior decoris venustate etc. Ideo sic summe

pulchritudinis forma et sapientia summa
cum anima fuerit perfecte conformis summe pul
chritudinis et perfecte sapientis summe erit
et per consequens anima illustrata sapientie pul
chritudine. Unde et amor quam facit
animam deformem sit castus sapientie per ha
bitationem sapiente. Est igitur plena
dilectio totius vitalis integra unio ipse
amor et ipsius vitalis notitia. Unde
de ipsius vitalis amore dicitur per os Christi
in Johanne paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet
pater in nomine meo ille vos docebit omnia.
Nec contingit aliquem quod multi in vias
dei ambulant nec tamen in eis est ple
na notitia vitalis quia sicut dicitur magister do
cet discipulum aliquam artem totam puta
rethoricam vel geometriam cum adhuc
discipulus incipit circa principium artis vel
medium non dum sciens artis terminum.
Sic et spiritus sanctus dicitur nos docere unam
magnam et universalem artem omnem vi-
vitale. Cum tamen adhuc incipimus circa
artis ipsius primordia augmentata
non in nobis dilectione augetur et
huius magne artis notitia cum nos
implebitur in nobis amor ut dili-
gamus deum ex toto corde et ex tota
mente ut vis omnis particula cordis
quiescat in ipsum totaliter quod similiter hac
peregrinatione erit in patria tunc et ut
et huius magne artis consummata no
titia. Efficitur ergo amor consummatus
decoris perfectum et sapientie plenitudinis
secundum modum consummationis quam sic tercio
in suprema facie ... Canticorum
Ipsa non sapientia est que sapida sola. Unde
comparatur vinis in scriptura. Canticorum 5 Co
medi favum cum melle bibi vinum
meum cum lacte meo. Dicitur autem Albertus
super methaphisicam tractatu 1 capitulo 10. Quod vinum
longum ductum melius efficitur ex
motu quod per passionem et motum
per convalescit in eo calor naturalis

et magis et subtilius digeritur humidum.
Et eadem ex causa quae pendula vi-
num bene percussum et motum reddit ali
quid in statu suo. Vocatur autem pendu
lum vinum quod incipit declinare ad cor
ruptionem ut communis. Sic ergo vinum de
longe ductum est doctrina spiritualis sapientie
que de celo ad homines per prophetas patri
archas et angelos et unus post unum dei
filium est deducta et ab natis inmedi
luculenter agitatur et conducitur et per
expositorum ingenia et ideo istud
vinum est multo melius quam vinum aug
custe sive secularis quod non defertur nisi
de terra ad terram. Vinum etiam quod crescit
in montibus est delectabilius delicatius
et subtilius quam illud quod crescit in valli
bus ex eo ratione aliorum celum terra val
lis lacrimarum et ideo vinum sive se
cularis rude et grossum et insipidum
aliud non subtile et sapidum. Canticorum
8 Dabo tibi poculum ex condito vino
et mustum malogranatorum. Lectio 8a
Si ergo delectamini in sedibus et
sceptris reges populi diligi
te sapientiam ut in perpetuum reg
netis. Diligite lumen sapientie omnes
qui preestis populis. Quamvis sapientia
sit singularis notitia singulis max
ime tamen principibus regibus media
bilis et prelatis et ideo ipsi specialiter sunt
monendi quod studium suum apponant
circa sapientiam acquirendam. Sapientia igitur est
per precepti determinatum quod non solum
in eius possessione est felicitas verum
quod in eius acquisitione est suavitas sed
hoc concludit primo quod in eius dilectione
est perpetuitas et per consequens quod ipsa sit na
liter appetenda. Unde in ista littera duo
facit primo invitat ad sapientie dilectionem
reges specialiter 2o quoscumque alios pre
fectos et prelatos ibi 2o ibi Di
ligite lumen. Circa primum dicit primo

Vinum longum ductum ex motu efficitur melius

o reges populi si delectamini in sedibus et sceptris Sap. 6. quia scilicet sic est de facto quod delectamini in honoribus temporalibus quos recepistis a populo per hoc quod populum iudicatis et regitis et conceditur vobis quod sedes vestre et sceptra non prosunt hic perpetuo permanere. Ideo Diligite sapientiam id est veri intellectum dei ut in perpetuum regnetis et veram dilectionem presentem ac futuram continuetis. Apoc. 1 fecit nos deo nostro regnum et sacerdotes et regnabimus super terram et 20 Apoc. Erunt sacerdotes dei et christi et regnabunt cum illo mille annis. Glossa id est in eternum. Ponitur ibi millenarius qui continet limites numerorum pro eternitate. Ideo monens dicitur specialiter regibus. Secundo idem monet omnibus aliis prelatis quare sic dicens: Diligite lumen sapientie omnes qui preestis populis. Precedentibus et ducentibus alios de nocte tenebrosa necessarium est lumen quia alias cadent vel saltem corruent a via tam ductores quam ducti. Matth. 15. Cecus si ceco ducatum prestet ambo in foveam cadunt. Sunt autem prelati ductores subditorum precedentes eos in via morum, ideo indigent lumine sapientie et cognitionis sacre scripture. Bonus auriga sic ordinat de equis trahentibus bigam vel currum quod si sit equus excecatus nunquam stat cum precedente quia sic bigam subverteret et socios secum faceret confundere, sed stat cum post aliis qui trahant bigam et sequitur alios qui possunt videre conformans ut cursus sit quem currus et auriga eius. Luc. 16. Non placet ergo quod carentes lumine sapientie preficiantur et preponantur ad trahendam bigam ecclesie sed tamen clare videntes in quibus industria sane doctrine et fidei et ideo sic dicitur de prelatis ecclesie consequenter: Diligite lumen sapientie.

Lumen sapientie debent esse doctores et scolares sacre scripture quibus dicitur Matth. 5 Vos estis lux mundi, quasi dicat tales prelatos in universitatibus electos diligatis honorando ~~beneficiis~~ beneficia conferendo et in perplexitatibus consulendo. Sic tamen pauci faciunt, plures enim consulunt laicos vel legistas quam theologos et canonistas, et ideo timendum est quod illis accidet sicut accidit Sauli qui per necessitates consulens pythonissam et ab ea responsum mortis sue recepit, sicut patet 1 Re. 23. Nota quod prelati sunt valde delectati in sedibus et sceptris. Sceptrum non ... papa dicitur virga regalis. Sedes dicitur triplex vel solia in quibus reges sedere solent. Dicit enim magister in historiis quod in 2o atrio templi Salomonis sub porticibus erant tria genera sedium: Cathedre, Exedre et Sinedre. Cathedris utebantur doctores in gignasiis. In sinedriis sedebant auditores in consistorio. Et dicebantur sinedre quasi consessus. In exedris sedebant assessores cum iudice qui ad sententias tractabant et dicebantur exedre quasi assessus. De sedium duplicitate distinguit grammatica sic: Rex solium, doctor cathedram, iudex quoque tribunal possidet ac sedem presul, pretor curule. In istis autem sedibus prelati sunt delectati tamen in eis difficile est vitare iniquitatem et impossibile servare ~~equitatem~~ stabilitatem. Non enim patet quod prelati et iudices qualitercumque sunt cum magna vilitate et summa difficultate possunt vitare iniquitatem iudicii propter falsos allegatores, propter benivolos supplicatores, propter iustos comminatores, et per varia media iudices fallere molliuntur.

Prelati debent esse ductores subditorum

Iudices difficulter possunt vitare iniquitatem

Apo lopn Dicas ubi situs ubi e sedes
sapiencie sit dia pupo iudicii Et idem
sit recitat Elinandus li 17 Cambi
ses rex adeo seuerus fuit quod quendam
iniustum iudicem excoriari fecit et se-
dem iudicialem pelle sua fecit coope-
riri et in eadem sede posuit filium iu-
dicis loco patris dicens ei quod numquam
sit causa iudicum ne sic iudicans
plecteretur De qua narracione for-
matur tales uersus Sede sedens
ista iudex inflexibilis esto A ma-
nibus respectus munera ab aure preces
Sit tibi lucina sedes pellisque
paterna Qua residens natus pro te
sponte datus Iste cambises fuit
filius tyri regis persarum qui laxa-
uit iudeos captiuos quos deberet
redificare templum Et iste cambises
vocatur Nabugodonosor in hystoria iudith
et arfaxes ut assuerus apud
esteram quem seneca appellat felicem
furiosum tante enim fuit austeritatis
quod a natiuitate sua fingitur furio-
sus fuisse sicut dicit lucanus 2 impos-
sibile est cum tali stabilitatem exemplum de
tyro Sic ipse sedes dicitur superbos
deposuit deus et sedere fecit mites
pro eis etc Lectio 87

Quid est autem sapiencia et quead-
modum facta sit referam et
non abscondam a vobis sa-
cramenta dei sed ab inicio natiuitatis
inuestigabo et ponam in lucem scienciam
illius et non preteribo veritatem neque cum
inuidia tabescente iter habebo quoniam
talis homo non erit particeps sapiencie
Cum declaratum sit superius quod sapiencia pre
dileccionem preciosa et omnis homo naturaliter
dileccionem appetat sicut dicitur 1 ethicorum
Quia tam bestie quam homines ymo omnia
quandam delectacionem prosequuntur pos-

set multos querere quid quod sit sapiencia
et unde trahat originem Et ideo
intencionis presentis lectionis est quantum pos-
sit obuiare et istam dubitacionem ex-
cludere Unde dicit Quid autem est sapiencia
Exponitur ista littera dupliciter primo
allegorice de cristo qui est sapiencia in-
creata Alio modo litteraliter de sapiencia creata
Quantum ad primum modum exponendi
posset sic dici tu sapiencie quesita-
tor et cristi predicator tu delectaris
in cultu sapiencie et eius dileccione nos
nescimus quid est sapiencia increata quam
tu dicis cristum Respondet auctor
Referam quid est sapiencia et queadmo-
dum facta sit id est queadmodum genita sit
eternaliter a patre ex utero ante luciferum
genui te et temporaliter a matre et quomodo
uenit eius generacionem non valeat e-
narrari perfecte sicut enim utrius eius nati-
uitatis quantum possibile est exponitur expla-
explanando Et non abscondam a uobis
sacramenta dei videlicet Set ab inicio natiuitatis
natiuitatem
passionem
resurrectionem
ascensionem
cristi inuestigabo quia
infra c 1 narrat
eius incarnacionem
200 exposicio ista littera
de sapiencia creata ut sit sensus referam
quid sit sapiencia creata que est vera uir-
tus dei et queadmodum facta sit id est
qualiter opera sapiencie fuit ab hominibus
sapiencia durante Et non abscondam
a uobis sacra dei id est secreta misteria
quibus deus colitur a deuotis personis
in ordinibus ieiuniis et de-
uocionibus Sed ab inicio natiuitatis hominis
secundum quod homo nascitur in mundum non sapiens
inuestigabo quia natiuitatem humanam
describit c 1 Sum quidem et ego mor-
talis homo Et ponam in lucem scienciam illius
id est euidenter scienciam sapiencie cognitam et
non preteribo veritatem quia uerum integre et

Cambises rex fecit excoriari quendam iudicem

Sacramenta dei sunt eius passio natiuitas resurreccio et ascensio

apte eam manifeste neque ai iu-
dia tribeste · v tabeste funeste sc.
Ebreos · tribeste enim idem est quod pnteste
vel lagweste quam talis secundum Ugucionem in-
dus. non erit princeps sapiens inimi-
cum enim mutuo praecipiant nec comitant
mores suas quia sapientia et invidia inimi-
cantur quia sapientia illuminat et invidia
excecat. Unde secundum invidus non potest esse
princeps sapiens. De probis viciose etc.
Est autem vindictam quod est primus.

Veritas	sermonis / operis / intentionis	Veritas sermonis requirit quod ita sit sit dicitur et quod di-

cens sic credat malo, ita semper re-
sit sicut dicit; si enim credat aliter esse dicit
contra conscientiam et est defectus veritatis mo-
ralis quae requiritur in sermone. De ista veri-
tate loquitur Apostolus Ephes. 4. Deponentes
mendacium loquimini veritatem unusquisque
cum proximo suo quoniam sumus invicem
membra. 2a veritas est veritas operacionis
et consistit in conformitate operis sermonis
et ordinis in bono et huius contrarium
est fraus, dolus et fictio; primus
quando dicit pulchra verba et simulat se
amicum et tamen occulte eum odit et
ponit ei insidias. Contra quales scribitur
1 Ioh. 3. Filioli mei non diligamus ver-
bo neque lingua sed opere et veritate. 3a
veritas est veritas intentionis et consi-
stit in conformitate intentionis ad o-
pus ut unusquisque operis quod de se genere
est bonum non faciat ex appetitu lau-
dis humane neque ex qua cumque va-
na intentione sed ut honor dei procura-
tur vel mereatur. Ioh. 4. Veri adoratores
adorabunt patrem in spiritu et veritate
i. sancta intencione conjuncta cum ex-
teriori operacione. 2o notandum quod aliqui
solent distinguere circa triplicem veritatem s.

Doctrine / iusticie / et vite		Veritas vite est observancia legis divine. Veritas doc-

De triplici veritate s. sermonis operis et vite.

trine quam probans et praedicatus. Veritas
iusticie est forma iudicis vel testimonium
testis pro veritate. Et ista 3plex veritas pro
nullo scandalo est obmittenda. Unde
secundum Ieronimum ipsius tales. Scandala pro vita
doctrina iusticia quam nunc effugies sunt
in religionis fugienda. Pro vita ergo et
aliquo pro nullo scandalo vitando debet
peccare mortaliter nec doctor nec praedica-
tor debet falsum docere pro quocumque scan-
dalo vitando. tacere tamen potest et debet
si ita sit quod auditores confiant ex sua
doctrina deteriores. nec idem iudex vel
testis sustinens iudicium plenum ferre
debet vel dicere propter iudicias pro aliquo
scandalo vitando potest tamen iudex in
casu sententiam differre et testis ad tempus
tacere. Et sic potest intelligi ipsius qui
videtur duobus praedictis contrarius. Sed
Est unum vite doctrine iudicii quam primus
ipse habet duo propter scandala linquere
hoc est veritate doctrine in casu propter
scandalum publice et iudicium licet
differre nullo tamen plenum vel docere vel
iudicare pro scandalo quo vitando.
3o notandum quod veritas est prima veritas

inquirenda / deffenda / proponenda	cum	studio / odio / pacis	est inquirenda cum studio. Eccl. 2.

Primus est et sincero deus et remit-
tit in tempore tribulacionis peccata et protec-
tor est omnibus inquirentibus se in veritate.
2o veritas est deffenda cum odio contra
sententiam Salusam. Veritas potest odium absque
quia non potest ... veri-
tas ipsa finaliter praevalet. Esdre 3. Mag-
na est veritas omnibus. Unde paciens
adversitate pro defensione veritatis possit (adversitate)
ad tempus opprimi finaliter tamen triumphabit.
In omni figuram legimus de Iona quia
in laqueo fuit tribulatus et in laqueo li-
beratus. Dicebatur autem Ionas

Veritas finaliter triumphat licet ad tempus opprimatur.

filius amathi i. filius veritatis non quia
ipse per se fuerit verus sed vocatus sed
quia Helias eum suscitavit a mortuis
et restituit eum matri sue. Que pro filio
resuscitato regratiando dixit Helie:
Nunc in isto cognovi quoniam vir dei
es tu et verbum dei in ore tuo, 3 Reg.
17. Et ex illa hora et deinceps
vocatus est Jonas filius amathi i. fi-
lius veritatis. Quod dico sic est quod de nullo
homine legimus quod tot evaserit peri-
cula sicut Jonas. Primo cum sicut dictum
est ipse fuerit filius illius vidue Sarep-
tane de qua legitur 3 Reg. 17 ubi scri-
bitur quod egrotavit filius mulieris matris
familias et erat languor fortissi-
mus ita quod non remaneret in eo alitus.
Unde ibi in iuventute sua mortuus est
et resuscitatus ab Helia. Iste adultus
factus a Domino missus fuit ad predican-
dum Ninivitis et nolens fugere in Tharsis
per mare illa sorte cadente super eum
eiectus est de navi et proiectus
in mare. 2o devoratus est a cete. 3o conser-
vatus vivens in ventre ceti tribus diebus et tribus
noctibus. 4o evomitus fuit de ore
ceti. Tandem Ninive adventus est tanto
fervore solis quod peteret anime sue ut more-
retur et ait: Melius est michi mori
quam vivere, sicut patet Jone 4. Ecce quantas
adversitates tribulationes et angus-
tias passus fuit filius veritatis. In signum
quod amatores veritatis constanter et per-
secutiones et diversas pacientur, sed ta-
les liberabuntur. Joh. 8: Si manseritis in sermo-
ne meo vere discipuli mei eritis et cog-
noscetis veritatem et veritas liberabit
vos. Tertio in vulgari exemplum quod homines
sic se habent ad veritatem audiendam sicut
se habent ad recipiendam aquam benedictam.
Cum sacerdos incipit aspergere aquam
benedictam populus totus applaudit et
accurrit approximando ad sacerdotem, de-
ponunt capucia et inclinant capita
et manus elevant ut aquam benedictam
recipiant. Sed si sacerdos sit liberalis
de aqua sua et det eis habundanter
in faciem statim se avertunt et fugiunt
vel se ab aqua defendunt. Consimiliter con-
tingit quando nunc homines de veritate
dicta. Cum tam nobiles quam simplices
cum audiunt de aliquo prelato vel predi-
catore quod dicit hominibus veritatem liber-
aliter applaudunt et tales commen-
dant et cum audire desiderant. Sed si
contingat quod ad eos inclinet et dicat
eis habundanter de aqua sua benedicta
arguat increpat et exprimat vicia
in quibus iacent statim recommurmurant
et faciem avertunt et pro causa sua defen-
dunt 2 Thimo. 4. A veritate quidem au-
ditum avertent ad fabulas autem con-
vertentur. Quarto veritas est proponenda con-
tra quoscumque amicos. Socrates et amicus, ve-
ritas sanctior est prehonorare veritatem
ambobus enim existentibus amicis sanctum
est prehonorare veritatem. 1 Ethicorum. Dicit
enim Andronicus peripateticus quod sanc-
titas est qua faciat fideles et servantes
ea que sunt ad deum iusta. Hoc autem
quod est prehonorare veritatem amicis in fines
destruit familiaritatem pro salute vita
et adeo necessarium ad bonos mores quod
impossibile est sine hoc vivere. Consuevit
enim hoc precedat veritatem familiaribus
suis posset hoc adducere falsa te-
stimonia et falsa iudicia ad defensi-
onem amicorum suorum quod deus non permit-
tit. Magister autem hoc prius cognovit
quando fuit professor sapientie que quidem
sapientia est cognitio veritatis et ideo
specialiter contingit ad defensio-
nem veritatis. Sed autem magis debeat
amare veritatem quam homines patet in ...

homines se habent ad veritatem audiendam sicut ad aquam benedictam

veritas est proponenda contra amicos etc.

pnus ppt veritate diligimus veritatem quo magis amanda e vnde plato reprobando opinionem socratis magistri sui dixit quod oportet magis curare de veritate quam amicos alios. cristus aut volens nos veritate amare et honorare dixit se esse viam veritatem et vitam. Ego sum via veritas et vita et ioh 18 dicit se in mundum venisse ut testis fiet veritati. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati lectio 86

Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum et rex sapiens populi stabilimentum est. ergo accipite disciplinam per sermones meos et proderit vobis. postquam philosophus in capitulo precedenti invitavit ad sapientie dilectionem hic reddit iterum ad sapientie commendacionem. Et circa hoc duo facit primo ponit sapientie commendacionem. 2o alliat ad eius acquisicionem 2a pars ibi ergo accipite. Circa primum sciendum est quod licet fructus sive effectus sapientie undique appareat commendabilis maxime tamen in regimine humane vite. Regimen aut humane vite complet in duo sunt et in sapientia valet. Vnde Iob 12. Consilium est a sapiente requirendum. et prov. 8. per me reges regnant et legum conditores iusta decernunt. dicit sapientia. consilium aut bonum quod est in tranquillitatis humane conservacione est maxime bonum quod hominibus prevenit per sapientiam in hac vita. et dependet a duobus. a sano consilio civalis multitudinis. et a iusto imperio regalis celsitudinis. et quantum ad primum dicitur Multitudo sanitatum sapientum sanitas est orbis terrarum. Et est locucio metaphorica et figurativa. Primum enim dicitur sanitas dicta et urina analogice

fit per 2 methaphisice c 1. Sed quod dicitur de re publica ut dictum est quali et civilitate humana. hic est in methaphorice et figuratione. et tamen sicut racionabiliter dicimus sanum et egrum sunt dicuntur corporis dicit sicut Wallensis in tegni c 1. Res publica sit quasi quoddam corpus secundum plutarchum quod divini muneris beneficio animatur et secundum apostolum 1 Cor 12. Omnes sumus unum corpus in cristo licet diversa membra racionabiliter et congrue dicitur potest quod sicut res publica est corpus quoddam necessarius sanum vel egrum. Modo sicut est quod sanitas corporis est convenientia proporcionis humorum et infirmitatis commensuratis vel superhabundancia alicuius unius humoris solita armoniam debitam. quia sanitatis corporis corrigit. Et eodem modo est in re publica quando cuncta quod omnia officia et iura et dignitates requiruntur et observantur in proporcione racionabili. tunc est sanitas in re publica tamen cum vna pars superhabundet et alteram paciatur per penuriam surgit contencio. Humorum que est egritudo corporis cristiani mistica. Modo sicut finis medicine est sanitas corporis. ita finis que cristus intendit est pax hominis humani. Sicut innuit angelus luce 2 gloria in excelsis deo. et in terra pax hominibus bone voluntatis. iste finis per sapientiam obtinetur communis et ideo dicit Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum. Et note quod ad bonum regimine requiritur sapientia et est multitudo quod si desit sapientia erit sicut de Roboam 3 Reg 12. qui reliquit consilium seniorum quod ei dederant et locutus est eis secundum consilium iuvenum dicens pater meus aggravavit iugum vestrum ego autem addam iugo vestro. pater meus cecidit flagellis vos ego autem cedam vos scorpionibus. Multitudo aut est in uno quam

nullus unus post cristum posuit deus per-
fectione sapientie. Et ideo nullus princeps unquam
amplius debet esse cautus. Unde primo
Mach. 8 legimus de romanis quod tempore Iu-
de Machabei fecerunt curiam et cot-
tidie consulebant 320 consulum agentes
semper de multitudine ut que digna essent
gerent. Exemplum quarto. Ego sapientia habito in con-
silijs et eruditis intersum cogitacioni-
bus. Et proverbiorum 11. Ubi non est gubernator
corruet populus. Salus autem ubi multa
consilia. Sexto ergo quod multitudo sapientum sani-
tas orbis est. Sexto dando consilium suum. Rex sa-
piens regit rempublicam iusto imperio
et quietem ad hoc subditis suis. Et rex
sapiens populi stabilimentum est. Sicut
docet Plutarcus et recitatur Policra-
ton libro 4. Princeps debet esse in populo
sicut citharedus. Sicut enim citharedus
cordas oberrantes compellit et ad
dulcem armoniam reducit, ita prin-
ceps nunc rigore iusticie nunc remis-
sione clemencie subditorum facit ar-
moniam. Hic autem cum tam tucius est
cordas remittere quam extendere. Remissa
namque peritiam artificum exigitur et debitum
soni reddit gratiam, que autem semel
rupta est nullo artificio reparatur. Proverbiorum
20 misericordia et veritas custodiunt regem
et roboratur clemencia thronus eius.
Primus autem sic populus declarat Augustinus
libro de civitate dei capitulo 20. Populus est cetus iure
consensus et utilitate communione sociatus, ut
alibi quem eadem diffinit populus sic:
populus est cetus multitudinis racionalis
rerum quas diligit concordi communione
sociatus. Et respublica est res populi quam
eidem. Sic autem res publica ex tribus
constat: ex superioribus, medijs et in-
ferioribus. Unde Augustinus recitatus verba
Scipionis dicit quod que est armonia in cantu
ea est concordia in civitate. Unde sicut ex

distinctis sonis in fidibus ac tibijs
cantorum concentus efficitur, ita ex sum-
mis infimis ac medijs interiectis
ordinibus concordia constituitur civitatis.
Rex ergo sapiens populi est stabilimentum,
quod secundum Platonem regula non fallit si
vel contingeret esse philosophos reges vel
philosophari. Populus enim sicut admodum
aque, que omni impetu vel impulsu
acta agitatur. Apoc. 22 [?]. Aque quas vidis-
ti populi multi. Sic rex sapiens est stabi-
limentum populi, per bonas regit leges
et iusta imperia et rigore iusticie sed
multo magis remissione clemencie.
Unde Seneca de clemencia libro 1 capitulo 11.
Nullum clemencia ex omnibus magis
quam regem decet. Et infra: presidia vi-
tam valere ad mansuetudinem [?] et capitulo 3 [?] predicta:
sunt crudelitas bellum est; clemencia
in quacunque domum pervenit eam feli-
cem et tranquillam prestabit. Et infra
capitulo 2. Sic deos placabiles et eam de-
tam potestatem non statim fulminibus perse-
quitur, quanto equius est hominem hominibus
prepositum miti animo exercere imperium. Un-
de Valerius de Alexandro libro 7 capitulo 1 dicit Al-
exander [?] ut infinita gloriam bellica
virtus, ita principatum amore clemencie
meruit. Ponit autem Seneca notabile
exemplum contra reges excessivo rigore
utentes, qui sine ira morte puniunt
omnes qui eos offendunt et estimant
se per hanc multitudinem [?] securitatem et augere,
quam periculum et multiplicant hostes
suos. Quemadmodum ad pascua [?] arbo-
res plurimis ramis repullulant
et multa satorum genera ut densior
resurgant rescinduntur, ita regia cru-
delitas auget inimicorum numerum tol-
lendo parentes, liberi liberaque eorum qui
interfecti sunt et propinqui et amici in lo-
cum singulorum succedunt. Et ideo

occidendo unum hostem efficiatur deterior
Unde secundum Senecam reges debent esse
medici, et non minus turpia sunt
regi multa supplicia quam medico mul-
ta funera. Et ideo convenit dicere metrice
sic: Sit piger ad penas princeps
ad premia velox. Et doleat quociens
cogitur esse ferox. Unde Seneca li.
de clementia c. 8. Optime deos ex-
emplo principis conversari ut se talem civibus
qualem deos velit. Sic etiam
Eneas docuit Anchises pater suus
sicut recitat Virgilius 6 li. Et augustinus
illud idem allegat 5 de civi. dei c.
12. Tu regere imperio populos romane me-
mento. Hee tibi erunt artes, pacisque impo-
nere mores. Parcere subiectis et de-
bellare superbos. Hinc est quod dicitur
8 ethicorum. Quod principatus comparatur regis
ad subditos et patris ad filios et
pastoris ad oves. Rex ergo sapiens
stabilimentum populi. Patent ergo duo
sapientia verum quod ipsa rempublicam bene
regit sanis consiliis et iustis imperiis
Quantum ad primum dicitur quod multitudo sapien-
tium sanitas orbis est. Et quantum ad
2 dicitur quod rex sapiens populi stabili-
mentum est. Quia ergo tot bona per sapientiam
conferuntur multo ad principes magis pertinet
[illegible] ita dicitur. Ergo accipite
disciplinam per sermones meos et pro-
derit vobis etc. Capitulum septimum lc 81

Sum quidem et ego mor-
talis homo similis ho-
minibus ex genere terreno
illius qui prior factus est.
Postquam supra in precedentibus declara-
vit doctrinaliter quod possibile est homines
sapientiam acquirere nunc restat idem
experimentaliter declarare in se ipso. Unde
Salomon in hoc capitulo inducat exemplum de se
ipso ut intuentes quod ipse quamvis mortalis
homo existens sapientiam attigit nullus de-

speret qui consilio suo velit se disponere
sapientiam valeat impetrare. Et dividitur
istud capitulum primo in tres partes secundum
quod tres dispositiones quibus ipse fatetur
fuisse quarum alia precedit sapientiam
acquirendam alia subsequitur sapientiam ac-
quisitam. Primo ergo ponit humiliationem sapientiam
precedentem, 2o deprecationem sapientiam deposcen-
tem, 3o affectionem sapientiam extollentem
4o gratiarum actionem sapientiam recognoscentem
et quibus ponit quandam commendationem
sapientiam describentem. 2a pars ibi propter hoc op-
tavi. 3a ibi Et proposui illam. 4a ibi Michi
autem dedit deus. Et quinta ibi Est
in illa spiritus intelligentie. Primo ergo dicit ipse
fuisse quandam humiliationem per considerationem
proprie fragilitatis. Quamvis considerationem magis
disponit homines ad sapientiam consideranti ergo
recognoscit propria fragilitate ad humiliationem
propriam conferentem ad eam videlicet. Et secundum hoc

ad suie conditionis corruptibi-
considerationem ad sue conceptionis abhominabili- tatem
ad sue eductionis lacrimabi-

litatem dividitur in tres partes. 2a pars ibi
Et in ventre. 3a ibi et ego natus. Primo
ergo considerans Salomon semetipsum recognos-
cit humiliter sue conditionis corruptibilitatem dicens Sum quidem et ego
mortalis homo. Inquantum considerare debet
tres proprietates superbie quibus omnes com-

negligentia
differentia — fragili-
apparentia — singulari- tatis — comprobi-
generosi-

liguntur considerare perfecte quales sint et
ab aliis differentes singulariter et volunt.
Et multa loquuntur, quoniam se esse finguntur.
Iste vero contra hec tria confitetur infirmitatem
confitetur conformitatem, et diffitetur gene-
rositatem. Confitetur infirmitatem cum dicit Sum
quidem et ego mortalis homo. Confitetur conformita-
tem cum dicit similis hominibus. Diffitetur generosi-
tatem cum subiungit Et ex genere terreno illius

multa supplicia sunt expiranda regi etc.

Ergo Dum quidem et ego mortalis homo
Adhuc est principium superbie prudencia de
morte Unde Ieronimus ad heliodorum Ista
tedium nobis est omnes sapientum vitam
meditacionem esse mortis paucam tam
sit quam sequeter hec attendit Narrat
enim de pavone quod pennas suas con
siderans pulchritudinem glatur et gau
det sed statim videns turpitudinem pe
dum suorum decadit et ucaudatur Sic
quidam prudens cum gracias sibi datas at
tendit quibus volat ad opera virtutum
et commendabilis apparet in aere
et in conspectu omnium finem suum cogitet
esse futurum et non solum miseros set pi
culosum et durum et sic superbiam po
terit euitare Ista principium superbie
est ignorancia nec homo nunquam de sciencia
glatur nisi in eo aliqualis ignorancia dicitur
Unde Bernardus super cantica sermone 21. De
ignorancia tua venit in te superbia
sic cum superbia pertinet ignorancia tui tu
meliorem quam sis decepta et decep
trix tua cogitacio te esse mentitur
Hec quippe est superbia hec inicium omnis
peccati tu maior es in oculis tuis quam
apud deum Et infra Non est periculum quan
tumcumque te humilies quantumcumque te re
putes minorem quam sis Est autem gran
de malum horrendum quod periculum
si vel modicum plus te extollas si
vel uni in cogitacione tua te preferas
quem forte deus parem tibi iudicat
aut eciam superiorem et ideo signanter dicit
Dum quidem et ego mortalis homo Impro
mis est homo qui vivet et non vide
bit mortem Omnium cum hec devote con
siderat nichil mundani honoris po
derat vel acceptat Unde bernardus in
iuvenis et puella amicus et amica
quando inter se coniugali copula cogitant
coniugalem. Et ideo Salomon ut amoris
vehementiam manifestaret quam habebat
ad sapientiam ymaginacione poetica ficta quadam
narratione. Et iam significative introducit
semetipsum in forma iuvenis cupida
puelle nobilissime quam sapientiam
vocat nuptias affectante. Prudens
autem nuptias contracturus primo considerat
primo considerat valorem et gratias perso-
ne cum qua proponit coniungere. 2o dotem
et divicias quas sperat cum ea recipere
et 3o si condiciones parentum principis
puelle cognoverit. 4o quos eciam parenti-
bus et amicis quorum interest poterit
placere et hec considerans Salomon cum circa
suam sapientiam attendit. Primo quod quam puel-
lam intendebat esse amabilem et graciosam
2o quod eius dotem sacre scripture desidera-
bilem et preciosam. 3o principis eius condicionem
invenit fuisse laudabilem et virtuosam
et 4o quod puelle datorem esse nobi-
litate venalem et gloriosam. Et primum
tangit secundum capitulum dicitur in corpore per hoc
unde supra ibi. Et proposui hanc ego addu-
cere. 2m ibi. Puer eram ingeniosus. Et 3a
ibi. Et scivi quoniam aliter esse non possem
continens. Circa primum dicendum fuit post
consideravit sapientiam 2a aggre-
ditur charitatem triplicem ad sapientiam
acquirendam desiderium et affectionem
unde ibi hanc amavi. Cunctis corpore
dotibus illata et probata est ista
sapientia habet omnem potestatem guber-

nativa et sic concludit quod ipsa omnia sunt
benigna et suavis et amans bonitat-
tem et nihil vetans benefacere. Sed sapientia
in te est dictum est igitur cum sit liberans
necessitatibus se ipsam quia facit bonum actum
et cum ipsa sua actus sit regere universa
ergo hec facit secundum condiciones sue bonitatis
vel potestatis et misericordie. Unde dicitur
quod attingit ergo a fine usque ad finem
fortiter et disponit omnia suaviter. Circa
quod sit materia de gubernacione divina sunt duo
dubitanda. Primo an omnia subiacent
gubernacioni divine. 2o an deus disponit
omnia misericorditer. Circa primum videtur
quod deus non omnia gubernet quia si sic
nihil male fieret in universo cum sit summe
bonus et summe potens. 2o quia si guber-
naret omnia nihil fieret preter propositum suum
et sic nihil fieret a casu contra Aristotelem 2
physicorum. Ad oppositum est et contra dicendum quod
deus gubernat omnia cum enim sit causa
efficiens omnium et etiam finis omnia efficit
propter se et sic ad honorem suum cogit omnia
in se dirigit sicut in finem. Hoc autem est guber-
nare scilicet dirigere res in finem aliquem inten-
tum. Est tamen sciendum quod gubernator omnium quod guber-
nat mediantibus causis secundis unde cor-
pora inferiora et corruptibilia gubernat
et corpora celestia per angelos sive intelli-
gentias. Huius ratio est quia maioris bonitatis
congruencia est si gubernat et efficiat cau-
salitatem efficiendi et gubernandi aliis sub
se ordinatis communicet quam si superiora
gubernaret absque inferiorum gubernacione et omnia
immediate per se ipsum gubernaret. Et ideo
ad concedenda sua perfectionem in causando
et communicando perfectionem suam creature communicat
quibusdam gubernacionem aliorum. Ad secundum
cum arguitur primo quod nihil fieret male in univer-
so si ipse omnia gubernaret negandum
est consequentiam verum est quod si ipse solus et imme-
diate singula gubernaret et ageret
nihil male fieret nunc quia idem

An omnia subiacent gubernacioni divine

effectus sit a deo sit a causa particulari. Et ideo concludit quod idem effectus sit a deo bene et ab homine male. Et potest poni in exemplum ut si dominus dicat servis trahatis leviter cordam istam sic quod eam non frangatis, et servus trahit nimis et frangit eam; ista fractio est a domino et a servo, et tamen servus peccat et male facit et non dominus. Sic deus statuit quod creature rationali sit comparatio in suis sponsionibus ut eius nec maneat quam instituit sine quo nulla res potest agere unus nec esse per motum nisi ipse conservaret. Cum igitur creatura rationalis facit contra legem dei quam prefinita a deo quamvis a deo gubernetur et conservetur et deus idem generaliter cooperetur sicut cooperatur igni comburendo, soli lucendo, tamen cum male fiat legem transgrediendo non autem deus quod sic fiat sicut lex sua statuit. Ad 2m quod cum dicitur quod nichil fiet a casu si deus gubernaret omnia, dicendum est quod idem effectus dicitur esse a casu et quod effectum respectu unius cause et non a casu respectu alterius. Sicut ponitur exemplum de domino qui mittit duos famulos ignorantes suis ordinatis quod uterque obviet alteri certo loco et tempore quorum neuter scit de alio. Iste concursus famulorum dicitur esse a casu respectu utriusque famuli et tamen est per se intentus respectu domini. Et sic est dicendum quod nichil fit a casu in universo respectu divine gubernationis nec ad eius inopinatum eveniunt sit. Sed ex eo quod causas particulares unde procedit effectus qui accidit est intentus et ille effectus dicitur causalis vel fortuitus respectu causarum. Et hoc est in tercio libro Augustini de 83 q. 24 ubi dicit quicquid a casu fit temere fit et quod temere fit non fit a providentia. Ergo a casu aliqua fiunt in mundo, non providentia universus mundus administratur et cuius

alia non atque superba que ad opus suum docere non pertineat, quod quia plenum est concludit quod nichil a casu fit in mundo. Et ad istum intellectum loquitur Plato 2 Thimei dicens nichil fit cuius ortum legitima causa et ratio non precedit. Et Boecius 5 de consolatione prosa 1 ubi diffinit casum dicens: Casus est inopinatus ex confluentibus causis in hiis que ob aliquid geruntur eventus. Sed hic videntur esse contrarii inter Augustinum et Boecium, quod secundum Augustinum nichil in mundo fit a casu, secundum vero Boecium multa fiunt a casu. Dicendum est quod non est contradictio sed equivocatio. Antiqui enim Epicurei dixerunt casum esse eventum productum modo temerario et non gubernante causas. Et sic accipit Augustinus casum loco preallegato, et Boecius sic accipiendo casum dicit: casus non est nisi vox inanis neque rem aliquam sue significationi subiectam. Diffiniendo tamen casum dicit Aristoteles 2 physicorum: casus est causa per accidens in hiis que fiunt propter finem et in minori parte. Et secundum diffinitionem Boecii sic est dicendum quod idem fit a casu et tamen ipse casus sit per se causa inventionis thesauri in fossione agri et reposicione thesauri in eodem, sed quia istum effectum non intendebat fodiens dicitur vel illa a casu. Quantum ad secundum dubium utrum deus disponit omnia sicut fiunt et mortem, videtur quod non, per insidias vel parvulos non baptizatos punit eternaliter pro peccato originali. Unde videtur quod istos nullam exerceret iniuriam, sicut Jacob 2 iudicium sine misericordia fiet illi qui non facit misericordiam. Ergo tales non disponit misericorditer. Ad oppositum est Boecius et dicit quod sic, sicut enim dicit in 4 ethicorum nullum malum aliquid vocatur magis bonum quia ergo deus tribuit bonis vel vita et malis. Dicitur ergo quia misericorditer disponit. Nam cum dei providentia bene facere omni indigenti, deo non omnis creatura indiget sine quo nec esse potest, et ideo cum omnia de sua gratia

Deus gubernat omnia in mundo etc

Non est de casu et diffinicio eius casus

ta voluntate que fuerit omnibus causa impe-
dit. Et quia deus ex bonitate sua nobis
impedit bona et punit nos pro
nostra culpa. Ideo dicitur propter hoc compete-
re miseri et quod ipse puniri. Magister
de primulis dicit quod deus pro peccato origina-
li non solum potest influxisse circa
visionis divine. Sed posset omnes ad mi-
clare si vellet. Et ideo christus agit
cum eis misericorditer quod esse humanum habe-
bunt et vivent sine pena sensus. Vero
tamen sine dubio quod non sunt consumpti
Ad secundum dicendum quod licet innocentes non
concesserit causam eas a peccato tollere libe-
raliter concesserit tamen causam ad deperdita
debita relaxante. Et hoc eo digni
puniuntur sicut alii omnes pro demeritis
suis dampnabuntur. In ista parte littere
2a procedit conditur Salomon enarrare
quantum habuit ad sapientiam acquirendam
desiderium et affectionem. Et ideo dicit sic
Hanc amavi etc. Ubi describitur
sapientiam desiderasse secundum octo condicio-
nes universales. Primam namque desiderat
frequenter et studiose et quantum ad hoc
dicit Hanc amavi etc. Secundo et ex cor-
de essencialiter et laboriose. et quantum
ad hoc dicit et exquisivi. Inquirere
enim est querere sed involute ut me-
te sicut exquirere est extra querere
studiis et in opere precurrit et
...iose et quantum ad hoc dicit a iuventu-
te mea non a senectute. Contra de eo
dicitur 3 Reg. 11 Cum iam esset senex
depravatum est cor eius per mulieres. Et
Eccli. 25 Que in iuventute tua non congre-
gasti quomodo invenies ea in senectute
tua. Est autem nobile exemplum ad omnes
hos presumptores recitandum ne quis
propter mundiciem sue iuventutis superbi-
at cum tamen sciat quod ita pravatum cum
deo tanta sapientia dotatum recogitat
per mulieres fuisse in senio depravatum

Quam studiose Salomon desiderat sapientiam

Tertio desiderat sapientiam utiliter fructuose
et quantum ad hoc dicit Et quesivi michi
sponsam eam assumere. Sponsa enim naturali
appetitu querit prolem. Proles autem sapientie est
opus meritorium. Et ideo quicumque sapientiam de-
siderat ad delectationem vel ad ostentationem
sui vel ad elacionem. Hic non desiderat
sapientiam ut sponsam sed potius meretricem. Sed tamen
illi ut eam in sponsam copulat qui per eam
opera meritoria generant. Et ideo dicit Jacobi 2
quod fides sine operibus mortua est. Unde
Augustinus in sermone 22 Fides appellata est ab
eo quod fit quod sillabe sonant. Tunc dicitur fides
prima sillaba est a facto 2a est a dicto.
Interrogo ergo te utrum credis. et dicis credo.
Fac quod dicis et fides est. Quarto eam de-
sideravit prudenter et ingeniose et quantum
ad hoc dicit Et amator factus sum forme
illius. In sacra namque scriptura que est sapientie
collectiva sensus litteralis est quasi materia. sensus
non spiritualis quasi forma. Unde regi Philo-
medorum dicitur Deut. Vocem verborum eius
audistis et formam penitus non vidistis
Ista ergo amanda est ut habeamus formam
fidei et vitalis in lege ad Ro. 2. et ad
Ro. 6. Gratias ago deo quod ex corde obe-
distis in eam formam doctrine in quam
traditi estis non persone sed presertim
in christo ihesu etc. Lectio 107

Generositatem illius glorificat con-
tubernium habens dei sed et om-
nium dominus dilexit eam. Postquam
Salomon declaravit quanta habuit ad sapi-
entiam acquirendam desiderium et affectio-
nem hic exponit diffuse tanti sui
desiderii rationem. Et quia usus est significatione
fictione de causa que est inter amicum et
amicam et necessarium est homini nobili aliquam
in tanta affectione amplecti ut eam velit
perpetuo coniugio copulare ut ipsam
veniat sponsam. Ideo in hac parte admo-
net ardentem amatorem vel procum suam
amasiam singulariter recommendat osten-
dens quod tanta est in ea habundantia generis
quod per fructus amoris aprice mereatur

Proles sapientie est opus meritorium

proci sicut dicit glosa super ecclesiastici dicuntur
nuptie petitores ut pastores et dicuntur
a procando .i. blandiendo quia tales solent
frequentare tam ubi quam in aliis ipsam
illam quam amant. Et inde procor paris
dicitur qui officium exercet et quia turpe est et
contemptibile sicut dictum est alium nobilis
ad personam contemptibilem exercere procationis
officium. ideo restat salomon per clausule
sponse sue declarare premium ut amor
suis applicet non ex levitate vel sur-
reptione sed ex discreti electione sub
ortus ex tollendo quasi bernarda a copia
generis et septem prerogativas attribuit
ex caritativas amoris v.g. Et primitus
Generositate propagationis | septem
Celebritate commorationis | prerogati
Qualitate conversationis | vas sibi
Opulenciam in divitiis | attribuit
Experienciam in artificiis | in septem
Amicos modernos in malis | partes 2a
Verum examen in spiritualibus | pars ibi
Et et omnium domini .3. pars ibi doctrix
est enim etc. ibi Si autem sponsus optaverit
rex ibi Et sapienciam quis diligit
Septima ibi Et si multitudinem sciencie de-
siderat quis Et planum est quod quinque
istas septem conditiones amore magis
digna fieret. Prima ergo prerogativa que
in istius sponse premio ponitur est genero-
sitas propagationis. Vitant enim no-
biles ne cum vili vel degeneri sangui-
nem copulent. Et quantum ad hoc
dicit Generositate illius glorificat contuber-
nium habens dei .q.d. Si de genere clari-
tate mediocri in fiat non solum ipsa est
generosa propter ius et generositas sua est fa-
mosa Multi enim sunt nobiles sed tamen
de nobilitate eorum apud multos ulla est
fama Sapiencie non generositas tante
extitit notitie atque fame ut aliis habi-
tus nobilibus testimonium habeat clarius
quia omnis persona contubernium habens
dei glorificat generositate illius etc.

Septem prerogativas quas attribuit sponse salomon

Et non contubernium dicitur quia societas sive
commanens ad tempus et dicitur contuber-
nium quasi contubernium a taberna quia
illi qui ad tabernam conveniunt ad tempus
commanent in una societate. Unde est con-
tubernio omnis et hic et hec contubernia-
lis dicitur socius commilito qui in eodem
contubernio manet cum alio Vult ergo
dicere quod quicumque sit ille qui contubernium
.i. societate habet cum deo glorificat .i. cla-
rificat et claram predicat generositatem
sapientie dicitur cum gloria quasi clara quia lucet
et claret hec autem quomodo nos possimus
et debeamus contubernium habere cum deo quod
i. Cor. dicitur fidelis deus per quem vo-
cati estis in societatem filii eius ihesu christi
domini nostri Singulare tamen contubernium
habuit cum deo natura humana in cristo per
ypostaticam unionem. i Cor. Ire viri istius
sociati sunt vobis in die illo. Viri istius .i.
duo intellectus rationales videlicet divi-
nus quia deus. humanus quia humanus socia-
ti sunt vobis in die illo .i. in die annun-
ciationis dominice qui filius dei coniunctus
homini fuit in virgine benedicta Et ex
quo cristus societate nostre desiderat
videamus ne simus nos eius societati
aptos et ydoneos faciamus et ei con-
formes in quantum nobis possibile faciamus
i Joh. i. Si dixerimus quod societatem habemus
cum deo et in tenebris ambulemus
mentimur et non facimus veritatem. Si autem
in luce ambulamus sicut et ipse est in luce
societatem habemus ad invicem. Sapien-
tie glorificat generositate quia omnis sapiencia
a domino deo est Eccli. i. generositas non eter-
na primi patris Dicit enim allegatum Senece
epistola 44. plato dixit neminem regem non
ex servis oriundum neminem servum non
ex regibus omnia ista longa varietas
miscuit et sursum deorsum fortuna
versavit Nemo est ingenuus Seneca quod
pius et fundit ad virtutem a natura bene
compositus hoc unum intuendum alioquin

Contubernium est societas sive commanens ad tempus

Si ad vetera revocabis mens non idem est a primo mundi ortu usque ad hoc tempus quod dampnavit nos ex splendidis sordidos quam alternati sunt eius qui illos. Cum autem bonitas sit in nobilitate vel quia potestate carnali formali declarat Boecius 3 de consolatione prosa 6: Nobilitas nichil aliud esse videtur quam quedam de meritis parentum veniens laus. Propter quod si quod est bonum in nobilitate istud arbitror esse solum ut imposita nobilibus necessitas videatur ne a maiorum virtute degenerent. Et Boecius: Sine cum nomine animos sine operibus vacuos pariunt ut nichil valet. Unde Valerius Maximus exprimens se scribit ad quemdam qui vocabatur Maximus qui de nomine honoris gloriabatur ita scribit: Nomen honoris sine pondere honoris monumentum nominis et non sine parum nomen et amittit. Quia tamen in nomine honoris. Unde quod possit bonos magis nitere facias. Secundo in isto textu extollendo sapientiam ostendit eam salvam sine celebritate bone opinionis et quantum ad hoc dicit sic: Hanc amavi dilexi eam. Si enim dominus unius regionis unam puellam adamaverit digretur in tantum fiat ad celebritatem bone opinionis de ea divulgande ergo a multo fortiori ex quo omnium dominus qui est deus istam puellam diligit constat eam sine celebritate bone fame. Unde dictum est Sap. 7: Neminem diligit deus nisi cum sapientia inhabitat. Et unumquodque propter quod et id magis, ergo plus diligit sapientiam. Sed in littera ista ex opposita tractatur de ingenuitate sive nobilitate potest esse dubitatio litteralis. Utrum plus sequi debeat conditionem patris in libertate et servitute. Et arguitur quod sic quia denominatio debet fieri a digniori, ergo proles magis denominari debet a conditione patris quam matris. Consequentia patet quia pater est nobilissimum in generatione et dat formam, mater vero ad ministrat materiam. Dicit 16 de anima-

libus. Ergo etc. Contra 17 q. ultima cum in [illegible]. Item si ex de contestandis consuetudine aliaque constitutione in tempore fuerint filii procreati in eis eorumque de eaque facti tum ignominia nati sunt erunt servi iure proprio. Ergo plus non sequitur patris conditionem. Contra in sacra scriptura non intexuit genealogiam per mulieres sed per viros. Item per genealogiam magis declaratur nobilitas humana, ergo nobilitas hominis magis debet attendi secundum patrem quam secundum matrem. Ad oppositum est extra de natis ex libero ventre c. Dignos. Videtur esse dicendum ut percepta ex libera ad servitutem retrahantur. Ergo plus sequitur ventrem quantum ad conditionem servitutis et libertatis et consimili ratione quantum ad conditionem servitutis. Secundo dicendum quod secundum iura civilia proles sequitur ventrem in conditione servitutis et libertatis. Unde quantum ad hoc plus sequitur ventrem. Secundum tamen quedam iura localia in aliquibus regionibus que non reguntur iure imperiali plus sequitur partem deteriorem conditionis sicut sit in [illegible] et sicut dicitur plus secundum iura ut estimamus. Secundum tamen unum ut sunt in regno regali. Et ista videtur in quibusdam partibus Francie. Item quia secundum iura civilia plus sequitur ventrem. Et hoc rationabiliter primo quia magis sit constat de matre quam de patre. Unde dicit [illegible] 8 ethicorum et quia status libertatis debet esse certius ab illis parentibus a quibus magis et certius constat. Ideo videtur esse rationabile eum denominare. Secundo quia ars imitatur naturam. Et sic videmus in animalibus natura quod ex diversis speciebus nascuntur quod plus assimilantur matri magis quam patri sicut patet de mulo qui generatur ex equa et asino et multo evidentius assimilatur eque quam asino. Tertio quia servitus et libertas sunt conditiones corporis. Unde

Utrum debeat proles sequi conditionem patris in libertate etc.

Secundum iura civilia proles plus sequitur ventrem

Boecius 1 de cons. p. 6. Quis non quippiam aliquid vel quempiam nisi in solum corpus et quod infra corpus est possit exercere. Non quidem liberam impassibilemque animam [illegible]. Ex quo solum corporis accipitur a iure et servitus et libertas circa officia corporis principaliter attenduntur. Consonum videtur quod ventrem sequatur. Et huic concordat lex divina et lex canonica. Divina quidem Exodi 21 ubi dicitur quod si dominus dederit uxorem alieni servo et ille postmodum efficiatur liber filii postea debent remanere domino qui dedit ei uxorem et uxor similiter. Cum ergo si iudeus emeret iudeum septimo anno efficiebatur liber per legem. Si tamen [illegible] dominus dederat ei uxorem ipsa uxore [illegible] ad libertatem remanet domino cum tota prole sua. Lex etiam canonica huic concordat Extra de donac. Ex libro [illegible] ut allegatum fuit. Quod autem dicunt doctores quod quia pater est principium activum et honorabilius mater principium passivum et vilius ideo proles in conditionibus activis ut in honorabilibus et in principiis sequitur patrem circa ea que per conditionem principalem acquiruntur. Unde talia dicuntur principia filii in conditionibus vero passivis sicut in servitute et libertate sequitur matrem. Istud parum movet. Primo videtur agere ad oppositum libertas enim non videtur esse conditio passiva sed activa dicitur enim liber qui est sui gratia et suis actibus dominatur et per consequens servi istos sequi debent conditionem patris. Sed sicut filii succedunt in hereditate patrum ita succedunt in hereditate matrum. Unde secundo illa non movet contra tamen potest sanctus Thomas Allexander et Petrus. Ad primum dicendum quod non semper fit denominatio a digniori sed aliquando econtra etiam a viliori sicut homo denominatur ab humo. Sic fit etiam denominatio a predominanti et ab evidentiori et in isto sicut in propo-

sitione dictum est. Ad secundum dicendum quod illud statutum esse fuit specialiter editum in detestationem talis coniugii. Et sicut dicit glosa ibidem, tamen non est usa isto iure per [illegible] dit ius istud. Ad tertium dicendum quod sacra scriptura computat genealogias ad sciendum conditiones servitutis vel libertatis sed ad sciendum de qua familia vel de qua tribu persona sit exorta. Et quamvis tam liceat pater et mater de una tribu esse deberent pater tamen principalior est. Ideo unde a patribus in genealogiis derivati sunt texenda etc.

lectio 106

Doctrix enim est disciplina Dei et electrix operum illius. Hic prosequitur de qua supra a Salomone commendatur et sponsa singulariter adoptanda in predicto textu sit exposita. Ostensum est enim quod ipsa habet generositatem propagationis et celebritatem bone opinionis. Unde in parte ista ostendit eam habere qualitatem bone educationis. Hec enim est unum de principiis in sponsa eligenda quod sit bene disciplinata et qualiter educata. Unde disciplinate domicelle et domine specialiter eliguntur ut filias nobilium educent et informent. Educatio vero virtuosa in duobus consistit in castigatione passionum. Unde in exercitatione bonarum operationum. Seneca libro de moribus. Educatio et disciplina mores facit. Et idem Sap. Unusquisque sit quod didicit. Quod autem ista domina sapientia istis duobus sit sufficienter erudita educata affirmatur. Doctrix est enim discipline Dei. [illegible] ipsa docet scilicet ad castigationes passionum et electrix operum illius quantum ad exercitationes operationum. Si enim sit doctrix discipline et electrix operum docere non et eligere nemo potest nisi quod novit et expertus est plane. Ergo quod sit doctrix et electrix in bona educatione est sufficienter in moribus informata. Dicit ergo doctrix est enim.

Virtuosa educatio in duobus consistit

disciplinae dei .i. ipsa docet nos re-
cipere gratiam disciplina dei ipse
nobis valde necessaria quia sapientia dicitur
c. 3. Sapientiam et disciplinam qui abiicit infe-
lix est. Et electus electus opum illius
.i. sacerdotis nos eligere opera deo bene
placita. Disciplina tripliciter accipitur
in sacra scriptura. Primo generaliter pro infor-
matione sive doctrina. Proverbiorum 1. Audi fi-
li mi disciplinam patris tui et ne
dimittas legem matris tuae. Aliomodo
accipitur disciplina pro compositione mo-
rum interiorum et gestuum. Unde ille
disciplinatus dicitur qui honeste regi-
tur in ubis et ornatu interiori et exteriori scilicet
sicut et sic loquitur Hugo de institutio-
ne noviciorum de disciplina. Disciplina
est conjunctio omnium membrorum motus ordina-
tus et dispositio decens in omni habitu
et actione. Et iacobi 3. Quis sapiens
et disciplinatus inter vos ostendat
ex bona conversatione operationem suam in
mansuetudine. Tertio accipitur disciplina
pro flagellatione cum castigatione illata
ut Proverbiorum 23. Noli subtrahere a puero
disciplinam si enim percusseris eum virga
non morietur. Tu virga percuties eum et
animam eius de inferno liberabis. Isaias 53.
modo est sapientia. Doctrina disciplinae dei dis-
ciplina enim dei est a nobis suscipien-
da patienter quantumcumque dura videatur
ipsa tamen est vera. Apocalypsis 3 castigatio diligentis
castigantis diligentis | nem
hic | praecantis correctio | omnem | ille
temptatio dei | enim quam
disciplinat nos pater noster et amicus
et redemptor. Ad hebraeos 12. Omnis
est filius quem non corripit pater. Quod si extra
disciplinam estis cuius participes facti
sunt omnes ergo adulteri et non filii estis
quod omnis anima dei facti sunt participes
disciplinae dei. Sed in matre et in a-
postolis suis patet et generaliter in omnibus

quem filii sui dicantur. Non esset magnum
si hoc reciperet unum ictum pro unum abad-
quod minore anima quam pro eo fructus acrime
vulnatus cristus pro nobis non solum vulnatus
in crucifixionibus et occasibus sicut ysaias 53
Ipse autem vulnatus est propter iniquitates nostras
attritus est propter scelera nostra disciplinae pacis
nostrae super eum et livore eius sanati sumus.
Ergo et nos pro amore suo et pro pietate sua
disciplinam debemus. Ad hebraeos 12. Fili mi
noli negligere disciplinam domini neque fa-
tigeris dum ab eo argueris. Ut narrat Marbo-
dus suo de lapidibus c. 19. Si maritus
ponat magnetem sub capite uxoris
dormientis experimentum potest an sit adul-
tera vel fidelis quia si sit adultera statim
cadet de lecto ac si manu hominis fuis-
set expulsa. Si vero fidelis sit marito
connectet se ad maritum et ipsum amplex-
abitur dormiendo. Ut ergo sic. Nam quae
sibi conscia sua si sit adultera continuo
supposito capiti lapide sentiens ad-
aptet. Atque quod casta manet pectora
placida maritum. Non tamen singulas casta
omnis adulteria lecto. Namque pulsa
manu subito fetore coacta. Carnalia
piis emittit celari criminis index. Cana-
nis ista non sit lenibus et lascivijs in
druter quantumcumque virtus tamen litteris
et causa dicta sit. Moraliter huma-
na anima quando dei dicitur professione autem
informatur. Ozee 2. Desponsabo te
mihi in fide. Volens ergo deus experi-
ri an anima cristiana sit vera sponsa vel adul-
tera supponit magnetem qui lapis est
ferruginei coloris et trahit ad se ferrum
.i. magnam tribulationem quam fecit homines
et duris cordis domantur et trahuntur
ad deum et quasi eiciuntur extra temporis commu-
ges cadunt de lecto aut per impatientiam
et remurmurationem contra deum. Si autem vero
et fideles sponsae cristi conjunguntur se
ad deum dum sunt sub disciplina et pro
humiliant orationem et devotionem dicentes

·m·

Quod disciplina et quotupliciter accipitur disciplina

Qualiter lapis magnes ostendit uxorem adulteram

illis ro 8. Quis nos separabit a cari-
tate cristi tribulacio an angustia an
persecucio etc. Et infra. Certus sum quod
neque mors neque vita neque creatura alia
poterit nos separare a caritate dei. Unde
Augustinus in quodam sermone. Nullus sermonis
cristi sine tribulacione. Si putas te non
habere persecuciones nondum cepisti esse christianus
Supponitur ergo magne iste discipulus cristi
sub capite sponse cristi quiescens et
dormiens quod qui hiis ad maiorem aqui-
sicionem meliorem communiorem se disponit
tunc deus hiis tribulaciones et disciplinas
iniurias et persecuciones immittit. Job
33. Cum irruit sopor super homines et
dormiunt in lecto tunc aperit aures
virorum et erudiens eos instruit dis-
ciplina. Unde gregorius 26 moralium. Aures
cordis tribulacio aperit quas sepe mun-
di prosperitas claudit. Quia vero disciplina
devote suscipienda est propter castigatis
dilectionem. Secundo est devote recipien-
da propter peccati correctionem. Unde ps. Dis-
ciplina tua correxit me in finem et dis-
ciplina tua ipsa me docebit. Unde
petrus Ravennensis in quodam sermone. Ideo te
percutit qualiter punit deus ut eterne
mortis ardores pena temporalis redi-
mat. In edificacione enim templi omnes
lapides prius malleis tundebantur
ne in illo postea sonus mallei audire-
tur in horreo domini reponitur frumentum donec
flagellis aut trituracionum pedibus per
concussum. Sic et vivi lapides qui po-
nendi sunt in illa celesti ierusalem que edificatur
ut civitas variis infortuniis et pres-
suris polliuntur ut apta in edificio ce-
lestis habitaculi collocentur. hec petrus ra.
Et ideo ad correctionem et comodum nostrum
ordinatur quidquid nobis de ista disciplina
prestatur. Ad hebreos 12. Omnis disciplina
in presenti non videtur gaudium esse sed
meroris. postea autem fructum pa-
catissimum exercitatis per eam reddit. Unde

gregorius. Deus quandoque hic quibusdam parcit ut
eos in perpetuum feriat. alios autem hic ferit per-
do ut in eternum parcat. hec gregorius. Et ideo
[illegible] filium cum iugiter fuit puerum
ubera [illegible] cessare a fletu et ipsum iugiter
osculari. cum quare [illegible] displiciat [illegible]
vult deus de nobis iugiter quod deus
electos [illegible] ad mala hic affligit tri-
bulacionibus et angustiis. Ezech. 7 a. Floruit vir-
ga germinavit superbia iniquitas surrexit
in virga impietatis. et bonum ut deus quod
ploremus [illegible] consolacionem [illegible]
esse vult quod [illegible] osculemur
et amemus. Mt 5. Diligite inimicos
vestros et benefacite hiis qui oderunt
vos et orate pro persequentibus et calumpniantibus
vos ut sitis filii patris vestri qui in celis est.
Unde Cesarius. Quamvis captivos redimere
pauperes pascere et vestire non prevalet
cum iram hominis odium in corde retinet
et inimicos suos non solum malum pro
malo reddat sed eos diligat et pro
eis orare non desinat. Cum de iusticia
et permissione dei sui libera consciencia
ante tribunal dei sui libera ubi dicere po-
terit da mihi domine quia dedi dimitte quia di-
misi. hec ille. Tercio videtur quod nos a
deo tamen parentes inspiratos disciplinat
frequenter ad comodum et correctionem
nostram omnia cum graciarum accionibus equanimiter
tolleremus. Prov. 22. Stulticia colliga-
ta est in corde pueri et virga discipline
fugabit eam. Tercio disciplina dei est
devota suscipienda propter temptacionis de-
iectionem. Quia cum caro mundus
et demon [illegible] disciplina dei fortiter
tollatur. Unde et contra temptacionem
carnis solent sancti ipsi disciplinam
infligere. Sicut gregorius 2 dyalogorum c. 2 dicit
de sancto benedicto cum ipse de quadam
muliere quam prius conspexerat temptaretur
[illegible] vestimento [illegible] se [illegible]

Tribulacio cordis aures aperit quas prosperitas claudit

Deus punit bonos in presenti ut parcat eis in futuro

aculeis et urticarum incendiis se perfi-
cit. Suavitas autem medialis corpo-
ris. Dum scilicet hiis persecucionibus agitatur.
Sicut enim nutrix filium suum volens
ablactare inungit mamillam sinapio
vel aqua alia re amara, ita deus quando
vult delicias infirmitatis amaritudini-
bus ordinavit esse respersas ne cas-
us amaremus. Unde Aug(ustinus) in confessi-
onibus suis regratiatur deo quod respar-
serit semper amaritudinibus omnes illici-
tas delectaciones suas. Et boeci(us) 2
de conso(lacione) pro(sa) 4. Quam multis amaritudi-
nibus humane felicitatis dulcedo respersa
sa est, que etsi fruenti iocunda videatur
esse, tamen quominus quando velit abeat re-
tineri non possit. Et de eodem loquitur
deua (?) inotera (?) affone (?) vac (?) dicat sic
Est in presenti vita et delicie quales
dulces sunt et tribulaciones quales
amare sunt. Si quis non bibat tribula-
cionis poculum metuat ignem iehen-
nalis, et quis non contempnat dulce-
dinem seculi inspirans bonis vite eterne.
Dicitur hec divine discipline quasi quedam
medicamenta preservativa a corrupcione et
putrefactione peccati. Ut enim dicit methau(rorum)
4 quatuor sunt que impediunt putrefactionem.
Frigus constans ad multos annos,
et ideo magis putrefiunt res in estate quam
in yeme, quia calor naturalis per frigus ex-
terius circumstans comprimitur et conser-
vatur in humido suo. Secunda causa est quia ex-
cellencia caloris naturalis intrinseci, et ideo
illa in quibus habundat calor igneus
ut piper galanga et huiusmodi non ci-
to putrefiunt. 3a causa est coagulacio facta
a frigido intrinseco. Quarta motus moderatus.
Quinta magnitudo rei. Unde
aqua divisa propter eos cito putrefit, inte-
gra in sua magnitudine non putre-
fit. Istis correspondent quatuor que sunt que pu-
trefactionem peccati impediunt. Nam cum hu-
midum et calidum debere comprimitur

res putrefiunt. Sic cum huiusmodi gratie et
calor caritatis per peccatum ab homine exclu-
ditur, homo putrefit mortaliter. Ps. 37. Putrue-
runt et corrupte sunt cicatrices mee a facie insipiencie mee.
Has autem putrefactiones quatuor modis impedit,
primo per frigus constans, id est per persecu-
cionem et tribulacionem exteriorem. Secundo per
excellenciam caloris naturalis ignei intrinseci,
id est per excellenciam spiritus sancti. Deut. 6. Ignis
in altari meo semper ardebit. Tercio per coa-
gulacionem factam frigido intrinseco, id est per ti-
morem divini iudicii et ultionis future
intrinseca recogitacione. Quarto per motum mo-
deratum super illud: et vias capiunt
moveantur. Aliquis motus moderatus est
vacacio et estimacio sensus occupacio quarto
que excludit ocium quod inducit maiorem
putrefactionem libidinis. Super 10 Ovidius: si
tollas periere libidinis artus. Quinto
non impeditur putrefactio peccati per magnitu-
dinem rei, quia res magna magis re-
sistit corrupcioni quam parva. Istis respondet
magna dignitas per quidus sui status
persone, debet enim preservare a corrupcione
peccati cum homo recogitat quod in prelatus
habet curam animarum, recepit honores a sub-
ditis et bursam quibus omnis indig-
nus est nisi bene vivat ex ipsa sui digni-
tatis magnitudine fiat ob similem hoc
vite. Sunt ista quatuor putrefactionis
impedimenta precipue in disciplina
que vitam gratie a putrefactione servat.
Prov. 6. Mandatum lucerna est et lex lux
et via vite increpacio discipline etc.

Et si divicie Lectio 101
appetuntur in vita quid sapientia
locupletius que operatur omnia.
Si autem sensus operatur quis horum
que sunt magis quam illa est artifex.
Hic tamen est propter desponsacionis commen-
dacionem in qua Salomon duas condicio-
nes de amica sua sapientia introducit.

Nota quatuor sunt que impediunt putrefactionem rei

Qualiter quatuor impedit putrefactionem peccati moraliter

que i sponsis eligendis apud homines
mundanos no modicu pondantur.
Et pm hec q ei duas progatiuas ei
attbuit littra diuidit in tot ptes
p° enim ei attbuit opulencia in diui-
tiis 2° experienciam i artificiis ibi si
cut sfius opatr. Et q diuersi hom
diuse sut cupiditates tam pm psue-
tudines qua pm pplexiones ma-
iar despedant simplr i diuers
Aliq subtilitatem in artificiis
utilitatem moralium conscienciam
utilitatem intellectualem excellenciam
Ideo sub qdombz eor ome huam
desideriu honestu tn et no bestiale
descibit quor tn appetibilium tm
duo i ista littra psequitur. Quantum
ad pm dt sic Et si diuicie appetuntur
in uita q sapia locupletior q opatr
omnia q d michil. Et istas intellig
specialit de sapia increata q cristus e
de q eph i Omnia opatur pm pplacitu
uoluntatis sue. q enim sapia q e ubi
huana domu e sapie increate et
ideo e que diuicie domu et dantem
i ca. Ideo salon fecit i hec lio sapi
enciam que queda ponit de sapi
creata et plima et queda de sapia
increata. pt tn et ista lra de huana
sapia intelligi qua si ho hec locu-
ples satis fiet Modu uo quo ali
poterit esse diues dicit pm Senecam
12 ep i qua docet qualiter uis ho
s pt pace et diuicias fabricare
q duo multu quit affectant dt sic
inimicus maior e animus qz ubi aliena
se posuit et fecit s pace uel time-
do diuicias uel concupiscendo. quasi pm
Senecam. si uis habere pace quantu ad ani-
mu ptinet nm timeas et eris
in pace michil concupiscas et eris
satis diues Primus i quantum si diui-

Alitr de i modo quo ali diues esse poterit

te illu putas cui uacua suppellex
qm i q intens multos arat q multu
suburbani agri possidet cu dia
diuitis pauper e. quam q debet
Quantu i quantu omnia ii forte iudicas
necesse utru ad abhorere an a fortua
muneru suppetit hec Senece similiter
Qz melis diuisisset si eo clusisset omnem
diuite debuisse deos finisse no for-
tune. Dt enim Aug i retract. c i hoc
nec laudat i pessima psuetudine q ubi dt
pt hoc deus noluit dicit hec fortua
noluit. Qz quas dantur diuicie a deo
cui sint no ciue sequitur illis quibus
dantur. Ista qsm ruds Senece ep 91
ubi dt quod du sunt aspicere et dicit
Qz dicatur eis aspice qz eis bonos et
benignos uoltu mala magnifica
tribuit. ad hoc unum excogitata qt illa
q uruit experiuntur opantibz data
sunt. In hoc igitur du excusantur qm
dt cui qt licet debet eis ea q eis non
pfuerunt dant tn qualia appetunt
Qz ctera uero diuicie quas sapia dat hoi-
bus sut uirtutes et bone opaciones
quas signitr uocat sapientia diuicias sa-
lutis ysa 33 Diuicie i quantum salutis sapi
et scia Prou 10 bn dicens dm diuites
facit 2a progatiua et e ipsius sapie
in uniuso e q ipa hec expericiam
i artificiis Et quantum ad hoc dt Si at
sensus opatur tc i si ars q e cui sbtilia
et exprimentalia que dectur ab aliquo
sapia increata q e cristus artificio p-
cellit. q omnia cauit de michilo Sa-
pienca est huana larga loqdo pru-
dencia et arte comphendit et p conse-
quens michil magis e artifex q illa
Qz i quantum diuicie appetuntur Nota
q tria sut gna diuiciaru uz q quedam sut
temporales | periculose | honorabiles pui
spuales et | uirtuose | perdere 2e sut
eternales | gloriose | laudabiles expe

Nota hic q tria sunt genera diuiciarum

de 3e ineffabiliter appetende ¶ Prime di-
cie sunt periculose quia repellunt vo-

veri- | a cognitione | ¶ prime re-
securi- tate | ab estimatione | pellunt
vani- | ab affectione | veritate

a cognitione. divites enim non habe-
nt veram cognitionem dei nec sunt proxi-
mi dei non quia ... sed falsa divicias
suffocant verbum et sine fructu efficitur
in omni figura divitibus regibus angelis
apparuit in sompnis sed pastoribus pau-
peribus vigilia presentia se ostendit. Sig-
num quod pauperes deo sunt clariore no-
ticiam assequuntur quam divites. Unde Luce
19 dicitur quod zacheus qui fuit princeps pub-
licanorum et dives et tamen statura pu-
sillus erat et non poterat pre turba vi-
dere ihesum donec in arborem ascendisset
Sic divicie constipant et faciunt
sunt parvi in statura virtutum et comprimuntur
sollicitudinibus et pressuris negociorum et
officiorum quod non vacat eis cogitare de
ihesu nisi valde raro. Et semel forte
in anno in ... ut circa pascha arborem
ascendant penitentie et contemplationis
devote ut videant illum in domum suam
Et ideo dicuntur pulveres excecantes
oculos spirituales. Unde cuidam diviti
dicitur Apocalipsis 3. Dicis quod dives sum et
locupletatus et nullius egeo et nescis
quia miser es et miserabilis et pauper
et cecus et nudus ¶ Secundo non habent veram
cognitionem propter duo impedimenta

propter | veritatem dicentium raritatem | ¶ De primo
| adulantium falsitatem | dicit Seneca

mirabor quod omnibus possidentibus
deest. i. qui verum dicat. De 2o pau-
tot sunt adulatores divitibus de filiis
de amicis de vicinis de cognatis
...os quod ipsos defraudare non possunt ...
... ¶ Diviti decepto nulla recu-
peratores locuti sunt ... et insaticia-
...unt illum. Et infra dives locutus est
et omnes tacuerunt et verbum illius usque
ad nubes perducent ¶ 3o non habent

cognitionem de proximo quia nesciunt qui sunt
eorum amici qui hostes Unde Seneca
de remediis fortuitorum. iste quem tu diviti
pectore estimas loculos multos habes
ignoras utrum avarus an prodigus sit
Si prodigus non habebit. Si avarus non habet
Iste quem tu felicem admirationibus credis
sepe dolet sepe suspirat multa illum co-
mitantur ut muscae sequuntur cadavera
lupi frumenta formice predam sequuntur
ista turba non hominem. Et ideo bene dicit
at boecius 2 de consolatione prosa 8. Ego adversa
fortuna plus quam prospera hominibus prodesse
illa enim semper specie felicitatis cum videtur
blanda mentitur hec semper vera est cum se in-
stabilem mutatione demonstrat. illa
fallit hec instruit. illa mendacium specie
bonorum mentes fruentium ligat. hec cog-
nitione fragilis felicitatis absolvit
Sic ergo divitie repellunt veritatem primo
a cognitione ¶ 2o repellunt securitatem
ab estimatione. Divites sunt enim in timore
perdendi pecuniam terrenis et thesauris
et cum sint sine securitate sunt possessio
sine multa sollicitudine. Unde Augustinus
9 confessionum narrat quod transiens per quendam
vicum vidit pauperem mendicum iocantem
et ingemuit loquens ad socios omnibus
inquit conatibus quibus laboramus ad
vellemus non ad securam leticiam pervenire
re quo nos iste mendicus precessit. Et
sequitur iste letabatur ego anxius eram
ille securus ille trepidus. et ideo convenienter
dixit in suo cantico beata virgo Luce 1
Esurientes implevit bonis et divites
dimisit inanes sicut enim a vane quod apparet
esse repletum et est vacuum ita divites
videntur exterius sine metu sine tribu-
lacione sine sollicitudine et tamen intus sunt
pleni tristicia et timore ¶ 3o repellunt
veritatem ab affectione. causant enim invi-
dias et tribulaciones. bella brigas
et discordias mortes. Exemplum Genesis 3
de abraham et loth consanguineos

Divites non possunt habere veram cognitionem dei nec sunt proximi

Divites semper sunt in timore perdendi pecuniam

rio de quibus dicitur cat cor subsanna multa et non quibus at habitudo quam ter. Et ita sunt primpsedede unde Seneca ep. 18 Nemo alius est deo dignus quam qui opes contempsit. Et ideo dicit ps. divicie si affluant nolite cor apponere. Dicit Aug. non dicit nolite habere sed nolite cor apponere. Non dampnat divicias unde mea in p[ro]cellu sed quod oppositum est quod non expedit sed reconndit. Et ideo dixi quod divicie sunt ordinatur primpsedede nec totaliter secundum recta racionem ne sit impedimentum virtutis. Unde oppositum quamentum docet Aug. super ps. 71 Cum nullos divites mundus contempnat nec mundus de paupertate presumat. Dicit sic hic attendite ne passim divites reprehendatis et rursum ne de paupertate et egestate presumatis. Si ma est presumendum de divicijs quanto magis non est presumendum de paupertate. Pauper ulcerosus non legitur nisi sublatus veniens ipa neste sublatus est ab angelis in sinum abrahe. Hic vides quam liberatus est ab angelis lege scripturam et invenies divitem abraham sublatum ergo in sinum divitis pauper an potius ambo divites deo ambo cupiditate pauperes. Hec Aug.

Tercie divicie sunt spirituales et virtuose et hee sunt gratie et operaciones virtutum et bonorum morum. Unde Gregorius moral. 17 super Ecce Expositi quam firmat hec sole divicie vere sunt que nos virtutibus divites efficiunt. Si ergo fratres divites esse cupitis veras divicias amate si culmen veri honoris queritis ad celeste regnum tendite si gloriam dignitatum diligitis in illa superna angelorum societate ascribi festinate. Unde Ecclesiastici 6 In paupere divitibus hominis seculi non sublime sape neque sperare in incerto diviciarum. Et inferius Bene agere divites fieri in operibus bonis. Et eph. 3 Dat secundum di-

vicias glorie sue virtute. Hec divicie sunt eternales et glose (?) in istis est perfectiones sine diminucione securitas sine fatigacione 10 in divitiis sine afflictione et sacietas sine defeccione de quibus in ps. Gloria et divicie in domo eius et iusticia eius manet et fac bonitatem et pastorem in dicens eius et cetera. lectio 108

Et iusticiam cum diligit labores huius magnas habent virtutes sobrietatem enim et prudenciam docet et iusticiam et virtutem quibus utilius nichil est in vita hominibus. Postquam salomon declamavit quibus pro gradibus sapientie sponse sue sermo hac parte quod scilicet de sponsa dicendum est enim quod ipa habet nobilitatem propaginis celebritate bonorum operum et qualitatem educacionis opulentiam in divitiis et ex purgentem in taciturnitate. Secundo ipa habet sincerum moderamen in moralibus et optimus virtutum examen in spiritualibus. Est igitur in tercia sua in isto textu commendatur ista sponsa sub duplici persona electa a bonis moribus. Et circa hoc duo facit quia primo commendat ea quantum et simul tim a iusticia legali 2o singulariter et sigillatim a qualibet virtute cardinali ibi Sobrietatem enim. Circa primum est advertendum quod sicut docet Aristoteles 5 ethicorum c. 1 duplex distinguitur iusticia una generalis que vocatur legalis et particularis iusticia sunt quas talis est diversa quia iusticia legalis non est species virtutis sed est tota virtus. Et vocatur iusticia legalis quia per eam fit homo observator totius legis secundum singulas operaciones virtutum vocatur eciam iusticia generalis non quod sit genus aliarum virtutum sed quia est una virtus particularis directiva tamen cuiuslibet virtutis in actu suo secundum Aristotelem secundum quod expedit bono communi. Unde iusticia intendit dirigere omnem virtutem in actu suo. Sed expedit

nullos mundus dites contempnat nec presumat de paupertate

Quantum duplicem duplex distinguitur iusticia

ad bonum civitatis. Justicia vero particularis est illa cui contrariatur avaricia. Et est in commutacionibus et distribucionibus que fiunt in singulares personas. Et hec est que connumeratur inter quatuor virtutes cardinales que sunt prudencia iusticia fortitudo et temperancia. Primus quod commendat Salomon sponsam sponsa a iusticia legali. Secundo a iusticia cardinali ut dictum est. Tercium ad fundamentum dicit sic Et si iusticiam quis diligit etc. Secundum varietatem conspectionum et complexionum in hominibus varie sunt inclinaciones tam ad vicia quam ad virtutes. Unde quidam homines naturaliter inclinantur ad opera iusticie et eorum operacionibus delectantur. Et de tali homine Salomon loquitur dicens Et si iusticiam quis diligit naturaliter vel ex electione et hoc loquendo de iusticia generali. Labores huius id est operaciones difficiles sapiencie magnas habent virtutes id est vires adquisicionum vel Labores huius magnas habent virtutes id est per operacionem sapiencie magne acquiruntur virtutes. Labores dicit propter difficultatem que est circa opera virtuosa. Operari et respicit circa difficile. Et sic dicit quidam alta est non ardua virtus. Secundo commendat ea a quatuor virtutibus cardinalibus singulariter dicens Sobrietatem et prudenciam quia prudenciam et iusticiam specificat nobis nisi temperanciam vocat sobrietatem et fortitudinem vocat virtutem. Sicut enim dicit Tullius de officiis nomine virtutis fuit antiquitus solum fortitudo. Iste autem quatuor virtutes dicuntur generales principales et cardinales. Sicut enim in artibus est dare subordinacionem quia una precipit et principalis sub fiunt et coercentur ita est in virtutibus moralibus. Sicut enim ars militaris precipit equestri et equestris frenefactive. Et ars gubernativa navis est architectonica principalis et preceptiva respectu remigative et navifactive et huiusmodi. Finis enim superioris artis est intentus ab inferiori.

... sunt inclinaciones in hominibus tam ad virtutes quam ad vicia.

ri sicut frenefactiva intendit bonitatem ad hoc quod homo bene equitet et bene equitare ordinatur ad bona milicia. Et ideo ars militaris licet precipiat tamen equestri quam frenefactive et multis aliis subservientibus arti militari. Similiter est in virtutibus moralibus. Una precipit alii puta superior inferiori. Verbi gratia in passionibus concupiscibilis desideri delectaciones secundum tactum sunt difficiliores ad regendum. Et ideo indigemus una virtute qua ordinabiliter regamur in huiusmodi delectacionibus generaliter et ista vocatur temperancia. Sub ista fiunt alie virtutes circa materias speciales delectabilium. Est enim delectacio circa tactum in copula alia circa gustum alia circa venerea alia circa ludos. In delectacionibus secundum gustum indigemus virtute que vocatur sobrietas. In delectacionibus venereorum indigent coniugati quibus solis venereis licet uti una virtute que vocatur continencia vel castitas. In delectacionibus que fiunt circa ludos indigemus virtute servante medium inter superfluitatem et defectum que virtus vocatur eutrapelia. Sicut docet Aristoteles 4 ethicorum. Ideo quia omnes iste virtutes sunt circa materias magis particulares quam temperancia et temperancia licet sit circa delectaciones secundum tactum generaliter sub intellectis gustum sub tactu quia gustus est quidam tactus sicut dicitur 2 de anima. Ideo temperancia vocatur virtus generalis. Eutrapelia est species temperancie. Et sic castitas coniugalis et sobrietas in cibis et potu sunt species temperancie. Et quia superior virtus precipit inferiori, ideo temperancia vocatur principalis respectu eutrapelie vel sobrietatis quia non sobrietas sicut quia omnis materia moralis reducitur ad quatuor vel ad passiones concupiscibilis vel ad passiones irascibilis vel ad electionem finis vel ad operaciones circa res victui necessarias. Unde si iste quatuor bene regerentur perfecte esset quis virtuosus. Et ideo secundum istas quatuor virtutes dicuntur quatuor cardinales sive principales. Ita temperancia facit tenere medium circa passiones concupiscibilis.

Nota delectacio secundum tactum est multiplex

Sed fortitudo facit tenere medium secundum rectam rationem circa passiones irascibiles. prudentia circa electiones in operabilibus et iusticia circa commutationes in rebus exterioribus. Dicuntur autem iste virtutes morales et cardinales. Cardo enim secundum papiam et hugutionem est pes ostii quo vertitur in quoddam foramen ligneum vel lapideum per quod ostium vertitur cum clauditur et aperitur et aliquando vocatur cardo ipsum foramen. Et dicitur cardia grece quod est cor latine quia cor hominis regit corpus et movet ita lignum illud regit et movet ianuam. Quia ergo operationes humane reguntur et terminantur ab istis virtutibus secundum rectam rationem sicut ianua per suum cardinem. ideo ab antiquis cardinales eos placuit appellari. Vel melius forte dicuntur cardinales id est cardiales a cardian grece quod est cor latine. Et dicuntur cardiales ad differentiam virtutum corporalium sicut sunt robur et agilitas corporis. Iste vero sunt in corde et anima. Et ideo forsitan cardiales vel cardinales esse primitus dicebantur. Ex hiis patet que sunt quatuor virtutes principales et que dicuntur cardiales. Est autem ulterius advertendum quod iste quatuor secundum plotinum et macrobium super librum de sompnio scipionis quadrupliciter variantur. Dicuntur enim primo

Virtutes { exemplares / purgati animi / purgatorie / et politice }

Iste autem virtutes secundum quod sunt in deo vocantur exemplares ut dicitur iusticia dei ab eterna lege eterne in administratione causarum. fortitudo potencia gubernandi. temperantia conformitas voluntatis sue ad rectam rationem. prudentia sapientia infinita. Sic ergo virtutes secundum quod in deo ponuntur virtutes exemplares quia virtutes divine quatuor esse debent ad humanas virtutes domi-

Noe secundum Metodium de ortu regnorum
Et ille Ionithus fuit astronomie magi-
ster. Et dicitur de illo magistro in historiis
quod invenit astronomiam. Ceperunt ergo

Ira operatur quidam gemme que vocatur onix

Filij noe voluerunt turrim edificare ad celum

edificacione turrim istam scilicet lateres
ex saxis et bitumine pro cemento volen-
tes domum munire ne si iterum deo com-
placeret possent aquis diluvii casti-
gari. et impedivit eos per modum istum.
homines quicumque si debeant cohabitare
indigent uno ydiomate ad communi-
candum conceptus suos in diversis
negociis. Unde Arist. 8 ethic. dicit
quod omnis amicicia consistit in communicacione
et quod multas amicicias dissolvit inappella-
cio. Deus ergo in una classe cum essent
omnes unius lingue et unius ydio-
matis divisit eos in 72 linguas
ita quod ille qui scivit unam omnino aliam
ignoravit. Ista ergo multitudo consistens
tanta in ydiomate divisione di-
visit se secundum numerum linguarum. et qui
erant de una lingua coierunt se
in una turma. et qui de alia
lingua in alia turma. et sic a loco
illo diviserunt se in universas partes
mundi. Inter has linguas tres sunt
principales scilicet hebraica greca et lati-
na. Unde narrat Aug. de mirabilibus scrip-
ture divine c. 17. Et his tribus lin-
guis scriptus fuit titulus crucis cristi
et secundum istas 72 linguas elegit cris-
tus 72 discipulos Luc. 10. Quia igitur in
edificacione istius turris perdiderunt filii
Noe communicacionem lingue hebree et di-
visi fuerunt secundum multitudinem supradic-
tam. Vocatum est nomen illius loci Ba-
bel quod interpretatur confusio quia ibi con-
fusum est labium universe terre. Gen. 11.
Istam ergo inhabilem presumpcionem et ela-
cionem tangit Salomon in hac litera
dicens Hec et in consensu nequicie cum se na-
ciones contulissent scivit iustum et
hec i. sapiencia. et primo est Cum se na-
ciones contulissent in consensu superbie
i. in illo consensu quo dixerunt Venite
faciamus nobis civitatem et turrim cuius

cacumen pertingat celum et celebre-
mus nomen nostrum antequam dividamur in uni-
versas terras. tunc in qua sapiencia scivit iu-
stum i. abraham qui propter magnitudinem
fidei iustus fuit Gen. 15 Credidit
abraham deo et reputatum est illi ad
iusticiam. Scivit in qua iustum i. appro-
bando prescivit. Non est imaginandum
quod abraham fuit tempore divisionis lin-
guarum. quia quando divisio facta fuit tempore
phaleg qui fuit sextus ante abraham
secundum linearem successionem. Sed vult prin-
cipalis dicere in ista litera quod est tempore divi-
sionis lingue deus previdit abraham
futurum et preelegit eum sibi talem per quem
cultus dei multipliciter augeretur et cui fi-
eret specialis repromissio de redemp-
cione generis humani. Tangit ergo tri-
buciam sapiencie circa abraham videlicet pre-
eleccionem antequam esset. conservacionem cum
esset. et bone pluris perfeccionem postquam
esset. Unde dicit quod sapiencia hec cum cum se
naciones contulissent in consensu ex-
posito scivit i. approbando scivit iu-
stum i. abraham qui postea fuit iustus
et conservavit sine querela deo i. ad ho-
norem et voluntatem dei. conservavit enim
eum educendo de terra caldeorum in cha-
naan Gen. 12 et inde in terram egipti
educens timore dixit Zaram uxo-
rem suam sororem esse. Simili modo pro-
ca fecit cum apud regem Gerare pe-
regrinaretur Gen. 20 et vocavit autem
fratrem suam patrem suam quia fuit seni-
or fratris fuit zara filia Zaram illa-
us vocavit sororem secundum consuetudinem
loquendi inter hebreos qui cognatos
vocavit fratres et cognatas sorores.
Unde tamen est dictum cognata mea
est ex parte patris. Unde illum malum fuit
eis decipere quia hec eis cessit in bonum
De hac materia videns Aug. contra

Attende hic de confusione linguarum

Qualiter deus previdit abraham futurum iustum

Augustinus li. 22. c. 30. sed quare ita non
permisit abraham de deo ut non timeret
fratrem et uxorem et dicit quod ideo quia vo-
luit uti racione et non temptare deum
totaliter. Si enim interrogatus illam fe-
minam indicasset uxorem duas res
tuendas committet deo vel suam vitam
et coniugis pudiciciam. Deinde tamen
propter pulcritudinem zare et ne eius pu-
dicicia et abrahe vita esset in dubio
ut utrumque tueri posset abraham. Ergo
vim tamen i. vitam suam fecit quod potuit
ne deum temptaret quod autem non potuit
illi commisit quia ergo se homini occultare
non potuit ut valuit maritum se
occultavit ne occideretur. Unde Aug.
Dic ergo sapiencia abraham conservavit et
immune a culpa. Et in filiis meis
forte custodivit. Et sic vivificatum
fuit dando ei mirabiliter filium cui
esset eternaliter. Gen. 17. Statuam
pactum meum inter te et me et inter
semen tuum post te in generacionibus suis
federe sempiterno. De abraham dicit
mgr in historiis quod cum tempore famis
invalescente in egypto docuit egipti-
os arismeticam et astrologiam cum
illud tempus eis ignotum. et de egip-
ciis ista venerunt ad grecos et de gre-
cis ad latinos. Dicit eciam Josephus
de eo quod primus presumpsit pronunciare
deum esse unum creatorem cunctorum et
opiniones quas ceteri habebant de co-
nitacione et immutacione prevaluit. Consen-
ciens concedat Augustinus lio. suo de pena
Cathenis quod ad deum preceptum con-
silium filium volunt ymolasse. Nota
quod virtus dei est fortis. Unde dicit Et
in filiis meis forte custodiuit. Homi-
nis virtus est valde debilis. Est autem
dei fortis in hominibus. Intensive quia

Intensive
Extensive
Duratiue

percutit hominem in peccato quan-
titate est maliciae quod homo
ullatenus per se posset.

satisfacere. Unde probat venerabilis Ansel.
2. Cur deus homo. c. 6. Que opportunit
hominem deo dare ad maius quam ea quod
non est deus ad satisfaccionem. Et ideo
deus incorporatus est incarnatus ut per ho-
minem satisfieret. Sicut est homo. Quod autem
homo tenebatur deo solvere ad sacrificandum
quod pro peccato suo ad maius quam eo quod non est
deus. probat idem Ansel. 1. Cur deus
homo c. 21. Dicit non satisfacit quod pro peccato
non reddendo ad maius quam sit illud
pro quo peccatum facere non debueras. Si pro
toto mundo salvando ut pro aliquo cre-
ato deum debuisti facere peccatum. Ergo opor-
tet te satisfaciendo reddere ad maius toto
mundo. Et illud fuit vita corporalis
christi secundum Ansel. et ideo ad Tyt. 3. Non
ex operibus iusticie que fecimus nos sed
secundum suam misericordiam salvos nos fecit. Ista
ergo virtus fuit fortis intensive. Dicit
Aristoteles 1. de celo quod fortitudo potencie ac-
tive estimatur per maiorem in quam potest.
Unde si esset aliqua potencia que posset
in aliquod ut in duplum et triplum et
quadruplum et sic in infinitum illa
potencia diceretur infinita intensive.
Ergo talis est virtus dei quia non est dare
peccatum ita turpe ita maliciosum ita
deforme quin virtus dei sit maior
ad remittendum. Refert Ambrosius de
obitu theodosii quod tante erat virtutis
quod inimicis negavit veniam concedere. De
quo sic scribit. Ruffinum putabat se ac-
cepisse augustam iniuriam. theodosius
eum rogaretur ignoscere. et tunc prior erat
venie cum fuisset commocio
maior iracundie. et aptabatur in
eo quod timebatur in aliis ut irasceretur.
Hoc erat remedium reorum quod cum haberet
super omnes potestatem qui parcere posset
mallet malebat quod qui iudex punire
cogeretur iudex non pene arbitrio cri-
minis veniam concedere negat. Unde Ambrosius

Abraham primus pronunciavit deum omnium creatorem

Misericordia dei maior est omni peccato

sunt cum udat. filius iste qui dixit Luce
6 Estote misericordes sicut et pater vester
misericors est. 2a misericordia dei in hominem est
fortis et extensiva. hec autem dicitur de
cedri. primo a parte sui ipsius christi. 2a ex
parte hominis sive misericordie obiecti. a parte christi
sic. Si quis omnibus vicinis su-
is rivulos concederet de suo fonte
ut unusquisque inde faceret aqueductum pro suo
libitu signum esset quod fons ille foret
magne sufficiencie. Sic dominus deus pater
habens filium suum qui est urbs dei et fons
omnis bonitatis et fons sapiencie ubi
Eccl. 1 misit eum in mundum et misit
eum sitire de terra uel etris uirginalis
et ut esset oppositus et extremitas omni-
bus principit eius unde facere rivulum
qui omnium iudeorum et gentilium flagel-
lacione et crucifixioni se dedit. Et
ideo dixit per psalmistam: ego haurietis dabo
vobis undas et miserabor vestri Ysaie
2a. 2a pars est ex parte obiecti quia sic de ob-
iecto sive hominis fiat id est obiectum in hominem cui de-
nuo interponitur misericordia refundendo ut ca-
veat. expectando ut redeat. condo-
nando si peniteat. Unde Augustinus 2
confessionum: gratie tue deputo et misericordie quod pec-
cata mea tamquam glaciem solvisti. gratie tue
deputo et quecumque non feci mala
et qui te ducente non feci. 3a misericordia dei est
fortis in homine duracione quia continuacio
quod corporaliter si post infinita mala in
fine tardissime peniteat velit recu-
perare eum statim. Exemplum de latrone qui
tardissime et brevissime penitenciam
dicens est Hodie mecum eris in paradiso
Luce 23. Unde bernardus super Cant. Dominus
quando magnitudinem que mecum probat ut
erim quod post te domine ihesu audien-
tes quod non spernas pauperem peccatorem
non abhorreas non horruisti latronem
confitentem non lacrimantem peccatricem

non cananeam supplicantem non de-
prehensam in adulterio non sedentem in theolonio
non supplicantem publicanum non negantem
discipulum non persecutorem discipulorum
non ipsos crucifixores tuos Hec bernardus. misericordia
3o dei fortis est duracione. Per oppositum
ad hec tria misericordia hominis ad homines inci-
dunt debilis et modica et intensive
et extensive et duracione. Intensive
quia unus alium movetur ad compassionem
cuiuscumque quod ad implere id 2 thess. 3 Erunt
homines se ipsos amantes. Extensive quam
si aliqua sit compassio hominis ad alium erit
forte ad consanguineum non ad extraneum ad
amicum et familiarem et non ultra ut consi-
gnatur diatius Eccl. 18 miseracio hominis
circa proximum suum. misericordia autem dei super omnem
carnem. Debilis est ergo duracione quia non durat
diu nisi quantum homo cernit oculis. Sed et pauci
compatiuntur soci ... dum audit eum clamare
Osee 7 misericordia vestra quasi nubes matutina
vos et quasi mane pertransiens. Non sic docuit
thobias filium suum quo iacuit potueris
ita esto misericors Thob. et idem ad Coll.
3 Induite vos sicut electi dei sancti et dilecti
viscera misericordie. Non est dubium quod viscera
misericordie in hominibus compaciuntur sed opibus valde
pauci. et tamen de solis operibus misericordie fiet
compunctio in iudicio generali. Unde petrus
in quodam sermone: In regno celi cum ce-
libus angelis in quo cum resurgeremus
quod abel passus sit quod mundum servavit noe
quod abraham fidem servavit quod moyses le-
gem tulit. quod petrus resupinus crucem
ascendit. Deus tacet et clamat quod
pauper comedit dicens esurivi et
dedistis michi etc. misericordia enim in misericordem est
misericordia digna et hec pro. lectio 128
Hec iustum a peccatoribus impiis
liberavit. fugientem desce-
dente igne in pentapolim
quibus in testimonium nequicie fumi-
gabunda consistit deserta terra et cum
tempore fructus habentes arbores et in-

misericordia hominis ad homines est debilis et modica

credibilis dic medicina scandis sig-
nificatione salis. De clara gubernacione
Loth et Abrahe in ista parte
sequitur primus s. de mirabili libera-
cione ipsius Loth qui deus quem induat
de patribus antiquis ad declaracionem
sui ultra adolescentem. Tullius enim
dei vocat sapientiam ut plures explica-
tum. Unde inducit post exponi
quedam tamen hic quia supius dicatur
ut de sapia que est pietas ut veris
cultus dei et dicamus quod sapia est verus
cultus dei liberavit et gubernavit
clare et suos dispositione et mutato-
re quod fecit eos dignos gubernacione
divina sicut convenimus dicere militi se-
mitus vita fit te milite. De libe-
racione ergo Loth de subversione Zo-
dome. Sed quod sicut narratur Gen.
18 et 19. Civitates que fuerunt in re-
gione iuxta Iordanem ibi modo est
mare mortuum inter Iudeam et Ara-
biam et dicebatur illa regio aliquando
vallis illustris Zodoma Gomor-
ra Adama Seboim et Segor. Sed
autem istarum civitatum ubertas dies
et habundancia victualium omni generi
libidinis se dederunt intantum quod usu
naturale excesserunt masculi in mas-
culos et femine in feminas luxuriam
exercentes quam deus ad propagacionem in-
stituit inter virum et mulierem. Vo-
lens igitur deus tantum id nephandum
flagicium punire misit tres angelos
ad Abraham qui morabatur in convalle
Mambre non multum a Zodoma nunci-
antes Abrahe quod civitates debebant
subverti. Abraham autem cogitans quod Loth
frater uxoris habitavit in Zodoma et quod
esset iustus posuit se supplicans deo
quod perderet malos propter bonos et aut si
fuerint aliqui ibi 50 iusti ut non perde-
ret propter eos. Et deus vidit quod perderet
propter 50 quos intersit Abraham si 40. Et
sic paulatim descendo quesivit quod si 30

si 20 si decem. Et deus vidit quod perderet propter
decem. Cum autem in tanta multitudine non
fuissent decem boni recesserunt illi
angeli ab Abraham et iverunt ad Zo-
domam. Loth autem habitans in Zodoma
fuit semper devotus. Unde cum vidis-
set istos in humana effigie venientes
estimans eos homines invitavit eos in
domum suam et fecit eis convivium et
premuniret eum quod subverterent Zodomam.
Et mane surgente Loth ceperunt ap-
prehenderunt eum angeli cum uxore sua
et duabus filiabus suis et salvaverunt
eum extra civitatem dicentes eis quod fu-
gerent in monte et quod non respicerent
retro. Et statim pluit deus super civitates
istas sulphur et ignem et subvertit
quatuor ex eis statim. Segor pepercit
erat usque post propter Loth qui petiverat quod
ibi posset ad tempus morari. Uxor ergo
Loth more feminarum que est prona
rei que prohibetur ei respexit retro et
ipsa est in statua salis. Post hec egressus
Loth de Segor subversa est illa sicut alie
quatuor et ipsa illa tota regio in lacum
sulphuris et salem que deinceps vocatur
est mare mortuum quod nec aves nec in eo
vivunt pisces. Si ad vivum in illud pro-
iectum ut subversum fuerit statim expellit
et supernatat. Unde narrat Iose-
phus quod Vespasianus iussit quosdam
vinctos post tergum manibus proici in
lacum et subvergi qui omnes quasi vincti
repulsi sunt ad superficiem et desuper
supernatabant. Omne autem quod intra ca-
ret si intus conicitur mergitur in limo
bituminis. Unde et nave patitur in
bitumine limatur. Lucerna ardens
super natat extincta submergitur. Gle-
bas fetidas in diversis locis evomit.
Poma nascencia in arboribus circa litus
usque ad maturitatem sunt coloris viridis
cum maturitate putantur sunt plena cineribus
et favillis. Et autem dicta sunt ad his-
toriam. Narratur autem primus s. in racione
ista de liberacione Loth ab ista mirabili [marginal note: pu-]

non hic de subversione quinque civitatum

Illorum quinque civitatum subversis dicitur mare mortuum

ulcione dicitur hec. Hec id est sapientia liberavit iustum fugientem videlicet Loth qui hospitalitatis signatur que incedabat a peccatoribus ipsius videlicet Zodolf. descendente igne in pentapolim id est in regione quinque civitatum perditas. Et dicitur pentapolis a penta quod est quinque et polis quod est civitas. quibus impiis id est contra quos ipsos. in testimonium nequicie constat terra deserta id est destructa et combusta et adhuc fumigabunda id est emittens fumum fetidum in signum fetidi peccati quod antiqui incole commiserunt et constat ibi similiter In testimonium nequicie eorum arbores habentes fructus non certo tempore in certo tempore. ut videlicet peccatum eorum nunc ceteri videat In talis fructus arborum constat et in testimonium nequicie incredibilis anime memoria stans figmentum salis id est statua illa salis in qua conversa fuit uxor loth que servabatur in incole quedam incredibilis anime id est femine non credentis angelo non respiceret a tergo ut videret vitiatus. Liberavit fugientem Notandum quod apud bellicosos communis fuga videatur omnino inhonesta tamen aliquando laudi ducitur. Unde si esset aliquis qui sciret fugere in pugna revocabitur. Faceret fructum suum. Hic cum legimus de tartharis contra paganos pugnantibus qui sciunt equis insidentibus fugiunt et tamen insequentes a tergo sagittant. Sic sunt de quibusdam de quibus Boecius de consolatione. Sicut dicitur. Rupis achimenie scopulis ubi versa sequentium pectoribus figit spicula pugna fugax.

Modo autem in hac vita bellum habemus contra hostes multos. qui tamen non habent unum modum pugnandi nec unus quidem luctatur unica pugna. Ita dyabolus vincendus est per resistentiam. I. Petri v. Cui resistite fortes in fide. Sed carnem et mundum vincit per bone fuge prudentiam. ita quod unum habemus resistere. et duos habemus fugere. De resistentia quod dyabolus sit resistendo vincendus dicitur. Hostis non ledit nisi cum temptatus obedit. Est leo si cedit si stet quasi musca recedit. Hic est quod dicitur Jacobi quarto. Resistite dyabolo et fugiet a vobis. De fuga vero qua a carne fugitur dicitur primo Corinthiorum sexto Cede venus cedit ista magis in te prevalebit. Si fugias veneris prelia tutus eris. De mundo vero constat quod per fugam vincere debet exemplo cristi qui cognoscens quod mundi vanitatem cum rege eligisse volebat fugit in monte. Iohannis vi. Fuga ad hoc habetur ii Regum ii. Ubi dicitur quod cum ille bonus miles Abner tres filios Sarvie Ioab abisay et azael evasit quorum duos fortes fugavit per fugam declinat tercius non fugere non potuit sed resistens accidit.

Precipue tria fugiamus scilicet carnale propter tria. Solent enim homines fugere.

Ignium conflagracionem		Carlis
Vermium scorpionum	omnem	cum pac-
Fluminum inundacionem		tis quatuor

igne libidinis in quo se perurunt nec est facile declinandum sine fuga nullo confidat de senectute nullo de sue religionis virtute. Fructus et silex duo sunt corpora frigida et tamen de eis excutitur ignis percussione nimia. Ysaye xlviii. Egredimini a babilone fugite a caldeis. babilon interpretatur confusio caldei addaminut ignem et figurant homines libidinosos qui pardere igni luxurie ducunt quin inter semetipsos ad confusionem infamie. Et istud pulcris remediis docet apostolus I Corinthiorum vi. Fugite inquit fornicacionem. Secundo fugere debemus carnale voluptatem sicut fugiunt homines unum in intoxicationem. nullo liberter conficit aut

Quod fuga pugne sit in casu tamen dicitur laudabilis

Solent homines precipue tria fugere

dormiūt ubi serpētes et colubri co-
mūt͠ quiescūt. Et certe mulier mul-
to magis intoxicavit mentē quā
coluber carnē. Aliter enim venenū
dracū inficit carnē, sicut serpens cū sanguine
cōmiscetur; serpens aūt mulieris et a
longe sine tactu per solā spūale in-
mutacionē oculorum inficit mentē
qr qui videt mulierem ad concupis-
cendū eā iā mechatus est in corde
suo. Mt. 5. Et ideo satis apte potest
et sic exponi de femina quod est inductio
peccati illud Eccl. 21. Quasi a facie colu-
bri fuge peccata. Coluber dr̄ qui colit
umbras et mulieres querunt angulos
et umbras et locū nō patentē deli-
quēdi. Unde Ecc. 25. Nō est caput nequius
super caput colubri et nō est ira super
irā mulieris et parū dr̄ quod omnis
malicia nequicia mulieris. De hac
loquitur pe. blesensis ad regem
henricū in exposicione quadā super
Job ubi sic exponit quare dyabolus qui
Job de omnibus suis bonis expoli-
avit filiis et filiabus et substāncia, uxorē
tamē ei reliquid. Hec inquit nō fuit ad
solaciū viri sed ad supplementum
malicie ut per feminam vinceret quē
per temptacionē nō vicerat. Et quod uberi-
bus nō poterat ubribus mulieris efficeret.
Per feminā inquit ioseph incarcera-
tus est, Nabot occisus, Sampson
violatus, Isboseth interfectus, David
homicida, Salomon apostata, Dispa-
clavis confessus, precursor et baptista
domini decollatus. Per feminā mors in-
travit. Et tamen per filium dei ordina-
tū esset ut ea redēpcio perficeretur hos-
tis quod in morte cristi nostre redemp-
cionis precia pacē impleri salutē to-
cius humani generis machinatus est per
feminā impedire. In uxore namque

pilati visiones deceptorias et fan-
tasticas illusiones immisit ut eam
quod pilato inter cristi dissuadendo
mandat. nichil tibi et iusto illi.
multa enim hoc per visum passa sum pro eo.
Hec pe. Inde quod cristus murmurabant discipuli inirabantur
sui c. quod solus cum muliere loquebatur. quia
ego miror si homines istius mundi alium instinc-
tum iudicent similiter si cum suis societas
mulierum frequentant. Hec magister Gen. 2
Quia muliere formata costa fuit as-
sumpta de viro. Quia qualis sunt re-
stitues certe sicut ibi dicitur. Deus reple-
uit quod eā carnē in signū quod quamvis
hos sunt mulieri familiaris spiritualiter
eā ad bonos mores commoneat et ad
vite rectitudinē quod est quod solidum os
protare nichil ab ea necessaria rapiet
nisi carnē i. carnales affectiones. Et
sic ille bonus Joseph allectus et in-
vitatus ab uxore domini sui pallium
relinquens et fugit Gen. 39. De ista
fuga loquitur Aug. de cohitacione clericorum
et mulierum. Contra libidinem inquit inimicum for-
titer est castitatis cum nō solum assistens
sed dimisso sinus longius fugiendum.
Nec eo minus cavende sunt quod religiose
sunt videntur. quod quanto religiosiores tanto
citius alliciunt et sub pretextu pietatis
latet libidinis viscus. Expertus loque-
re dicit Aug. Episcopus loquitur coram deo non
mencior cedros libani duces gregum
sub hac peste cecidisse reperi. De quorum
casu nō magis suspicabar quam de Ambrosio
sancto vel Jeronimo. Hec Aug. Deceptor Ambrosi-
i. de officiis feminas cum clericis nullo
pacto cohabitare permittit. Conversacio ia-
nua dyaboli. via iniquitatis scorpionis
percussio nocivum genus est femina. Cu-
ius proximat similiter et ignis incendit
Hec ille. Item cum ledit mulier scilicet
voce: Vox enim mulieris frigit sicut na-
visu: vilem enim suavitate male
tactu: percussa tamen. Unde Aug.

De singularitate ciuium et quia mulier
nunc vrsu dissolutus nunc blandi
cias exhibet et quia est venenosius quam
cuncta pestilentie delectacio omnibus tactui tol
lerabilius est audire basiliscum sibilan-
tem visu ledit si videatur Unde prouer
bium dicit et merito femina facit, sed fere
rex est tactum magis nocet Unde
augustinus li. 1 soliloquiorum Nichil magis sen-
cio quod magis ex parte animum virile
deiciat quam blandimenta femine cor
porum quod tactus Joh. xx Noli me
tangere dixit cristus marie mag
dalene cum sola esset Et ideo Thymo
th. Tu vero homo dei hec fuge. 2o
demum carnalem fuge voluptatem
sicut plurimum inundacione fugiunt
aquarum inundaciones ascendunt
montana. Moraliter locus montanus
est status sancte religionis ad quem fu-
gere debent qui carnis delicias
vincere voluit sicut fecit Propterea istius
loth cui dicebatur nec stes in omni
loco circa regionem sed in monte sal
uum te fac. Omnis status mundus est
quasi circa regionem sui voluptates Ergo solum
modo est locus secretus. Luc. 21. qui in
iudea sunt fugiant ad montes Unde
a nequitate confessio et signat vadam
primam veteris vite carnalis quam
quicumque fugere voluit ad montem reli-
gionis accedat qui non multo solli
citudo dicat propter mutabilem accedenciam
In psalmo ecce elongaui fugiens et man-
si in solitudine etc. lectio 128

Sapienciam enim preterientes
non tantum in hoc lapsi sunt
ut ignorarent bona sed et
insipiencie sue reliquerunt hominibus
memoriam ut in hiis que peccauerunt
nec latere potuissent. Sapiencia autem
hos qui se obseruant a doloribus
liberabit. Postquam actum est de libera-
cione ipsius loth a zodomitis sub
iungit hic in ista littera quandam sequelam

de communi ista punicione. Et circa hec
duo sunt primo ostendit quod sapiencia rigi-
de dampnat malos. 2o quod misericor-
diter saluat bonos. Circa primum est ad-
uertendum quod secundum philosophum 7 ethicorum intem-
peratus differt ab incontinente in hoc
quod incontinens peccat ex passione sed
et cito penitet. Intemperatus autem pec-
cat ex certa malicia et ex corrupta
electione et ideo non penitet sed insa-
nabilis. Hec est vox insanabilis ma-
la enim consuetudo delectabilis effi-
citur peccandi corrumpit iudicium racio-
nis in homine ita quod homo iudicat id quod est
vicium esse faciendum et licitum et non
esse peccatum. Et talis apud philosophum vo-
catur intemperatus. Incontinens non dicitur
qui tamen iudicat esse vicium id quod
facit tamen propter passionem alienatur a
iudicio et operatur secundum passionem. Et ideo
passione cessante penitet de facto.
Sed intemperatus iudicat id quod est vicium
esse faciendum et ideo post factum
non penitet propter habitum erroneum quem
sibi acquisiuit ex peccatis frequenter. Et
hec est cecitas mentalis et ignorancia
spiritualis quam peccatores acquirunt
sibi per consuetudinem peccandi ita quod ig-
norant quid sit bonum in genere morum et
quid malum. Et istiusmodi fuerunt de zodomi-
tis qui in illud vicium non inciderunt
ex passione sed deriuauerunt illud vicium
in consuetudinem publicam et vulgarem
licenciam ita quod apud eos fiebat licite
et impune. Unde ita ignorantes facti
sunt ex consuetudine malicie quod vi-
ciosissimum iudicauerunt bonum. Unde
quantum ad hoc dicit de eis sic Sapienciam
enim id est cultum et timorem dei pretereun-
tes id est in deliciis gula et luxuria quam
tamen diuabantur in eis lapsi sunt ad in-
dicem rei veritatis quia homo naturaliter sit
dispositus illis quod est contra naturam ab eis
quod est secundum naturam in tantam ignoranciam

Mulier tactu ledit voce visu et tactu

Non bona differencia inter incontinentem et intemperatum

ut nesciant bona .i. que dicuntur bona
et commendabilia in genere moris et sic
fuit pena corruptionis mentalis et in-
terior. Sed utraque nociua et dampnosa. Sed
non tamen sic utraque fuit eis inflicta pe-
na corporalis exterior publica et famo-
sa. et ideo subdit Non tamen in hoc lap-
si sunt ut ignorarent bona sed et ipsi-
us sui memoriam reliquerunt hominibus in corruptionem
ut nullomodo laterent in illis vilitatibus
que fecerunt. Sed honores qui fuerunt corum
pueri a consultibus sic conueniunt. et sic sa-
pientia iuste et rigide dampnat malos
sed non solum hec utraque possumus intelligere
saluat bonos. et ideo subdit Sa-
pientia autem .i. debitum auxilium dei li-
berabit a doloribus quicumque sunt .i. illum auxilium
obseruat et secundum illud viuat. vel qui se ip-
sos obseruat ab actionibus vel campos
peccati dei. sicut liberauit loth scilicet a subuer-
sione zodomorum. De hac sapientia legitur
2 Pe. 2. Ciuitates inquit zodomorum
et gomorreorum in cinerem redigens euer-
sione dampnauit exemplum eorum qui impie
acturi sunt ponens et iustum loth
oppressum a nephandorum iniuria et lux-
uria conuersacione eripuit. Hominis in precibus
flagiciosa libidine puerum in neone
quiuisse sicut scribit de eo boecius de vi-
ta xii cesarum. Unde et quendam puerum
sporum nomine castrauit et in ciui feri-
nos texit et sollempnissimis nupciarum
officiis in uxorem duxit. De quo quidam
ludendo aptissime dixit. apte quod hac uti-
tate hoc ipsi. Quia bene inquit actum
fuisset cum rebus humanis si pater eius
dominus talem habuisset uxorem. Con-
tra hoc vicium fecit librum de conplanctu nature
alanus magnus metricus et prosa composuit
auctore. Dicit hoc quod sapientia a doloribus libera-
bit. Ubi nota quod sapientia que est cristus ho-
mines liberat corporaliter liberat etiam Sicut
medicus egrotantes et a morbis oppressos
Sicut liberat princeps inimicitiis et incar-

ceris obsessos. Sicut liberat iudex alle-
gantes se iniuste oppressos. Primo ergo liberat nos
sicut medicus liberat egrotantes et a morbis
oppressos. Bonus medicus non statim subito cu-
rat hominem in toto in sua infirmitate in
magna sed paulatine iuuat naturam per
medicinam ut quasi sic adiuta porrigat
se ipsam fortiorem et puriorem finaliter
conualescat et licet infirmus ingemiscat et
ploret ut cito liberetur medicus tamen pru-
denter expectat et paciens operatur et est
melius quod infirmus cognoscere intelligat
Sic dominus nos infirmitatis aqua cristus uel
nos saluare in peccatum nostrum petitionem
psalmiste. Ego dixi domine miserere mei sana a-
nimam meam quia peccaui tibi. Sic infirmitatem continuam a-
nima per deformitatem et corrupcionem generalem
originalem que in corpore nostro manet sed inclu-
nans ad peccatum quia languor nature vo-
catur ab augustino qui in hac vita mi-
nui potest extingui non potest. Nam medicus
noster noluit nos curare subito sed per mo-
ra temporis et ideo reliquit nobis electua-
ria unctiones et cibaria collativa
sanitatis .i. sacramenta ecclesie baptismum eukaristiam
penitenciam etc. Sed post hoc curabimur in resurrec-
tione corporum generali cessante omni infirmitate
et ad peccandum promptitudine et ideo in pre-
senti vita quasi infirmi sumus dicentes psalmista
miserere mei deus quoniam infirmus sum sana me.
Dilacionem vero istius sanitatis moleste quam-
damodo ferunt sancti quorum est cum affectione
tomodi. Unde dicit apostolus Ro. 7. Infe-
lix ego homo quis me liberabit de cor-
pore mortis huius. Sed consolacio sequitur
statim Ro. 8. dum dicitur. In breui ipsa creatura
sanitatem perfectam licet nunc ingemiscat
expectans. Ipsa inquit creatura liberabitur
a seruitute corrupcionis in li-
bertatem glorie filiorum dei quod erit quando
natura humana perfecte glorificabitur tunc erit
sanata ab omni infirmitate peccati. Job 5
In sex tribulacionibus liberabit te. et in

Quare bonus medicus non statim debet curare

septa non tanget te malum. Secundo libera-
bit cristus sicut liberat princeps milites
suos in castris obsessos. Narrat
Sextus Julius li. 3. c. 6. de quodam prin-
cipe nomine Cleomine cuius complures tan-
dem civitate claudebantur obsessos de
civitate propter suos consulere quid eis utilius
expediret cum aliter eis litteras non pos-
set transmittere ordinavit quod unus de
militibus suis de quo satis confidebat
ad obsidionem facientibus fortiter
quasi eos adiuvans insultum preberet
ordinavit quod cum una tela mit-
teret in illa quam ordinaverat. tradidit
ergo tela lanceas et sagittas in quibus
artificialiter scripserat: Confortami-
ni et estote fideles. ego Cleomines
obsidionem a vobis venio totaliter
removere. Iste ergo miles quasi hostis
et inimicus civitatis ad obsidionem
accessit cum civitatem obsidentibus
expugnantibus se immiscuit et tela
sua predicta non sicut ceteri ultra muros
iecit quibus inspectis et lectis illi
qui civitatem defendebant plurimum
confortati hostibus restiterunt et ci-
vitatem diu sic servaverunt. Moraliter
princeps iste est cristus. civitas nostra
ecclesia militans in qua sumus. hec civitas
est obsessa per circuitum a demonibus et ma-
lis hominibus. quia adversarius noster tamquam
dyabolus et leo rugiens 1 Pet. 5. Et
in circuitu impii ambulant. in ps. princeps
noster volens nos liberare
et confortare remittit nobis milites
cum lanceis sagittis et telis. hec est
prelati vel predicatores ubi dei lingua
sunt sagitte potentis acute. Iste acce-
dens videtur frequenter esse non adiu-
tor sed adversarius cupiditatem obiur-
gat reprehendit et increpat contra
militantem et eius vitia destruit
dominat. Unde iste est realiter ...

sed apparent adversarius. De quo ait ... Es-
to consentiens cito adversario tuo dum es
cum eo in via. Videas ergo diligenter quod
in telis suis increpacionum sicut misso-
rum et inimicos quod missi sunt de princi-
pe tuo cristo non ad te finaliter expug-
nandum sed ad te de obsidione pro-
deter liberandum. Eccl. 9. civitas par-
va et pauca in ea viri. Venit contra
eam rex magnus et vallavit eam ex-
truxitque municiones per gyrum et per-
fecta est obsidio. Inventusque est in ea vir
pauper et sapiens et liberavit ur-
bem per sapientiam suam. Tercio liberat cris-
tus sicut liberat iudex allegatos sed in-
iuste oppressos. Dyabolus cum homines se comp-
erit et induxerat ad peccandum et
ideo sub servitute dyaboli homo fuit dete-
tus iuste quantum quoad commissum fuit ex parte
hominis sed iniuste a parte dyaboli. Sicut de-
clarat Anselmus li. Cur deus homo c. 1. Homo
igitur meruerat ut puniretur nec ab
illo convenientius quam ab illo cui consen-
serat ut peccaret. Dyabolus non immeritum
erat ut puniret unus tamen hoc dyabolus
faciebat iniustus quia non ad hoc amore
iusticie trahebatur sed instinctu malicie
impellebatur. Et ideo secundum iustum fuit
ex parte hominis quod ipse a dyabolo puniretur
sed non fuit iustum a parte dyaboli ut ipse
hominem puniret. ab ista iniusta servitute
liberavit nos cristus sua morte quia
ipse solus hoc facere potuit. Iaco. 4.
Unus est enim legislator et iudex qui
potest perdere et liberare. liberavit enim eo
modo quo narrat Augustinus 18 de civitate dei
c. 9 et 19 et Valerius li. 7 c. 2 de Co-
dro rege Atheniensium quod cum regio
sua et civitas ingenti hostium bello
debellicata esset, hinc auxilium diff-
fidencia ad oraculum Apollinis confu-
git ac per legatos sciscitatus est quo-
modo tam grave bellum discuti posset. Re...

appollo respondit ei fore cum ipse hosti-
mani occidisset vel occubuisset quod cum
ad hostium castra pervenisset ordina-
verunt quod nullomodo regem athenensium
occiderent videns sic codrus quod civitas
sua nullomodo pacem habere posset nisi ipse
manu hostili occumberet deposuit regalia
insignia et habitu pauperis induit et hos-
tium castra ingressus est ubi quedam ad
pugnam provocans interfectus occubuit
sicque patriam liberavit iuxta quod apud quos-
dam deos computatus est Applicacio placet
quod cristus est rex celestis milicie
adversarii sunt civitatis dyabolus cum demoni-
bus et malis hominibus conggregatum pro-
pheticum cum sunt et a deo preordi-
natum quod ecclesia vel eciam de gente humana
alter non posset habere pacem nisi rex eorum mori-
retur Cristus igitur filius dei hoc vi-
dens cum in forma dei esset exina-
nivit semetipsum formam servi accipi-
ens in se hoc fecit et hic invenit ut homo
humiliavit se factus obediens usque ad mortem mortem
autem crucis et sic nos a servitute dyaboli
recepit liberatos Galat 4 itaque non sumus
ancille filii sed libere qua libertate nos
cristus liberavit Fuerunt enim isti zo-
domite illa per incentiva libidinis
que computat helynandus in duobus versi-
bus ita dicens Ocia segnicies sompnus
cura femina vinum prosperitas luxus
carmina forma puer Vnde est prima
quam ponit ovidius de remediis amoris
Ocia si tollas periere libidinis arcus
Segnicies vel desidia et pigricia
ponit idem de remediis Queritur egistus
quare sit factus adulter In promptu
causa est desidiosus erat Sompnus ex-
cessivus nutrit carnalia vicia vnde
Catho plus vigila semper nec sompno de-
ditus esto Vana diuturna deus vicious
alimenta ministrat Caro eius carni-
vi carne fiat peculantes femina
vel consorcium feminarum Num 21 Vnum femi-
nas reservastis nonne iste sunt que

decepuerunt filios israel Vinum quod luxuriosa
sa res est vinum et tumultuosa ebrietas
proverbiorum 20 prosperitas exemplum de david qui quam-
diu fuit in bellis fatigatus castus erat quam-
diu in pace et prosperitate incidit in adul-
terium 2 regum 11 luxuriant cum ac plurimis
perditus nec spirituale est equa comoda mente
sequi 2o de arte alliciques dissolvit et
ludus ineptis solidus vnde pergnatus
zara dixit cum ludentibus misceri me
Thob 3 Carmina vel armonia dissolu-
ta et lasciva Consimiliter quam notat Boecius in
prologo de musica Forma vel pulchritu-
do et ideo fallax gracia et vana est pul-
critudo 31 Vnde eciam dicit helynandus puer
cum idest fuerat etas in puero quod sexus
in muliere etc Lectio 129

Hec autem profugum me fratris
iustum deduxit per vias rec-
tas et ostendit illi regnum
dei et dedit illi sciam sanctorum
honestavit illum in laboribus et com-
plevit labores illius in fraude cir-
cumvenientium illi affuit et honesta-
vit illum Declarativum nobili et utili
gubernacione sapiencie circa quatuor personas
spectabiles videlicet adam noe abraham
et loth In hac parte quartam personam commen-
dat dictivam videlicet Iacob quem deus in ab-
vinculis protexit et direxit vnde no-
tandum quod sicut narrat historia Gen 20 et
24 ysaac patriarcha duos filios habuit
esaw et iacob gemellos quorum cum ado-
levissent esaw invidit iacob et mini-
as mortis ei intentavit Iacob igitur de
consilio matris sue rebecce fugit de ber-
sebee per chanaan in mesopotamiam ad
laban avunculum suum fratrem matris sue
In hoc itinere dormiens super lapidem
vidit scalam erectam ad celum et ange-
los ascendentes et descendentes per eam
et dominum innixum scale et dicentem tibi
terram hanc dabo et semini tuo Veni-
ens igitur ad laban gratanter receptus est

uenit cum eo quod pasceret greges suum et
capreas suas per septem annos tali pac
to quod daret ei Rachel filiam suam in
uxorem. Septem completis dedit ei
laban de nocte lyam filiam seniorem
et in crastinus excusauit quod non
erat consuetudo illius regionis primo
dare ad nuptias minorem. transactis autem
septem diebus recepit rachel secun
dum et seruiuit eis septem annos a
lios ita quod xiiii annis seruiuit pro la
ban pro filiabus suis. duabus susceptis
accepit licenciam sua uolunt ad pa
triam suam redisse. rogauit ergo cum la
ban quod adhuc alios septem annis ser
uiret. Iacob uidit quod liberasset eum
pacto. separa inquit uniuersos greges
tuos in duas partes ponas quod omnes
unius coloris in una parte tam in ouibus
quam in capris et trades illa partem in
ad custodiendum. uniuersa ergo pecora
sunt in uelleris et maculosi coloris
tradas filiis tuis. et ponas mar
nos sibarum item cum diebus. quos
fetus pecorum pro mercede quod quam nascentur
fuit uarii coloris. quod quam unius coloris
inuenerit. Istud pactum laban uehe
menter approbauit cogitans quod uel
pauce fierent uellera uaria cum toti
grex esset unius coloris. Isto pacto
firmato iacob uisus in ipsa sibi aliter
solebant oues ad aquam in cana
libus. accepit ergo Iacob uirgas amig
dalinas et platanias et eas ex
parte decorticauit et ex parte uiri
des dimisit et posuit in canalibus
ut oues que accedebant uiderent
umbras ipsarum uirgarum in aqua. et ex
imaginacione ipsius uarietatis colorum
conciperent fetus uarios et maculosos
in uelleribus habent enim uis imagina
tiua magnum effectum circa prolis pro
ductionem. Unde cum quedam matrona

peperisset ethiopem accusata est ut adul
tera et iudicata fuisset pro rea nisi ca
ndulianus defendisset ostendens ethio
pem in camera depictum in qua matrona
conceperat. Ut narrat ieronimus. Et consimi
casus de ypocrate narratur. Accidit
enim quamdam matronam pulcherrimam pu
erum uelut penitus dissimilem et toti
generi et accusata est ut adultera et pro rea
punita fuisset nisi ypocras causam red
didisset. quia pictura quedam in cubicu
lo in quo conceperat extitisset filio suo
simima. Consimile narrat augustinus reffert
et Gregorius. et contra Iulianum li. v de quodam
rege cipro uultu deformi qui pulchras
imagines in cubiculo suo fecit depin
gi ut eius per modum illum pulchri filii
nascerentur. Hac igitur cautela usus
iacob fecit meliores maculosi uelleris
et peiores et pauciores fecit unius
coloris. Quo uiso laban mutauit
mercedem et uoluit quod essent sui
fetus uarii coloris et iacob fetus
unius coloris. Iacob autem amouit uir
gas quando accedebant meliores oues
et posuit eas in admissura tardi
ori que peior erat. Sic laban frequenter
mutauit pactum et semper habuit peiorem
partem. Sic exposuit dicta ad intellectum
littere. ¶ Quibus quidem uisis sequitur quod iacob
in eundo ad laban et in morando cum
eo. et tandem redeundo ab eo gra
cie semper diuinus fuit sapiencia guber
natus. Et sic in ista tercia littera diuiditur
in tres partes. Nam primo narratur quo
sapientia direxit iacob de patria fugi
gentem. 2o quo eum inseruiuit famu
lantem et seruientem. 3o quo eum reduxit
ipsius suam patriam uenientem. Prima pars in
honestat illum. 2a ibi Custodiuit eum
Tercia ibi Hec profugum iratus fratris reduxit. De prima
dicitur ipsum. i. iacob profugum
ire fratris. i. profugum et fugientem

exemplar iacob seruiuit laban pro duabus filiabus
Uis imaginatiua habet magnum effectum circa prolis productionem

ab ira fris .i. ab esau fre suo iusto
devouit terra p vias suas de ber
sabee i chanaan et inde i meso-
potamia Sirie ad laban auuncu-
lu suu et i isto itinere ostendit illi
regnu dei i visione angelorum asce-
dencium et descendencium p scala erec-
ta a terra i celum Gen 28 et dedit
illi sciam scorum que sca scorum e scie
qui sunt i medio nacionis puerse bn
et virtuose et dedit illi sciam
que e sca scorum Sap 10 p nacones
i arab scrib se tulissent arcas dei
et sciam consituit Evigilans cum
de sompno suo scificauit de lege
de templo de passione que i terra illa
fienda erant dicens Terribilis e locus
iste vere dns e i loco isto et ego
nesciebam non e aliud ii domus dei
et porta celi Gen 28 Terribilis .i.
fuit lex domus dei templum passio
cristi apuas pat celi Sic igitur di
rexit eu itinere fugiente Et ultra
cu venisset ad laban cui 28 an
nis seruiuit mostens cu scripa du
plex .i. qualiter se huerit duas
2o quo laban et filiorum suorum vita-
ret fraudulencias Primo ad primum
honestauit illu i labore .i. ditauit
eu p labores fideles quos sustinuit
seruiendo laban 28 annis Gen 31
Die noctuque estu vrebat et gelu
fugiebatque sompnus abs et ab ocul
mis Istu modu loquendi de honestate
hic scriptura Eccli 11 Facile e i oc
culis dni subito honestare paupem
Et cpplet la illius dando s' psene-
rancia et pacia et mercede condig
na Gen 31 Dilatatus e homo ultra mo-
du Secundo de circumuencionem astut
illi et hoc .i. ii docuit eu obuiare
fraudulencis et falsitatibus illius
laban qui mitebatur diminuere mer

cede sua p mutacionem pacti sui tri-
buendo s' fetus vnius coloris nunc dupl
coloris ut s' dictu e Gen 31 Dixit Ja
cob vxoribus suis pr vr circumuenit me
et mutauit pactum meum decem vicibus .i.
multocies et tamen non pmisit eu deus
ut noceret mihi Et honestu fecit illu .i.
diuite fecit suis e oposito e de iusti
cia inorigatur ad alios cum eis malos
1 Thess 4 honeste ambulet ad eos
qui foris sunt Est aut moraliter circa
istam historiam q isti duo gemini esaw
et iacob designant carnem et spm E-
saw pilosus figurat carnem q plena
e superfluis desideriis pilosus cum de
sideria terrena designat In omibus signi
ficio sunt pilos rasos i sumitate capitis
et circum i circuitu ad signum q
nos desideriu terrenum debet mediare
mens mente corde et desideria nec descendent
forte affectiones nimias ad corpus
sunt unde cu sius missis ad corpus ab
scindunt Esaw igitur pilosus e caro
Jacob lenis spm significat Gal 4
Vos q spuales estis hoc istruite i spu
lenitatis Isti duo incipiunt pugnare
in utero matris et postea esaw cu
fuus esset adolescens psecutus e fratrem
et imitauit s' morte et ete adul-
tera i utero matris caro insurgit spm
p pecctm originale supius Ecce et iniq-
uitatibus conceptus sum et quando postea caro
concupiscit aduersus spm et spus aduersus
carnem sicut eum s' dicit aduersus Gal
Esaw e senior et iacob iunior
qz ad longum primus concipitur caro et post
ea animatur spm Et spm dicit 16
de cetibus cumbris i matre sua vivit
vita aialis qui vita homo 1 Cor 15
non prius quod spuale sz pri quod aiale de-
inde quod spuale Et sap 10 Innuct
inuio mee figuratus sum caro iste tm

Qualiter esau et iacob designant carnem et spm

senior debet semper iuniori i. cedo spi-
rui ut actibus hominis non cedo sed
semper ducetur. Gal. v. Spiritu ambula-
te et desideria carnis non perficietis.
Dicitur quod in sacris scripturis Esau prior fuit Jacob in
hoc quod cum preliabatur quia sic fuit de oc-
casione nati et patrie et in genere suo.
Et istorum rebellio carnis contra spiritum
impetu suo quo semper perficiat et sti-
mulat ad peccata et reportat victori-
am. Jacob igitur non semper sub fratris
sui persecucione afflictus fugit de
in mesopotamiam. Mesopotamia
interpretatur elevacio eius sive vocatio
vocationis et signat celestem patriam
ad quam elevabitur et ad quam voca-
ti sumus. Quod iste figura Jacob po-
stea itinere dormit quia semper a strepi-
tu mundi subtrahit se et in stu-
diis et contemplacionibus congessit.
Capiti supponit petram quia fundatur
totius vite sue cristum facit. j. Cor.
x. Petra autem erat cristus. Et j. Cor.
iii. Fundamentum aliud nemo potest ponere
preter id quod positum est quod est cristus. Dormi-
endo ergo in sua contemplacione semper
la vidit scalam erectam ad celum. Ista
scala est penitentia que stat in terra quia in hac
vita incipit et attingit ad celum
quia facit hominem in vita ad celum appro-
pinquare. Mt. iii. Penitentiam agite appro-
pinquabit enim regnum celorum. Ista sca-
la habet septem gradus per quos ascendere
convenit. Contricionem, confessionem que sunt
partes satisfactionis, orationes, ieiunia,
vigilias et elemosinas. Ista signantur
per septem gradus quibus ascendebatur ad
solium Salomonis ii. Par. ix. Duo la-
tera istius scale sunt spes et timor.
Debet enim timere non presumere. Et ne
desperaciatur peccatorum noli esse sine
metu. Debet enim sperare non desperare
et sic inter spem et timorem quasi
inter duo latera penitentialis scale debet
ascendere quia per spem sine timore quasi.
Si timor est sine spe tunc desperacio ledit. Et
si spes timeat sine scala presumpcio fiet.
Sic timor sine spe nec valet absque
timore. Sic spes timor nec spes valet
absque timore. Angeli ascendentes et
descendentes sunt cogitaciones quibus
interdum recogitamus gaudia paradisi
et tunc ascendunt. Luc. xii. Cogitaciones
ascendunt in cor. Et aliquando miserias huius
vite primo et penas inferni ad pecca-
torem et tunc cogitaciones descen-
dunt. In psalmo: Ascendunt usque ad celos
et descendunt usque ad abissos. Huius
scale deus est innixus quia penitentes
expectat et vocat dicens: Venite ad me
omnes qui laboratis et onerati estis
et ego reficiam vos. Mt. xi. Anima
non devota que sic dormit cum Jacob
audit deum dicentem: Terram in qua
dormis dabo tibi et semini tuo i. terram
viventium que est patria celestis in qua
nunc dormit sicut peregrinus per contemplationem
dabo tibi postea ut quiescas in eam
sempiterna possessionem. In psalmo: Credo
videre bona domini in terra viventium etc.
Jtem notandum quod Laban cum Jacob servi-
vit duas filias habuit Lyam et
Rachel. Lya lippis erat oculis. Ra-
chel decora venustaque aspectu. Servivit
autem Jacob pro Rachel septem annis et
tamen postea habuit in nocte prima accipere Lyam
antequam haberet Rachel, eo quod non esset
consuetudinis in patria illa prius tradere
iuniores ad nuptias. Sic modo autem
pater noster cui servimus duas filias habet
i. duas vitas presentem et futuram. Prius
est Lya lippis oculis, nec mirum quia
manet in hac lacrimarum valle ple-
na miseriis et afflictionibus. Futura
vero est quasi Rachel decora amabilis
et plena deliciis. Tren. ii. Urbs
perfecti decoris gaudium universe terre.
Sed istam filiam oportet nos semper septem

Scala que apparet penitentia in hac vita etc.

Due filie Laban designant duas vitas

amis .i. uniusa pbate Reptendius
eius ius uniusitatis e Sz tn qtin
git debonis ff et fecer q fuiert
deo diu et vellent libertre scti
rachel q sine maiori difficultate
ire ad celu Sz ete tradit eis lya
q deus sic ordinat q exponentur
uite actiue forte i scti placere q
fruit affliccionibq psalute ppi
moru Et si querat a cristo quare
Rndet q no e gsuetudinis ccis
pre iuniore filia .i. btitudinem
pulchra et decora dare an labo
re punis uite Et io pus oportz
accipe lyam ut postea habeamq rachi
elem decora Sic eni dat deus
coena p aime solem gaudiu p luctu
palla f s m yso Lectio 130

Custodiuit illu ab inimi
cis et seductoribus tuta
uit illu et certame forte
dedit illi ut uincet et sciet qm
potencior e sapia postq declara
tu e qnd omi sapia que e vera
dei cultus libauit jacob i fugiedo
fris sui odiu inconsiledo duplex
giugiu et i cohibedo laban labo
riosu fuiciu q orna fet ptim
ipus laban itineando et ptim
cu eo morando Hic gseqr ostedit
qno sapia eude jacob gubernat
adptes suas reprimando Habuit
eni jacob frem sui psecutorem
auunculu sui seductore et anglm
sui collucatatore Et ab i sis tribq
sapia eu custodiuit sit q expe
diuit Nam gmanu sui reconci
liauit auunculu rone placauit
et ab anglo bndictom impetrauit
Unde e qo q iacob reprimando cu
uxoribq liberis genibq et armetis
tres supauit difficultates Prima fuit
q cu fugeret clancule a laban cu
omibq q acqsierat sibi eiq seruiedo
laban indignatq q sic acceptali
tera et insalutato hospite recessis
set cu gnibq et filiabq suis insecutq
e eu cu magna comitiua Sicut nar
ratr gen 31 et septio die eu attigit
cui nocte pcedi dus apparuit et dixit
Caue ne quidq loquaris aspe contr
jacob qua iu pacone laban crep
tus nichil ni rronale jacob dixit et
ibi finalr pactu fecerunt et cumu
lu erexerunt q neiut uniusq i pos
teru con aliu transire licet Sca dif
ficultas fuit q habuit reprimando
de fre suo que audiuit q velle oc
cidere eu cu 400 viris et cum hie timo
re deus eu ante gfortaueat ostedens
deus q multitudine anglorz Gen
32 In loco q dr manaym .i. castra
que locu sic vocauit q vidit ibi an
gelos dei de quibq ait castra dei
sut hec 3a difficultas qua supauit
reprimando fuit i lucta angeli de
qua gen 32 ubi dr q vir luctabatr
cu eo usqz mane s finalr ille vir
qui q bndixit et q cum gmarum p
ualet pcepit libacom go jacob p
sapiam describes dr sic Custo .i. ab
uq a fre cu psequte an qua fuget
a patria sua et a laban eu insequte
cu redire vellet ad patriaz sua Quu
ie gplacuerut dno uia hois inimi
cos eius qo conuertit ad pace Et a
seductoribq tu illu Hic e a fraudi
bus laban et filiorz suorz qui mora
batr i mesopotamiam Et certame
forte dedit illi ut uinceret qu cum
angelo luctabatr et victoriaz obtiu
it no p uiolencia s p deus cum angelo
uolente q dare signu q sit lucta
batr cu eo et tn habuit finalr victo
riam ita supauit adusarz a fre et
tn in fine victoria habet et sic in cop
pi m actalr dispet et sciet qm orpo

sapientia que attingit a fine usque ad
finem fortiter et disponit omnia suaviter.
Sap. 8. Custos in abs. Nota quod quamvis
omnia pro vita nostra maxime foret
utile discernere inter amicos et amicos
quia frequenter amicos credimus illos qui
sunt realiter inimici et illos inimicos
aliquociens estimamus qui nobis realiter
sunt amici. Sunt enim duo genera
hominum que apparent amici et sunt hostes
et inimici et duo genera hominum videntur
inimici et sunt amici et ita quidam rea-
liter et quidam apparenter. Quadruplices
homines inimicos vero //

blandos adula-		Primi sunt exprobran-
falsos consilia-	tores	di per constan-
detractores et persecu-		tiam, secundi sunt re-
correptores et ...		futandi per

prudenciam, tertii sunt tollerandi per paci-
alas expansas habent. Olim lauda-
bant deum soli sed modo in laudando
hominibus se associant. Olim natu-
ram quasi infimam despiciebant
modo videntes naturam in cristo co-
altatam in superiore et admiracione

Circa propitiatorio angeli fuerunt de ligno.

continebatur. Unde se mutuo respiciendo
dicitur quasi de nobilitate nature nove
specialiter admirantes. Et nota quod dicit
penitentiam agente non dicit penitentiam cogitante
que est penitentia procrastinancium. nec dicit penitentiam
docente et non faciente que est penitentia multo-
rum predicatorum. nec dicit penitentiam ostenden-
te que est penitentia ypocritarum et simulatorum
sed dicit penitentiam agente que est penitentia de-
votorum. Gaudent autem angeli de
penitentia peccatoris. Primo quia ibi vident sue
custodie commissum tam gloriosum fructum
facere. Sicut medicus gaudet cum videt
sue cure commissum reparatum et perfecte
valitudini restitutum. 2o quia videt
oppositionibus quibus suum ad implere
numerum. 3o quia vident ad laudandum
deum tale se esse consortium. Igitur per penitentiam
primam angelos letificamus. 3o re-
formamus nosmetipsos per penitentiam. Sicut
enim docet boecius 4 de consolatione. Secundum va-
ria vicia quibus indulget in naturam
bestiarum transformatur. Sicut inquietus
in lingwa comparatur cani. Insidiator
callidus vulpi. accidiosus asino. per
superbiam leoni. per luxuriam porco. per
gula urso. per avariciam lupo. per invidi-
am draconi assimilatur. Et sic de a-
liis. Ratio huius est quia anima hominis est sicut
cera mollis. cera enim calefacta
id est mollificata recipit effigiem illius
rei cui applicatur. Unde si applicetur
sigillo cui impressa est figura leonis
induet cera effigiem leonis. Si appli-
cetur sigillo cui insculpta est figura
lupi vel vulpis cera consimilem induet
figuram. Sic animus anima rerum quibus se
per amorem applicat effigiem induit
et in illas se transfert. Unde hugo
de arra anime ait. Scio o anima mea quod vis amoris ut
talem te esse necesse sit quale est illud
quod amas et per affectum conjungeris

per penitentiam nostram angelos letificamus

in ipsius similitudine dilectionis socie-
tate transformes. Figura ad hoc Dan.
4. Rex Nabuchodonosor propter culpam suam
ab hominibus est eiectus et fenum ut
bos comedit sed postea recepit ut
penitens quod amisit. Ex nomine quod
prima hominis reformatio tres debet
habere conditiones. Nam quidem conditio-
nes per tres litteras
Integri / Taciturni / Diutini — talem
huius dictionis ho-
mo notantur. Prima est
littera h aspirationis non sonans
per se cum o. Significatur integritas
penitentie. Integrum enim est quod plenum est
et circularis linea perfectissima et
plenissima et est circulus inter figuras
superficiales perfectissima est quod non est
possibile quod addatur in linea circu-
lari. Omnis enim differentia decentior. Et ideo
penitentia debet esse perfecta ut omnes potentie
puniantur sicut eiusdem peccaverunt: lingua
pro vaniloquio orationibus, pedes pe-
regrinationibus, venter ieiuniis. Per
2am litteram que est m designatur taci-
turnitas que ad penitentiam requiritur ne
fiat pompa vel ostentatio. Et bene
m significat taciturnitatem quia illa sola
inter litteras profertur labiis clausis
et labiis ipsis imprimitur. 3a littera
est o et significat diuturnitatem sive perma-
nentem perseverantiam quia in alphabeto greco
ultima littera est o. Penitentia autem si perfecta
est usque ad finem esse debet et talis
hominem reformat de bestiali natura
ad humanam. Non tamen sine aspiratione
non quia nisi spiritus sancti gratia preveniens benig-
nitate hominem moneat salubrem
penitentiam non attemptat. Ro. 2. Ignoras
quoniam benignitas dei ad penitentiam te du-
cit. Ex emolimentum penitentie est quod
per eam demones confutantur vehe-
menter confunduntur quando cor penitentis
conspiciunt quando cor eradiant carcerem
et a suis principibus demones affligantur.
Sicut custos carceris de evasione
latronis punitur valde. Ideo angeli letantur in
videntes cum vident nos eis per suos peccatores
deformatos per penitentiam iterum per sacramentum
penitentie restitutos quod illorum eis conce-
ditur. Unde de hominibus sicut dicit
Petrus 2. Pe. 3. Non tardat dominus pro-
missis sed patienter agit propter nos nolens
aliquem perire sed ad penitentiam omnes reverti.
Penitentiam ergo et quietem ut delectatur in pena.

Cum ergo sis iustus **lectio 129**
iustus domine iuste disponis
ipsum quoque qui non debet puniri
condempnas et cetera. Exterum estimas
a tua virtute. Virtus enim tua iustitie
initium est et ob hoc quod dominus omnium es
omnibus te parcere facis. Postquam declarata
est divina pietas in remotione malorum
iustitia postea concluditur eius equitas in gu-
bernatione universorum. Et circa hoc duo
facit quia primo premittitur quod 2o ratio sub-
ditur quoniam subdicas 2a pars ibi ipsum quoque.
Conclusio est ista quod cum deus sit ius-
tus iuste omnia disponit. Illa quod
probatur sic. Omnis homo habens iustum li-
beri arbitrii vel est peccator vel iustus.
Si est peccator tu cum eum prius admones
et alloqueris sicut superius dictum et si
velit conversionem recipere eum admittis.
Sin autem iuste repellis. Si est iustus
hoc non est nisi per gratiam tuam quia nullus potest
iustus fieri nisi te vocante et in-
cipiente bonum motum in eo. Ergo iuste
sive bonos sive malos disponis. Et
si queratur unde est quod tu omnes ita
clementer disponis. Et hoc est tua gratia
omnipotentia quia causas conservas et
administras si nolimus universa. Dicit
ergo sic. Cum igitur sis iustus sit quod non
possis esse iniustus quia quodque vis fieri
iustum est fieri iuste omnia disponis.

in pro. Iustus dominus et iustitias dilexit
id est penitentia quoque cum nos vel punit. i. ad-
versis interdum flagellat. vel dispen-
nas i. spectum et externum. i. comunem
existimas a tua iustitia quia est ima-
tua. quia iam est sicut videtis dei. Deus
omnium quoniam est misericordia. Et qui possit ad
credere quod soli peccatores ira dei et
digent et vocitur ira dei sibi dicit
quod est iusta gratia et ira sua egent.
Unus omnium tua. i. gratia iuste clama-
quod in gratia premittet hominibus salute. sal-
te natura et caritate hominibus iustis esse
non potest. Rom. 8. Iustificati gratis per gratiam
ipsius etc. et ad Titum 3. Non ex operibus
iustitie que fecimus nos sed secundum suam misericordiam sal-
vos fecit. Ex quo unde sicut ordinatur ira
est ex potentia. Unde dicit littera. Et
obliti quod dominus omnium es omnibus te pre-
stans. Ubi notandum quod deus in natura
providit sic quod et clementia et po-
tentia. fortitudo et magnitudo co-
niungitur. Nam et ubi plus est fortitu-
dinis ibi est plus magnitudinis
et clementie reperitur. Patet in de leo-
ne qui est fortissima bestiarum et
est clementissima. Unde Solinus
de mirabilibus mundi. Leonum clementia
indicia multa sunt. prostratis parcit.
in viros potius quam in feminas seviunt.
infantes non nisi magna fame pe-
riunt. nec a ira separantur. Solinus
Unde metrice dicitur. Parcere prostratis
scit nobilis ira leonis. Et per oppositum
deus et debilia animalia per naturam sunt.
Unde minime canes minimi canes
sunt maxime colerici. et quanto minimus
sunt viribus eo magis latrant lat-
tibus. Ursus autem modo leonis
est iustus sic prosternentibus per primam
clementiam sic exhibet in viros po-
tius quam in feminas. Sed est in partes
ex malicia potius quam in partes ex-

passione sic vindicat et infantes i.
innocentes non nisi magna fame. i.
magno amore salutis eorum in puti
flagellat. Apoc. 3. Ego quos amo
arguo et castigo. Sic igitur principalis
deus et leo naturaliter prostratis parcit.
omnibus bona eius petenti veniam de
offensis peccatum convenit. Unde apud
gentiles sic principes informabantur
antiquitus sicut docet Virgilius 6. Eneydos
et Augustinus 1. De civitate. 7. de ani. c. 15.
Cum eneas premium suum Anchisem
per loca infernalia quesivisset et per cam-
pos elysios tandem invenisset sic a
patre suo informatus fuit quod condi-
tiones nobilitatis concederentur inter
omnes populos totius orbis. Tu regere
imperio populos romane memento. Hec
tibi erunt artes pacisque imponere
mores. parcere subiectis et debellare
superbos. De hac divina iustitia et
ira simul coniunctis loquitur Augustinus super Psal.
c. 10. Aliorum iuste punis malos.
alios iuste parcis malis. Cum igitur
punis malos iustum est quod eorum meri-
tis convenit. cum vero parcis malis
iustum est quod bonitati tue condecens
est. Ira parcendo malis iustus es
secundum te et non secundum nos. sic misericors
es secundum nos et non secundum te. quoniam sal-
vando nos quos iuste perderes. sicut
misericors es non quia tu sentias affec-
tum sed quia nos sentimus effectum. Sic iustus
es non quia reddis debitum sed quia fa-
cis quod decet te summum bonum. Sic
itaque sine repugnantia iuste punis
et iuste parcis. Sic Augustinus. Et infra
c. 11. Sic ergo nascitur de iustitia
tua ira tua. quia iustum est te sic esse
bonum ut etiam parcendo sis bonus. Et
obliti quod dominus omnium es. id est te. per. fi-
glo ut peccatores potentia tua volis nascitur
Alia ratio est quia in toto mundo non est

Ursus comparatur leoni propter clementiam

Divina iustitia iuste punit malos

res que possit ronabiliter dominus nunc-
cupari preter deum solum. quere 2397
et ibi de tribus causis. tunc quia homo
dispensator. mutuator. mendica-
tor. non potest ronabiliter dominus nuncu-
pari. et adde quod potestas in certa
dominus terrenus supra materia est quia non potest res
de tam plus per primus sibi et per quem
magis indiget servus quam primus eo ut
quiter pt ibi probatur. 2o quia nullus
dominus terrenus pt fuit proprium vel libe-
rum omnino probacio est quia ipsemet non est
liber. servit enim malis affectionibus
cupiditatibus ire et impaciencie. Unde
Seneca epistola 21. sum quotiens liberos sumus
eos ostende quamvis non pt alicui libidi-
ni aliqui avaricie aliqui ambicioni seu
timori serviunt. Primus pt docet idem
Seneca in proverbiis suis dicens ut quamvis
magis timet. quam qui subditi res nam
est qui a multis timetur multos ti-
met. Regibus peyus est multo quam
privatis nam quia ipsi singulos
illi universos timent. Vult dicere
quod una privata persona habet forte
unum quem timet et alia privata per-
sona habet quem timet. ita quod singuli
habent singulos quos dominum et prelati
timent universos. 3o potestas domini
terreni est sustinet quod non potest hoc
compellere ad eius servicium velit
nolit quia nunquam eius ad bonum serviet
invitus. Per oppositum deus est dominus
realiter quam primus suus nullo indi-
get nec per eius servicium ad se accedat
primus eorum ipse suus sius ponquam fer-
nit quod sibi custodit. Unde psalmista
Conserva me domine quoniam speravi in te. dixi
domino deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges
2o ipse sibi servientes liberos facit
primus reges. Apocalipsis 5 dignus
es domine accipere librum etc. Et infra
Redemisti nos in sanguine tuo

Nobiliter vere pt vocari dominus pt solus deus

et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes
3o non solum hos primus celestia sibi serviunt
velit nolit in celo in terra et in inferno
quia si hos obediat suis preceptis volun-
tarie et ideo servit deo ad de-
clarandum divinam misericordiam in presenti ad
tempus et in futuro per se. Si nolit di-
vinis preceptis servire voluntarie ser-
viet deo involuntarie ad declaran-
dum divinam iusticiam in presenti ad tempus et in
futuro per se. Et ideo nemo omnibus hos
servit ei vel ipsius palacio celesti vel
in suo infernali ergastulo includitur.
Et ideo dicit psalmista magnus dominus et lau-
dabilis nimis et magnitudinis eius non est finis. et item
ordinacione tua perseverat dies quia omnia serviunt
tibi. Istud satis audivit Octavianus au-
gustus prout de eo narrat Suetonius de
vita 12 cesarum. dominum se quod appellari ut
maledictum et obprobrium semper exhor-
ruit. cum spectante eo ludos pronuncia-
tum esset O dominum equum et bonum et
universi quasi de eo dictum exultantes
approbassent et statim manu vultu-
que indecoras adulaciones repressit
et sequenti die gravissimo corripuit edi-
cto. dominumque se posthac appellari ne
a liberis quidem aut nepotibus suis
vel serio vel ioco passus est etc.

Tu autem dominator Lectio 170
virtutis cum tranquillitate iu-
dicas et cum magna reve-
rencia disponis nos. subest enim
tibi cum volueris posse. docuisti autem populum
tuum per talia opera quoniam oportet iustum
esse et humanum et bone spei fe-
cisti filios tuos quoniam iudicans das
locum penitencie in peccatis. Postquam sufficien-
ter actum est de chananeorum afflictione
in parte ista de hebreorum per eadem af-
flictionem instructione. Fuit autem hec
instructio talis quod per flagellacionem

Nemo omnibus hos servit deo vel in celo vel in inferno

chananeorum potuit et debuit he
brei mari ad condescendam et spei consola
tionem Unde in hac 2a parte sunt duo puncta
Nam primo actor spei tendit ad deum e
narrat. 2o probat, 2a pars
ibi Si enim dimicant fratres Circa primum
duo facit primo narratur divina
modestia quia abstinuit dimittendo
afflictionem. 2o infertur quod bona doctri
na bonis exhibetur per malorum iustam
punitionem 2a pars ibi Docuisti autem Circa
primum primo ostendit quod deus in puniendo
duas hec nominas conditiones iudicia
punienti 2o subdit causam quare ille
conditiones deo deesse non possunt
ibi Subiectum enim est Dicit ergo quod conditio
nes necesse quas iudicia volenti
punire delinquentes sunt istorum
Mansuetudo et sedatio turba
tionis
Mora et expectatio delibera
tionis
Primo igitur requiritur in iudice ad hoc
ut recte exerceatur iustitia mansuetudo et
sedatio cuiuslibet turbationis Nam tur
bati recte iudicare non possunt Et quan
ad hoc dicit sic Tu autem dominator virtu
tis vel dator et virtutis et rector vir
tutis cum tranquillitate iudicas non ex
passione ire vel offense sine aliqua
turbatione. Ysaie 33 In vita
te cognoscet iudicium non erit tempo
ne turbulentum Veteres enim phi
losophi tam in dictis et factis studuerunt
tam vobis quam eos principes docue
runt quod nunquam turbati in reos a
nimadverterent Unde de Archita ta
rentino scribit Valerius li 4 c 1 Ta
rentinus Architas dum se preceptis
Pictagore ponitus Methaponti
imbuit magno labore multo quam
tempore solidum opus doctrine conplex
us postquam in patriam revertitur
ac iura sua revisere cepit ani
madvertit negligentia villici corrupta
et perdita intuensque male meritum
suscepisse inquit a te suppliciam ni

iratus essem Maluit enim impunitum
dimittere quam propter iram iusto gravius punire
Item ibidem de platone scribitur sic Plato
cum adversus delictum servi vehementer
exarsisset vitans neipse vindicte mo
dum dispicere non posset Speusippo ami
co castigationis modum mandavit de
forme credens existimans si commisisset ut
pare culpa sui reprehensionem et ani
madversionem servi mereretur De eodem platone
narrat Seneca li 3 de ira Cum
irasceretur servo suo iussit tunicam deponere
et scapulas prebere verberibus sua manu
ipse cesurus postquam autem intellexit se
iratum manum suspensam detinebat
sicut sustulerat et stabat percussuro similis
Interrogatus quid ab amico qui intervenerat
quid ageret Respondit exigo pe
nas ab homine iracundo Tu autem Speusip
pe servum istum verberibus obiurga Nam ego irascor magis
ne plus faciam quam oportet et libencius
faciam ne sit ille servus in eius potestate
qui in sua non est Qualis ego sum Pla
to oblitus sui quod alium quem potius casti
garet invenerat se semetipsum Et ideo
ait Seneca ibidem Nichil est licet
dum irasceris et hoc ideo quod si vis est licere
pugna tecum ipse 2o requiritur in iudi
ce ad hoc ut recte exerceatur iustitia mora
et expectatio deliberationis ut non ex im
petu vel abrupto fiat pene iudicialis
executio Et ideo historia tripartita
narratur quod beatus Ambrosius dixit The
odosio imperatori quod talem legem ediceret
ut usque 30 diebus sententia capitalis et prescrip
tionis in litteris tantum maneret Ut ro
tam iudicis apud semetipsum cogita
rat sub veritate deposita Cum enim apud
thessalonicam quidam iudicum fuisset la
pidatus indignatus Theodosius omnes
passim iussit interimi non precedente
iudicio interim quod septem milia hominum
occisi fuerunt Hanc igitur legem postea statu
ta fuit ab eo sub hac forma sic

Due nunc conditiones iudicia volenti punire

In iudice requiritur mora et expectatio deliberationis

pater gratianus valentinianus theo-
dosius augustus flamianus p[re]f[ec]to
p[re]fecto illirici si vindicari in aliquos
severius contra n[ost]ram consuetudinem pro causa
intuitu iusserimus nolumus statim
eos aut subire penam aut excipe-
re sentenciam sed per 30 dies super statu eorum sors et fortu-
na sua spectet, et in co[n]spectu p[ro]cessu reos
sane accipiat carcer atque custodia
et excubiis solertibus vigilanter obser-
vet. Unde quando expressu theodosii beatus
Ambrosius cum per octo menses ab in-
gressu ecclesie coartavit et postea
absolvit. Unde ibi
si aut exercitus deliberacionis ideo
reperitur, ubi ipse moram ut correpcio non
indigeat. Unde Gen. 18 Descendam
et videbo utrum clamorem compleverit et
quantum ad hoc subdit Et cum magna
reverencia disponis nos. Est autem
reverencia dilectio mixta cum timore
et istam primit et affligit ma-
los et iustos cum quadam expectacione
et reverencia ut interim se emendent
Consequenter secunda huius expectacionis ro
nichil enim iuste deperit per moram
sue expectacionis. Iudicium quod aput in-
ferioris exspectatur reus subterfugit in-
risdiccionem suam et hoc est quod aput dominum
potestas iudicis. Si forte se reus trans-
fert ad patriam ad quam sua iuris-
diccio mediat non extendit. Sicut
si reus in Francia transferat se in Angli-
am vel Scociam vel forte expectat donec
iudicis potestas expiret et tunc non pote-
rit eum iudicare. Dato quod vellet. Deo
neutrum istorum potest. Deus cui in
omne tempus et in omnem locum sua ex-
tendit potestas, sed nichil sue arbitrium volun-
tatis. Et hoc est quod subdit Subest enim
tibi cum voles posse. Unde Augustinus Enchiri-
dion. Omnipotentis et impossibilis
dei subiacet voluntati illius et volun-
tas nulli subditur necessitati aut impossi-

bilitati. Michil enim est necessarium aut impos-
sibile nisi quod ipse ita vult. Ipsum non aut
velle aut nolle ad quem respicit necessitatem aut
impossibilitatem alicuius est a volu[n]tate. Secunda
pars huius leccionis continet quod bona doctri-
na confertur iustis per malos iusta puni-
cionem informatur aut bonos per divi-
nas punitiones consedent de tribus quibus
deus ponit admiracionem et placatos
informatur. Primo quod non sint nimis
remissi in regendo propter nimiam displacationem
Et quantum ad hoc dicit Docuisti autem popu-
lum tuum per talia quoniam oportet iustum esse. Secundo quod
non sint nimis rigidi per tyrannicam distri-
cionem et quantum ad hoc subdit quod opor-
tet esse non solum iustum sed humanum id est racionabilem
mansuetum et compacientem. Ro. 6.
Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre.
Tertio ad informacionem est ad ostendendum quod et
est quod omnes sint longanimes per bone
spei consolacionem et quantum ad hoc subdit
Et bone spei fecisti filios tuos quoniam iu-
dicas das locum in peccatis penitencie. Dicit signanter
expositum est bone spei fecisti filios tu-
os sicut docet Augustinus in Enchiridion quod incipit ca-
pit. Unde dum mecum tractabo. Spes
humana in deum per considerationes explicite stabi-
litur. Tria igitur considero in quibus tota spes
nostra constat unde. Primus enim deus honorem

Cari- / Veri- / Potes- | tatem | adopcio- / promissio- / reddicio- | nis || mitem / monere / ad spei

confidenciam quod deus eos adoptavit
in filios et patrem eorum constituit semetipsum.
Unde Bernardus super orationem dominicam. Michi igitur
dictatur ordo omnium principium dulce nomen
primo sequencium peticionum optinendarum
pratum fiduciam et glossa super 6 super hoc verbum
Pater quia in hoc quod datur fiducia quod fi-
liis negabit quod iam dedit quod pater est.
Exemplum de filio prodigo Luce 15. Ubi filius
dimissus ad patrem rediens cum am-
plexibus et osculis, commissis et me-
lodiis a patre recipitur. Rom. 7. Secundus

Non hic quod in reverencia etc.

Tota nostra spes consistat in tribus.

et glamr in spe glie filiorum dei ¶ 2o
dicit honorem morum in spem vitalis pro-
missionis deus enim et est qui mentitus non est
qui nobis veniam pollicetur et gloriam
per totam scripturam sacram quam etiam a deo
sit quoddam obligatorium maxime securi-
tatis Ro. 15 per paciam et consolacionem
scripturarum spem habeamus In ps. memor
esto verbi tui servo tuo in quo michi spem de-
disti ¶ 3o causat in nobis spem pluralis re-
dicionis non enim impotens est sed omnipo
ad complecionem promissa et volente quo mi
sperat in eo confundit ut Eccl. 2 Respi
cietis filii naciones hominum quia nullus
speravit in domino et confusus est permansit
in mandatis eius et derelictus est Ro. 7 Spes
autem non confundit In ps. In te domine
speravi non confundar in eternum ¶ Dicit igitur spes mater

dicit anchora firmitatis — a fluctibus moveamur
mola vitalitatis — ne — indebite conteramur
galea securitatis — ab hoste ledamur

De primo Hebr. 6 ¶ Confugimus ad tenendam
propositam spem quam sicut anchoram habea-
mus animae tutam ac firmam ¶ De 2o dicit
glosa super id Deut. 24 Non accipies
loco pignoris inferiorem et superiorem mo-
lam ¶ Superior et inferior mola spes
et timor ad invicem iungit ¶ Una mo-
la sine altera inutilis habetur ¶ In pectore er-
go peccatoris sic debet spes et formido
coniungi quia incassum misericordiam sperat si iusti-
ciam non timeat et incassum metu-
it qui non confidit ¶ Loco igitur pignoris
non mola superior a nobis tollitur quia qui
predicat peccatori tanta dispensacione dispo-
nere predicacionem debet ut nec relicta
spe timorem subtrahat nec sub te-
ta spe timorem relinquat ¶ Est igitur
spes sicut mola inferior que cor elevat
et sustinet in confidencione debita per
penitencias et timor instar mole superior
que contendit et comprimit ne cor se exal-
tet sicut in ps. ¶ In ps. ab altitudine diei

timebo ego vero in te sperabo ¶ 3o spes
nostra est sicut galea securitatis ne ab hoste
ledamur ¶ Sicut enim principalis galea ista
per desperacionem dei vel per temptaciones
occidit eo quod caput habet inerme
Ier. 18 Desperavimus post cogitaciones
nostras ibimus et ista galea contra
induamur sicut dicit Apostolus Thess. 5 ¶ Simus
induti loricam fidei et caritatis et ga-
leam spei salutis etc. Lectio 3

Si iniquitates fuerunt tuorum et de-
bitores mortis cum tanta castigacione
attencione et liberasti dans
tempus et locum per que possint mu-
tari a malicia cum quanta diligencia
iudicasti filios tuos quorum parenti-
bus iuramenta et convenciones de-
disti bonorum promissionum ¶ Postquam
primus sapiens in parte precedenti declaravit divinam
misericordiam abundantem in puniendo chananeo-
os qui terram occupaverant iudeis a deo
promissam ¶ In ista parte ostendit quod ex illa ma-
lorum delectacione cum pietate ad misericordiam
datur bonis hominibus deum recte colenti-
bus materia magne spei ¶ Et circa hoc duo
facit ¶ Nam primo ostendit quod ex modo divine puni-
cionis circa malos ~~dicit~~ sciri debet in bo-
nis spes et venie gracie obtinende in
via ¶ 2o quod in eodem etiam sciri debet in bo-
nis spes glorie consequende in patria ibi
¶ Cum gratia nobis disciplinam das ¶ Circa
ad primum sic procedit ¶ Constat deum
~~esse~~ non minus esse clementem et benig-
num in remittendo culpas et ficanda
clades suis et predestinatis qui sunt per
ipsos et reprobis ¶ Sed in puniendo repro-
bos tanta ostendit clemenciam quod eos pau-
latine dispersit et delevit ut semper
superstites tempus haberent penitencie motivum et
attentus per penas decessorum quos per
sua malicia videbant destructos ¶

spes nostra dicitur esse sicut anchora mola et galea

sive · quod deus ipse desideraret eorum sa-
lutem quantum in ipso fuit · usque ad nunquam
erit clemens filiis suis si delinquunt
et veniam postea petierit · ergo ex hoc quasi
quidam modum punitionis malorum
qui sunt cum mora et expectatione diutina
continuitate eos ad penitentiam et quosdam
veniam offerente multos possum dicere
ad finem dei clementer si in eorum ma-
litiam relinquimus · hic et prima ratio quam
fuit prius secundum in littera huius lectionis · Et
ergo sic · Et inimicos patrum tuorum · id est cha-
naneos inimicos hebreorum tu puniendo
cum et te colerem · et debitores multi
quippe peccata et plagiam infidelibus · Cu-
tata contrasti accessere · id est cum tam dili-
genti expectatione et libasti · quosdam
sed dimittendo suppliciis alios occupasti
et delesti · Dans tempus et locum per quem
possent mutari a malicia · per penitentiam
cum quanta diligentia iudicasti filios tuos
puniendo in futuro ne pereant consolatus
filios · id est quia tuos quorum parentibus
iuramenta et conventiones dedisti bo-
narum promissionum usque de terra chananee-
orum possidenda · Ad litteram quod dicatur
in hac littera deum iuramenta fecisse
videndum fuit quia contra materiam iuramenti

De iuramenti licentia / iurandi frequentia / iurantis inducere — contra materiam licentiam et sciendum quod fue-

runt quidam heretici qui asseruerunt
omne iuramentum quocumque posito esse
illicitum ita quod nullam veritatem omna-
liter asserere cum iuramento · Et sumunt
hic heresis motiva ex scriptura sacra · Primo
ex illis verbis salvatoris mt v · Ego
dico vobis non iurare omnino · Item iacobi
v · Ante omnia fratres mei nolite iura-
re · Item mt v · Sit autem sermo vester est
est non non · Ex autem hiis huiusmodi
amatoribus et Item augustinus in quodam sermone
falsa iuramentum viatoris speciosa expona-

iudas periculosa · Nulla iuratio scientia
ergo ab omni iuramento est abstinendum
Item ecclesiastici 23 · Vir multum iurans et nominans
in toto a peccato non purgabitur · ergo non li-
citum est iurare · Ex heresis ista frivoles
a sanctis multipliciter redarguitur · id est quod deus
ipse invenitur iurasse · prout hic dicitur · Et
in psalmo iuravit dominus et non penitebit eum
Item hebreorum 6 · Cum neminem haberet per quem
iuraret deus maiorem · iuravit per semet
ipsum · Item apostolus invenitur iurasse · Romanorum 1
Testis est mihi deus cui servio in
spiritu meo · Et 2 corinthiorum 1 Teste invoco
deum in animam meam · Item Deuteronomii 6 ·
Dominum deum tuum timebis et per nomen
eius iurabis etc · Item mt v · Reddes
domino iuramenta tua · Item omnes nationes
et omnes secta utitur iurando et
semper plurimum · Vox omnium est vox dei · Et
ideo dicendum quod iuramentum est licitum · et non
est malum secundum se prout ista heresis assere-
bat · Ubi notandum quod iuramentum ordi-
natur ad confirmationem vel probationem
illius quod homo dicit · In scibilibus autem prout
probationes procedunt ex aliquibus ra-
tionibus · sed in particularibus factis hominum
non possunt talis probationes adhiberi · Et ideo
in talibus recurritur in testimonium · ita quod
loco probationis per veram artem accipitur
testimonium hominum quia tamen non testimonium
hominum non sufficiat facere confirmationem
evidentem · Cum homo mendax inveniatur
cum errat frequenter et decipitur et
ideo in talibus necessarium fuit recurrere ad di-
vinum testimonium · et sic fit per iuramentum
eo quod deus nec mentitur nec decipitur
Unde propter hoc ille qui iurat deum ve-
neratur et honorat · quia testatur eius sum-
mam veritatem que adducat in testimonium
ad ostendendum dictum suum esse verum
Unde patet quod iuramentum licitum est tamen
ex origine causa fuit · Ex origine
quidem quia iuramentum introductum

Nota hic contra materiam iuramenti

Propter locum dico · qui iurat deum honorat et veneratur

ex fidei deuocione. ex honore eius-
dem, quia est infallibilis veritas et equa-
lem omnium comparacione. Secundo sine causa
quia iuramentum est ordinatum ad certifi-
candum hominem de veritate et ad finem
dandum controuersias inter homines. Unde hebr.
6. omnis controuersie eorum finis est iura-
mentum. Admonicio inducta. Secundo
dicitur quod iuramentum est prohibitum sic ut
ne fiat absque necessitate vel utilitate ne
iurando ad facilitatem veniat et ex
facilitate ad consuetudinem et a con-
suetudine ad periurium decidatur.
Et sic patet ad secundum principale. Unde nec Pau-
lus inuenitur iurasse nisi in scribendo
ubi hoc cautiorem diligenciam adhibi-
bet in loquendo. Unde Jacobus. Nolite
iurare omnino id est passim id est nolite assues-
cere ad iurandum, vel non sitis faciles
ad iurandum, vel nolite iurare absque
euidenti necessitate. Et ideo Apostolus ex-
ponendo dicit: Sit sermo vester est est,
non non. quod autem hiis habundancius est a ma-
lo est. Si iurare cogeris scias quod de
necessitate venire infirmitatis eorum quibus
ad suades quod utique infirmitas malum
est. Tu enim non male facis qui bene uteris
iuracione ut alteri persuadeas quod uti-
liter suades. Sed a malo est illius cuius
infirmitate cogeris iurare. Unde
secundum Augustinum in hac auctoritate tunc dicitur
Quod hiis habundancius est vel quod Apostolus
est a malo est malum accipitur pro ma-
lo culpe vel pro malo pene infirmitatis
vel ignorancie illius cui fit iuramentum
quia si ei alter de veritate constaret, nulla fo-
ret necessitas ei prestare iuramentum. Alias
secundum quod dicit Augustinus quod nulla iuracio esse-
ret. Vel dicitur sic quod sermo est in iu-
rare. Alio quando de certis locis ibi
de consuetudine iurandi. Secundo faciendo
de frequencia iurandi est primo periculosa
eo quod hoc de facili deuenitur in libro
Item ullus ... 3 Et primo in ubo

Absque necessitate prohibitum est iuramentum

non offendit hic psalmus 14. Unde
Eccli. 23 Iuracioni non assuescat os tuum
multi enim casus in illa. Unde signum
infallibile magne leuitatis et honoris
quin ad medacium est iurandi frequencia
et facilitas. Secundo est deo multum contumelio-
sa quia pro qua reuerencia videtur esse ad
deum qui ex leui causa teste indigeat
deum. quod non faceret de aliquo honesto
viro. Secundo Item est iurandum eciam est
quod ipsi facilem et fidem deum teste indig-
eat sine necessitate et se ipsum probat fore
fidelis cui sine iuramento non credi-
tur. Tres conditiones ... que ad
iuramentum licitum requiruntur, videlicet
Iusticia Iudicium Veritas. Unde Jeremias 4 Iurabis viuit
dominus in veritate et in iudicio et
in iusticia vel per certitudinem cau-
telam. Iuramentum mendax, per iudicium
iuramentum incautum, per iusticiam iuramen-
tum iniquum vel illicitum. Unde ex parte
iurantis oportet precedere iudicium discre-
cionis ut non leuiter et ex necessaria cau-
sa iuret. Ex parte dicti duo necessarii
falsum scilicet secundum iudicium conscientie preterea
illicitum sit. Circa iuramento promissorio
contingit quod homo iurat se iuste facturum
hominem vel iurat quod inde bene tractabit
cum illo qui eum offendit vel ad talia
que sunt illicita sicut in effectu. Id est quo casu pec-
cat iurando quod illicitum est observare et
tamen peccat si observat. Et hic causa dicit
Isidorus. In malis promissis rescinde fidem
et in turpi voto muta decretum. etc.

Cum igitur nobis — Sermo 172
disciplinam das, inimicos nostros
multipliciter flagellas ut bonitatem
tuam cogitemus iudicantes et tu de
nobis iudicatus speremus misericordiam tuam.
Unde et illis qui in tanta ista miseri-
cordia tua se vivit pro ... coluerunt
dedisti summa tormenta et cum in er-
rore via diucius errauerunt deos es-
timantes hec que in animalibus et ...

Ad iuramentum licitum tria requiruntur.

sunt supplicia infantium insensatorum more viventes. Propter hoc tamquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. Postea super suis nos instruit qualiter ex malorum punicione mali deinde ad spem respiciunt gratie in presenti. Hic consequenter et quod ex malorum flagellacione et dampnacione debent boni conari ad spem glorie in vita eterna. Ut etiam hic duo sunt consideranda: primo et quale iudicium deus exercet contra peccatores corrigibiles; 2o quale iudicium exercet contra obstinatos et incorrigibiles. Unde et illis qui in vita sua [illegible] ad bonum convertuntur talis deducas venias. Sicut obstinati flagellantur in presenti et quia se non corrigunt in futuro perpetuum dampnantur, ita penitentes disciplinantur in presenti et quia se corrigunt in futurum premiantur. Cum ergo videmus aliquos flagellari sine correccione et nos disciplinari cum nostra correccione, meditare possumus divinam bonitatem in punicione nostra [illegible] et sperare de misericordia, que ab omni miseria liberat [illegible] vite eterne. Ut igitur sic loquitur deus: Cum igitur nos disciplinas, das disciplinam illorum et ubi das contra maliciam aliquorum qui dicunt tribulaciones non esse a deo. Inimicos nostros, quamvis sunt inimici tui, multipliciter flagellas. In psalmo: Multa flagella peccatoris. Ut bonitatem tuam, quod ubique te comitatur secundum iram [illegible] capacitatem, cogitemus iudicantes a nos incorrigibiles ad flagella tua. Et cum de nobis iudicaris, id est exercetur iudicium sive iuste sive iniuste sive ab hominibus sive a deo, speremus misericordiam tuam. Job 13: Etsi occiderit me in ipso sperabo. Misericordia vel ab omni pena liberantes que ab inimicis [illegible] subtrahet. Sequitur: Iacobi 2: Iudicium sine misericordia illi qui non facit misericordiam. 2o et quale iudicium exercet deus puniendo peccatores obstinatos

et specialiter illos chananeos quos expulit a facie hebreorum. Illi enim tales fuerunt ydolatre quod coluerunt ymagines animalium sicut superius dictum fuit. Et ideo [illegible] deus illos per animalia vilia voluit exterminare. Sequitur quod subiungit: Unde et in illis qui in vita sua insensate et iniuste vixerunt. Insensate quia ad deum et iniuste tam contra deum quam contra proximum. Vel insensate quia adversus [illegible] et iniuste vixerunt contra deum et proximos, per hec que coluerunt dedisti summa tormenta. Quia per vespas et muscas et vilissima animalia eos interemisti. Et quia hoc fuit conveniens secundum quod sic probat: illi enim non ex sui receptione ne modico tempore conservaverunt colendo talia animalia secundum deum et vixerunt more insensatorum. Ideo conveniens fuit quod exterminarentur iudicio singulari et terribili sicut insensati et [illegible] a bestiis quas prius coluerunt. Unde dicitur: Etenim isti chananei in erroris via, id est ydolatrie, diucius per modicum tempus erraverunt ex erroris negligentia, quod noluerunt se corrigere ne ad verum dei cultum, deos estimantes hec que in animalibus sunt supervacua, id est a corporibus [illegible] inutilia et nociva, sicut dracones et serpentes et talpe. Vel secundum alia verum deos estimantes que in animalibus sunt supervacua, id est ab operibus humanis que per manus fiunt homini sunt supervacua et inutilia, sicut carpentarius corpore ligni et truncos [illegible] dimittat quod ad opus non sunt, et de talibus venit sculptor et pingit imagines. Sapientie 13: Artifex lignarius [illegible] et facit sculptile et [illegible] et in illud medium eius combussit igni et de medio eius carnes coxit et comedit. Et in fine reliquum eius deum facit et sculp-

tile quasi curatum est an illud et adorat
illud et obsecrat ipsum dicens libera
me quia deus meus es tu. talia quoque co-
luerunt isti chananei Infirmorum
insipiencium modo vincentes Pueri enim
insipiencia faciunt sibi puppas et imagines
puerorum adulant et ludunt cum eis
et decoratas tamquam deus dedisca eis
indicant in dorsum tamen pueris dese-
patis quia satis terribiles videbantur
quasi cinifes muscas et ranas
ursos et leones existimabant.
Operum magnorum Nondum est quippe magnorum
tribus quibus proprie recolligere de quo
imminente tempestate qualis tribulacionis
Accedente necessitate corporalis dissolucionis
Impuciente complexione dicitur de spacio
postea demum diuinam magnam nobis
fidelibus affluencia imminente tem-
pestate qualis tribulacionis separare In
vos. Quamuis eciam separat libidinis cum De
hoc exemplum in vita beati martini qui cum
inter alpes incidisset in latrones
et unus eorum ferire minaretur cuius
ictum securus sustinuit et cum post-
ea latrones quererent ab eo an ti-
meret dixit se numquam magis securum
fuisse quia sciebat misericordiam dei demum
maxime in temptacionibus affu-
turam. Summa cautela militum
ante quos fuit contra quod uidebantur
aduersa et tribulacia et bone spei co-
braria ad constanciam interpretari. Unde
narrat Sextus Julius Stratege. li.
1 c 1. Quando cum Cypio africanus
ex ytalia in affricam exercitum tradu-
xisset et ipse de naui debet des-
cendere cecidit ad terram Cumque
cum milites attonitos de casu ipsum
lapsu magis spei fecit Audite inquit
milites affricam oppressi Capi-

nus cesar cum nauem ascendere debet
cecidit ante ad terram et militibus eo
signatis dixit teneo te inquit de terra
mater quod dicit sic recedo quasi ad terram redi-
bo Et sic ubi milites separare facit
se in terram firmam reditum Iste sertorius
dux quidam militum cum equitum scuta
equorum quia pectora cruenta subito pro-
digio apparuissent et milites inde con-
sternerentur victoria inquit nobis portenditur
Iste enim partes non que hostili cruore
solent aspergi Epaminundas thebanus
cum sacro de celo noctu fuisset delap-
sa et eos qui aderant tristissime me-
tu concepto sic fugauit lumina inquit
numina ostendunt quod diis nobis mittunt
lumine ut nos iuuent Secundo vero insi-
stentia tribulacia que eis accidunt vel ma-
lorum persecucione seu mundana mu-
tacione vel corporis infirmitate interp-
tantur in bonum sciences quod diligentibus
deum omnia cooperantur in bonum et quan-
to maior est materia timoris inuaditur tanto
fiducior spes eorum erigitur. Unde ille
Job 13 Eciam si occiderit me sperabo
in eum. Tercio separare demum conficit ac
accedente necessitate corporalis dissolucionis
Quia se Operatur insistit in morte spera-
bit. Unde dicit libello suo de pomo
Non est philosophus timere mortem sed magis
gaudere et bone spei esse imminente
morte. Et hic suis discipulis decla-
rauit moriens per duas raciones Prima
Credite inquit quod philosophus verum quesiuit
studia et meditatione et bestia Et qui
inquirit veritatem et sanitudine ipsi fa-
ciunt quomodo alij eorum in qui-
unt Tunc ille bonum quod quod faceret
homini experiencius illis aut faceret
eis in hoc seculo in quo sumus aut in
seculo futuro Unde dicatur quod in hoc seculo
in quo sumus quod quidem quesiuerimus
sic non didicimus vel plures ...

Operum magnorum tribus temporibus recolligere demum

Morte philosophus non timet sed gaudet decla

insipientes qui non cognoscunt creatorem fi-
nierunt dies suos in bonis et an-
nos suos in desperatione cordis et plebs
sapientes qui cognoscunt creatorem pacti sunt
praedicatorem boni et pacis. Ex quo nos bo-
ni a pluribus expositum non evenit an-
te mortem vel post mortem quare mortem
timebis quia via est et incipies amore
ad illud quod maxime concupivit. Pro-
inde sic praecepit quando inquit a vobis
Vestra mors sit ad astra quia recessus animae
a corpore. Vident quod non corpus quod
nichil audit nec videt nec patitur sed
gaudet delectationibus et potius et
est contra appetitum animae eo quod vult
ascendere ad gradus bonos et ideo
quare igitur doletis pro anima recedit ab
eo quod est contrarium suae delectationi et per-
fectioni et suis desideriis. Et ideo cum
Socrates diceret moriturus esset et
Xantippe dixit eis. Non cogitetis in
cordibus vestris quod ego laetor eo quod spe-
rem evadere de infirmitate mea. Quam-
vis scio me nunc moriturum. Et nisi
esset hoc pomum quod in manu mea
teneo et quod odor illius me confortat
et aliquantulum prolongat vitam meam
iam expirassem. Sed anima sensibilis in
qua convenimus cum bestiis fruitur
bono odore et ego laetor quod rece-
do ab hoc saeculo quod est compositum ex
contrariis quia plus corporis elementum est contra-
rium alteri. Unde quomodo posset gaudere
aut diu progredi corpus ex pluribus
compositum. Tandem cadente pomo de
manu mortuus est. Propter quod philosophi di-
xerunt ille qui suscipit animas philosophorum
suscipiat animam tuam. Vos vero. Secundo spe-
rate in domino nunc fortes per mortem vel tran-
seundo ad vitam. Secundo movere sperare
deinde suscipientes perplexitate formida-
bilis desperationis. Et 2. Beato

qui nullo sperabant in domino et confisi sunt.
Dicit propheta in psalmo. Despiciat ani-
mum sibi fracte paupertas etc. Et respondit
infirmis nichil confert quod sunt hoc speci-
aliter inducatur praedicationibus super illud metrum.
Spes qui metuit mortuos vivere
vidi. Despice dure victuros spe morien-
tem mori. Augustinus in quodam sermone. Tu
es domine spes mea quicquid agendum
quicquid declinandum quicquid tollerandum
quicquid operandum tu es domine spes mea
in una in omnibus promissionum tua. Hec
tota res mee expectationis praecedat
alter nichil presumat sciat et pondus
diei et estus ieiunare sicut in psalmo
dicitur. Proximo non est spes certa quam
gloriet. Michi autem adhaerere deo bo-
num est ponere in domino deo spem meam.
Et infra. Si michi premia promittun-
tur pro te obtinenda sperabo. Si surgant
adversum me proelia si saeviat mundus
si fremat malignus si ipsa caro adver-
sus spiritum concupiscat in te sperabo. In
psalmo. Tu domine singulariter in spe consti-
tuisti me etc. Sermo 173

Omni autem ludibriis et inspira-
tionibus non correpti sunt dei
dignum iudicium experti sunt
in hiis quae patiebantur moles-
te ferebant in quibus patientes indig-
nabantur per quae putabant deos
esse cum exterminarentur videntes
illum quem olim negabant se nos-
se deum verum agnoverunt propter quod et fi-
nis condemnationis illorum venit
et super illos. Declaratur perfecte quod
deus est benignus flagellando quos
ad illos qui se erigunt. Hic finaliter
concludit quod est in suis rigidus et se-
verus contra illos qui se propter flagel-
lationes convertunt et circa hoc duo facit
primo ostendit quod deus contra eos iustum

expectet iudicium | 2o declarat iudicii
sui modum ibi fulsit eius qui
parcebat. Quantum ad primum dicit sic
quia at lu et me no e. sicut dig. dei
iudicium experta sunt. Illudibrium sunt
proprie res aliqua que digna est sem-
ludo et contemptu. Et magis proprie in
proposito sumpta dicitur ludibrium pena ali-
cui illata ad ludos et derisionem. et quia
deus chananeos sic afflixit quod hec
sibi de eis ludere potuit quia videmus
eos per vespas et muscas expugnari
ideo dicit deus eos ludibriis permisisse
Et increpationibus puerorum. sicut pueri
pro eos mouendo et quia nec tamen
ne illis increpati sunt. i. increpationes
que qua sit correptio non senserunt
ideo dignum dei iudicium experti sunt
et per quemadmodum subiungit taci-
cando tamen idem quod prius sequitur dicit
e. qualiter per talia mala puniebantur
qualia in puniendo diuinitas volue-
rit a punitione quo fiebant. Propterea ipsi
afflicti murmurauerunt et contra deum
indignabantur. 2o ex falsis diis
quos in ipso malum cohibuerunt ad diui-
nam notitiam deducebantur. Dura quia
ipsi ydolatre affligebantur clama-
uerunt pro liberatione sua ad deos quos co-
lebant et cum impotentes sentirent re-
ducti sunt ad cognitionem unius dei
quem olim negabant se nosse. quem sum
grauis oculos quos culpa claudit pena
aperit. quod et finis dampnationis
illorum superuenit illos. i. finalis condempnatio
in inferno quod condempnatos fine carebit
Negabant se nosse deum. Tria
cum genera hominum negant se nosse deum

Auari — peccatosi — peccatosi sunt nimis tenaces.
Superbi et presumptuosi — presumptuosi sunt nimis audaces.
Pruri — maliciosi — maliciosi sunt nimis

fallaces. Primi negant deum qui est ca-
ritas. 2i qui est bonitas. 3i qui est
veritas. Primi igitur negant se deum
nosse auari et tenaces. Cristus eis ap-
paret in forma pauperis ostendens mendi-
citatem et petens caritatem. qui pau-
perem contempnunt ideo non poterunt se excu-
sare dicentes domine apparuisti in aliena
effigie non potuimus tuam notitiam habere
Primi dicunt cum quod Cristus in prima tali
roba vestitur. Isti sunt de quibus Cristus
dicit Non potestis deo seruire et mamone
et nemo potest duobus dominis seruire aut
unum odiet et alterum diliget. aut unum
sustinebit et alterum contempnet. Mt. 6
De ista negatione pulchre se excusat
sanctus Job 31 Si negaui quod volebant
pauperes pauperibus et oculos vidue
expectare feci. Ista negat Cristum modo
et Cristus eos negabit in die iudicii
Amen dico vobis nescio vos Mt. 25 et
Mt. 10. Qui negauerit me coram hominibus
negabo et ego coram patre meo. 2o ne-
gant se nosse deum presumptuosi et nimis
audaces. tales sunt qui presumptione fatui
et viribus confidentes non recommendant
se deo nec diuinum implorant auxilium
sicut Cristus eos docuit Mt. 6 Et ne
nos inducas in temptationem. Tales sunt qui
se ingerunt periculis temptationum
male pactis se admiscent suspecta
consortia non refugiunt. et ideo cito ca-
dunt. Horum figuram et signum gessit pe-
trus qui presumens in uirtute agnoscens dixit
Cristo Etiam si oportuerit me mori tecum non
te negabo Mt. 26. Ipse tamen eadem
nocte se ingerens pacti ancillarum et
mulierum Cristum ter negauit sicut
ibi subditur. Tales sunt multi sacer-
dotes de capite et cetera et ali-
os qui cadunt contempnentes. et premet ex

no decipiendum ludibriis sustificat

Tria genera hominum negant se nosse deum.

modica temptacione uexati statim
cadentes. Et isti similes sunt hiis qui se con-
tinue recommendant sanctis et di-
uina bonitate sunt et non sua sed con-
temptaciones resistunt. Et isti sequuntur
dictum Job. Si osculatus sum manum meam
que est iniquitas maxima et negacio
contra deum altissimum Job 31. Glossa gregorii
Osculatur manum et bonum uel ne ulterius
a deo concessum uiribus suis attri-
buere. Unde qui bona opera faciunt et
illa deo non attribuunt sed industrie
et prudentie proprie isti deum qui est bon-
itas a quo omne bonum diriuatur ne-
gant. 3o negant se nosse dominum ma-
liciosi et fallaces cuiusmodi sunt falsi
testes falsi iudices et falsi aduo-
cati qui sciunt ueritatem negant. Christus
enim est ueritas Johannis 14. Falsi enim
testes a iudeis conducti quando super
materia de qua fit inquisicio ueritatem
dicunt fidem prestant et uoluntarie
a ueritate recedunt. Et tales non
solum christum negant sed uendunt
unde glossa super 1a Mathei 26. Perinde
querebat oportunitatem ut eum traderet
Multi enim hodie sunt qui fictum iudeum
execrantur et idem faciunt. Nam cum
pro munere falsum testimonium dicit dominum
qui ueritas est uendit. Hoc figura-
liter gesserunt iudei quibus petrus dixit
Actuum 3. Deus glorificauit filium suum
ihesum christum quem uos quidem tra-
didistis et negastis ante faciem pilati
iudicante illo dimitti. Tales sunt
falsi iudices qui sciunt ueritatem
sibi notam et iudicant pro muneribus
illud quod sciunt falsum pro timore et minis
a ueritate recedunt. Sicut fecit pilatus
qui auditis istis uerbis a iudeis Si
hunc dimittis non es amicus cesaris
timuit et adiectum est sic ipse
recessit. Et tamen notandum quod non

expeditur iudices in totis uiribus li-
berare se debeant innocentes illegitime
enim Mathei 26 Quia pilatus multipliciter egit
ad liberacionem christi. Primo comparando latro-
nem iusto. Quem uultis dimittam uobis
barrabam aut ihesum qui dicitur christus
quasi diceret nolite christum dimittere
ex quo uel debetis eum dimittere uel latro-
nem. 2o cum quereret a iudeis quid
enim malefecit et quid faciam de ihesu
qui dicitur christus. 3o cum lauit manus
suas coram populo et dixit innocens
ego sum a sanguine iusti huius uos ui-
deritis. 4o quando eum flagellari manda-
uit quod ut secundum Rabanum fecisse cre-
ditur ut iudei penis et obprobriis eius
saciati desisterent ab instancia mortis
christi. Sed hiis omnibus non obstantibus
non exequitur. pilatus quod sciebat
eum innocentem. et quod propter inuidiam tra-
didissent eum iudei sed tamen obstante
isto uerbo quod concepit pilatus Si hunc di-
mittis non es amicus cesaris. Unde
audito hoc uerbo adiudicauit fieri
peticionem iudeorum de christo Mathei 14.
Et sicut falsi iudices pretendunt
se uelle defendere ueritatem diligenter
inquirunt de ueritate si tamen possent
eum finaliter uidere non consequuntur. Sic
pilatus bene quesiuit a christo quid
est ueritas sed noluit christi responsionem
audire. Sed post questionem exiuit con-
tinue ad iudeos Johannis 18. De hiis
omnibus uerificatur illud Jeremie 7 Negauerunt
dominum et dixerunt non est ipse neque
ueniet super nos malum. Falsi uero
aduocati dicunt se nosse de iuribus
sed satis eum negant. et non solum ne-
gant uerum eciam reprobant ueritatem et co-
lorant falsitatem. De quibus uerificatur
illud Ysaie 59. Iniquitate sunt uie eorum
et mentes et consciencia consistit enim se

nosse deum factis aut negavit. De istis ydoniis in quadam epistola sic eos describit: sunt sunt in quiniis fenire, in exactionibus arpie, in collocutionibus bestie, in omnibus statue; ad intelligendum saxei, ad iudicandum liquei, ad ingrediendum ferrei, ad iurandas pardi, ad fallacias ursi, ad fallendum wlpes, ad superbiendum thauri et ad consumendum minothauri. Quia ille consensus inexplebilis sufficat ut placet in pecunia dicit Alanus in libro suo de planctu nature: Dic quibus in qua armatur pecunia loricis argenteis turribus inexpugnabilibus fulgure in corporibus Hectoreo robur vincit Herculis, Ulixes in aliquibus impedit astucias. Et in termino eorum hinc finibus incedunt ut dyaleticis subtilitatibus rethorice languescat civilitas ubi nummorum pluralitas splendescit; taurus indicat ut adnocata suspirent pecunia Orphei lyra carmine, Amphionis musica virginis voce pecunie suffocatur; quod plura ubi nummus loquitur Tulliani eloquii tuba mutescit; ubi nummus militat Hectoree militie fulgura compescuntur; ubi pugnat pecunia vita expugnatur. Hec causa nummus vincit, nummus regnat, nummus imperat universis. Et Alanus: ista adnocatio pecunie dicit divitibus in quodam sermone ut sic diceret: redde quod accepisti, que omni veritate dispexisti, dignitatem affuisti, mundi confusisti, iusticiam compressisti, de falsitate viciasti. Capitulum decimum

Tam lectio xiiiª. Vani autem sunt omnes homines in quibus non subest scientia dei et de hiis que videntur bona non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes cognoverunt quis esset artifex, sed aut ignem aut spiritum aut citatum aerem aut gyrum stellarum aut nimiam aquam aut solem et lunam rectores orbis terrarum deos putaverunt. Postquam Salomon processit contra istam chananeorum exterminacionem propter deum pro eo quod deum colere noluerunt, hic sic stulta et insani ydolis fuisse pelegerunt, contra inspirat auctor huius libri contra omnem ydolatrie reprobandum. Et contra hic se procedit: primo agit de magnitudine culpe servientium ydolis; secundo de fatudine pene qua deus inflixit ydolatris et specialiter egiptiis, xv. primo ibi capitulo 6: Hii et tales talia passi sunt digne tormenta. Circa primum duo facit: primo quod sequitur, secundo de ydolatrarum supersticiosa adoracione; 2º de ydolorum prima adinvencione, xiiii ibi infra capitulo 14: Iterum aliquis navigare cogitans. Circa primum duo facit quia primo reprehendit ydolatras colentes naturales creaturas; secundo reprehendit alios qui colebant artificiales imagines et sculpturas infra ibi: Infelices autem. Quia non in ydolatria duo sunt, scilicet aversio a vero deo qui ab omnibus est colendus et conversio ad creaturam, ideo primo agit de generali aversione a deo, secundo de eorum conversione ad creaturas, xiii. primo ibi: Sed aut ignem aut spiritum. Circa primum reprehendit primus suis stolidate et fatuitate eius propter quod generaliter quia naturales investigaciones cum summis laboribus sunt adinvenerunt et tamen dominum non cognoverunt et dicit sic: Vani autem sunt omnes homines in quibus non subest scientia dei. Vanum autem est secundum Aristotelem 2 physicorum quod est ordinatum ad aliquid sicut ad finem et non potest attingere finem suum. Dicit si aliquis deambulet propter sanitatem et causa propter deambulacionem non consequitur, dicitur eum in vanum ambulasse. Homines autem ordinantur ad deum cognoscendum et colendum. Sed Anselmus 2 Cur deus homo capitulo i: Rationalem creaturam a deo factam esse iustam ut illo fruendo beata esset dubitari

non debet. ideo naturalis racio ut dis-
cernatur inter iustum et iniustum inter bonum et
malum inter maius bonum et minus bonum
alioquin frustra facta esset racionalis creatura
omnis homo frustra est et vanus est si sapienciam
a deo non habeat. Et ideo dicit Vani sunt autem
omnes homines in quibus non subest sciencia dei. i. sciencia de
deo. Et sciencia est fides per scripturas revela-
ta antiquis patribus et posterioribus nobis
per filium predicata secundum glossam. Et sciencia est ti-
mor et reverencia dei. Baruch 3 dicitur
De prudentibus hominum mundi perierunt eo
quod non habuerunt scienciam et sequitur dicitur
in quibus non subest sciencia dei. i. fides. Est
enim fides fundamentum tocius edificii
spiritualis ut patet ex Hebr. 11 Est fides spe-
randarum rerum substancia et ideo infideles
nichil boni superedificant. Quia dum
in sua infidelitate perseverant. Hic est igitur
primum de quo reprehenduntur gentiles ydo-
latre quod fidem de deo non habuerunt que
fundamentum sue salutis. Quod autem no-
ticiam vel scienciam de deo non habuerint
patet ex duobus primo quia non intellexerunt
eum bonum remuneratorem vel gubernatorem
mundi. 2o eo quod non intellexerunt eum
esse mundi creatorem. Quantum ad primum dicit
sic Et de hiis que videntur bona non
potuerunt intelligere eum qui est. i. deum qui
est summe bonus et solus vere est qui a se
est et sine eo nichil est vel esse potest. Dicit
enim deus precipue dicitur qui est ita dy-
aliquis per maliciam suam dicatur qui non est
Job 18. Habitent in tabernaculo eius so-
cii eius qui non est. Cum enim viderent crea-
turas esse bonas potuerunt arguisse
ad unum principium bonum. Dicit autem Aristoteles
1 metaphysice Ad unum naturam ex aliis
non naturam est et sic devenissent ad eum
qui vere est qui dixit Exodi 3 Ego sum
sic dices filiis Israel qui est misit me
ad vos. Unde sic dicit sapiens et
stultissime deus crederet ... qui ... ipse

eum solus uniformiter sit idem. Omnis crea-
tura alicui mutacioni subiacet. Angeli secundum
quasdam affecciones mutantur. corpora celestia
secundum loca corpora inferiora alterantur augmen-
tantur moventur secundum loca. Et ideo sequitur
dicit Augustinus Confessionum 22. Tu solus domine es
quod es. tu es non quod aliud est in temporibus et in
quo aliud est immutabile. omne enim quod est et aliquando
incepit non esse et potest cogitari non esse
et nunc per aliud subsistat redit in non esse et
quod licet fuisse quod iam non est et futurum esse
quod nondum est illud non est proprie et absolute
tu non es illud quod es. quidquid aliquando
aut aliquomodo es hoc totum et semper es
et tu es qui proprie et simpliciter es. quia
non habes fuisse nec futurum esse sed tantum
presens esse. Et Augustinus 2o reprehendit stul-
ticiam gentilium philosophorum de eo quod non cog-
noverunt deum esse mundi creatorem. Et quantum
ad hoc dicit sic Neque operibus attendentes
agnoverunt quis esset artifex. Cum effectus
deducant in noticiam sue cause et ipsi
totaliter occupati fuerint ad investigandum
causas rerum in hoc culpabiles fuerunt quia eorum
cogitacionem que ad primam causam devenire non
potuerunt. Sed qualiter est quod ad demonstran-
dum deum esse sufficientes fuerunt tunc
racioni qui soli unius dei veri noticiam
habent ad hoc non sufficiat. Ad hoc dicendum
ut estimo quod deum esse non est per aliqua
racionem demonstratum licet deum esse cre-
atorem mundi. Sed quamvis ad deum se
inducerent habent et racionem naturalem exercent
nec divine gracie obice preberent deus eis
sufficienter sui communicabit noticiam sicut quod
eis sufficeret ad salutem. Exempla
ad hoc habentur de Cornelio cui missus
est petrus. de paulo cui missus est
ananias qui se ipse disposuit quod revela-
cionem inspiracionem ab uno deo meru-
erunt habere. Et ideo dico quod sine culpa
homines habent usum racionis ... crederet
qui noticiam de deo habeat salutem ...

Fides est fundamentum tocius spiritualis edificii

Reprehenduntur philosophi gentiles quod non cognoverunt creatorem mundi

quia ad salutem. Secundo reprehendit er-
rores gentilium dicens ydolatre .i. cultu
aliorum ad comparacionem aliorum. Et de-
notat septem genera cultuum que apud ydo-
latras superstitiones habebantur in honore
cuiusdam deos supple deos putaverunt
alii ignem alii spiritum etc. Ignem coluerunt
caldei et apud gentiles dice-
batur vulcanus quasi volicans secundum Rem-
igium et Remigium .i. volante candore
iste fingebatur quasi fabricando et di-
cebatur fabricare fulmina Iovis quia Yo-
vem superiorem partem aeris dixerunt et
vulcani deputaverunt mediam regionem
a quo loco fulmina et coruscaciones
descendunt. Caldei autem sicut in quibusdam
historiis scolasticis invenitur ignem ado-
rabant et ad hoc aliquos cogebant
per modum istum. obtulerunt quibuscumque
negantibus ignem et alium deum colentibus
pugnam. ita quod si deus eorum ab aliquo
vinceretur eius cultum dimitterent.
Cum vero ignis qui fuit deus eorum alio-
rum consumeret ydola ipsi ad ignem
colendum se semper obligarent. Sacerdos
canopei auditis in egipto quod ydolum
belli coluerunt deposuit de capite
ydoli sui coronam auream et super caput
suum quoddam vas testeum posuerunt
et illud in latus foraminibus perforaverunt
et cum cera obturaverunt. Venientes
caldei ad illud ydolum concremandum
posuerunt ignem et statim in foraminibus
cera liquefacta descendit aqua et ig-
nem extinxit et sic prevaluerunt
ydola canopei cuiusdam civitatis egip-
ti et ille princeps fuit de mecepes
ydolis suis. Alii coluerunt spiritum
rethereum quem dixerunt yovem .i. su-
periorem partem aeris vel ipsum ignem
secundum alios quia aerem diviserunt
in duas partes vel porciones inferiorem et su-
periorem vocaverunt yovem. inferiorem
Iunonem. et illa inferior pars quia quandoque va-
cat hic citatum aerem propter sterilitatem
motus et dispositionis. Quidam alii vene-
rabantur gyrum stellarum .i. firmamentum
in quo sunt sidera variis ymaginibus et
ydeis secundum fabulas grecorum. Alii colu-
erunt aquam. Unde neptunum fingebant
deum marium. Thetim deam matris. Inter
istas fabulas falsas enim vocatur mag-
na in de yove quia medium sibi placuit
inmediate sub saturno. medium superiorem partem
aeris fingunt quod saturnus tres filios
genuit yovem. neptunum et plutonem.
Iupiter regnat in celis. neptunus
in mari. pluto in infernis. Unde tales
versus habentur. Iupiter astra. fretum
neptunus. tartara pluto. Regna pri-
ma tenet. tercia quisque suum. Unde
spiritum electum aquas vocaverunt neptunum.
Et ideo dicitur hic in littera quod alii colue-
runt nimiam aquam. Quam ymaginem pre-
tavit in manu tridente ad desig-
nandum quod aque triplici fingunter ubi-
Sunt enim liquide. fecunde et pota-
biles. Hic eciam amphitritis accipit
id est inter ab amphi quod est circum et
terrum quod est contritum. eo quod aqua terram
elementis quasi circumscripsit tantum circa celo ut
in aquis superioribus ac in nubibus terram
in fontibus et [struck: puteis] puteis. Dicitur uxor
neptuni dicitur amphitrites secundum ma-
chym quia mare terram ambit et terit.
Alii coluerunt solem quem in latus noi-
bus nuncupaverunt. Sole enim dicunt
primum filium yovis quem vocant phebum
quasi novum eo quod in ortu suo cotidie no-
vus appareat. Et ideo pingebatur eciam
Hic eciam appollo dicitur .i. perdens sic ext-
minans eo quod calore suo omnium viren-
cium humorem perdit et exterminat. Dicitur vo-
catur pheticus a phitone serpente quem
cum natum occidit cum cum sagittis. Sol
dicitur quia nunc solus perfecit magnitudine

ut stellas vel quia solus lucet de die, aliis per eius presenciam obscuratis. Dicitur etiam licium a lico, id est lupus, eo quod sicut lupus pecora dilacerat, ita sol suo fervore omnes humores exsiccat. Alii colebant lunam quam Dianam vocabant, que multa nomina secundum diversos effectus habebat. Dicebatur luna Diana in silvis, luna in celis. De istis et eorum cultu Jeremie 7. Adolebat incensum et soli et lune et duodecim signis et omni milicie celi. Istos igitur deos putaverunt ut rectores orbis terrarum. Et preter istas multas alias superstitiones adinvenerunt poete, sicut narrat philosophus in libro de proprietatibus. Et ideo antiqui gentiles potestates datas hominibus ad usum vivendi a divina gratia colebant pro diis, sicut agriculturam, vindemiacionem et seminacionem et huiusmodi. Postea poete causa lucri et favoris easdem artes sub specie membrationum effigiaverunt et propriis nominibus distinxerunt, vocantes scilicet colendi agros Cererem, scilicet colendi vineas Bacchum, actus etiam humane libidinis Venerem vocaverunt. Et sic superstitiones multiplicate sunt et vocantur superstitiones quasi superstites ultra conspectum humane vite superstabiles. Tales enim vetustissime vetule iam decrepite et deliramentorum talium nimium et fabularum inventrices fiunt.

Lectio 177

Quorum si specie delectati deos putaverunt, sciant quanto his dominator eorum speciosior est: speciei enim generator haec omnia constituit. Aut si virtutem et opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis quoniam qui haec fecit fortior est illis: a magnitudine enim speciei et creature cognoscibiliter poterit creator horum videri. Postquam sapiens reprehendit superbos de

ignorancia quam habuerunt de deo, licet concedatur, ostendit quod illa ignorancia non fuit a natura humana sed a libidinosa malicia errare. Et circa hoc duo facit: primo ostendit per que viam venisse potuerunt ad dei cognicionem; 2o quod illam habuerunt sue ignorancie excusacionem, 2a ibi: Sed tamen adhuc etc. Circa primum duo facit: primo tangit duplex medium directum per quorum utrumque ad dei noticiam potuerunt venisse; 2o ostendit quod per illa media debebant arguisse, ibi: A magnitudine enim. Duo enim sunt in creaturis: forma delectabilis in essendo et virtus admirabilis in agendo. Et ista duo maxime apparent in corporibus celestibus, sole, luna et stellis, de quibus immediate ante dictum est. Et ista loquens subdit: Quorum si specie delectati deos putaverunt, sciant quanto his dominator eorum speciosior est. Quorum predictorum scilicet solis, lune et stellarum specie delectati. Super illud: Delectasti me domine in factura tua, dicit: Delectari in specie creature propter deum licitum est, sed delectari in creatura propter se ipsam non referendo ad deum perversum est. Igitur si hos specie delectati sunt, sciant, id est scire debent, quanto eorum deus vel speciosior est his rebus: speciei enim generator, id est creator rerum speciosarum, haec omnia constituit. Et quia igitur deus pulchritudine creaturas creavit et non creat nisi ex libero arbitrio, sicut artifex facit opus suum, sic potuit quod speciosior est quam opus. Boecius 3 de consolacione: Pulcherrimus ipse mundum mente gerens similique imagine formans. Aliud medium est in ipsis creaturis ducens intellectum hominis in deum, creaturarum scilicet virtus et potencia corporum celestium lucendo, movendo diversimode, et quia infl[...]

delectari in specie creature propter deum licitum est

nitos effectus in istis inferioribus producere.
de 8. Diuitiae et opera eorum innati
sunt. quia propter admirari ceperunt homines philo
sophari i. methe. Et videtur physica mi
rabiles delectationes habere 10 ethicorum.
intelliguntur hec et intelligere debent ab
ipsis i. per ipsas causas quia qui hoc facit
fortior i. uberior et potentior est
illius in agendo. Unde ipso volente sol
lumine suum retraxit Apocalypse 21. ipso vo
lente sol stetit Josue 10. ipso volente
sol retrocedit 4 Regum 20. Creaturae etiam
suo proprio sunt media intellectus
quanquam ascendit in deum i. quod dictum est
totaliter quae gentiles ab ignorantia
sua de deo sunt inexcusabiles per
magnitudinem speciei et creaturae i. mira
bilis facere debebat arguisse crea
torem esse maiorem tam specie quam vide
tur. cum dixisset per varios motus visus
est placere cum permanentes et temporale
et infiniti nullam habuis magnitudinem
corporale 8 physicorum. Romanos 1. invisibilia
enim illius i. dei a creatura mundi i. ab
homine per ea que facta sunt intellecta
conspiciuntur. sempiterna quoque eius virtus
et divinitas ita ut sint inexcusa
biles. Specie delectans deos putaverunt.
Delectatur aliquis vicio suo speciei
sue et alius specie aliena. Primi sunt qui
superbiunt de pulchritudine vanitate [et]
ut qui inficiunt libidine voluptate.
Primo igitur de specie sua gloriantur superbientes
de pulchritudine vanitate non considerantes
quam vana sit superficialis quam brevis et
temporalis. Unde Boecius 3 de consolatione. Pro
forme vos nitor ut rapidus est ut
velox et vernalium florum mutabilitate
fugacior. quod si ut dicit Aristoteles lynceis
oculis utentur homines ut eorum visus
obstantia penetraret ymo in speciebus
interioribus illud Alcibiadis superficiale

pulcherrimum corpus turpissimum videretur. igitur
de pulchritudine videndum quia non per oculos
spectantium reddit infirmitas per estuare
quam vult. nam corporis bona destruatur. Hoc
quia mirum triduane febris igni
culo posse dissolvi. Hec Boecius. Refert
Ovidius methamorphoseos li. 3. quod Narcisus puer
quidam fuit tante speciei ut fere natus ab
omnibus posset amari. Parentes gratia eius om
nia adiunabant sue pulchritudinis consu
luerunt quendam vatem si iste puer unquam
attingeret senectutem et si esset futurus
etatis longeve. Ille rendit. diu in quod
vivet si semetipsum non noverit. Puer
adultus et suis iam iuvenis tantum con
cepit de suo decore superbiam quod omnes con
tempsit amore tam iuvenum quam puel
larum. Tandem fatigatus quadam die de ve
natione divertit ad fontem quendam pu
rissimum causa potus sumende et dum biberet
ymaginem sue faciei in aqua vidit. Mira
batur visus ymaginis considerat frontem
crines os genas et oculos et adoret
ipsius ymaginis capitur. alloquitur yma
ginem extendit brachia ut eam amplecte
retur nichil invenit nisi aquam. offert os
culum et imago videtur [illegible] reddere
velle. si ridet puer et illa corridet
lacrimatur et illa deplorat. Hic igitur
exardescens in amore proprio langu
ens defecit et in flore sui nomen est
conversus. Iste puer per speciem elatus
in superbiam designat vane gloriantes
de fragili decore corporis quod cum dele
tantur de sui pulchritudinis venusta
te quod totaliter evanescit et ubi
homines esse debent inutiles flores
fient. Ysaie 40. Omnis caro fenum et omnis
gloria eius quasi flos agri. Isti diu vivent
vita sua si semetipsos non noscent.
In cuius figura Herodes occidit solis
Actuum 12. Herodes in superbia gloriatus
in pellibus et si despicit persona de

pulchritudine corporis gloriabatur quia non est
in ipsius facie similis pelle secundum doctores
glandem galiances quia tamquam terra
incepit. Theodes igitur absalon occidit
dum superbiens de specie gratiam intremit
que latebat in mente. Unde auctor
libri de Vanitate carminat tantum simul
seminium gratia quod in maltis iniuctur
agro absque comitatibus zizaniis
rarissime coalescunt. Pulchritudo
elegantia pulchritudinis tamen invenire
rigor fortitudinis aliquando procedam
et suavitas vocis libidinis quidem
perdonem efficiat castitatem fortitudo
audaciam iniungit audaciamque
ad dicas committendas compellit. Quia
hominum vocis amenitate peruenient
lascivia modestas ludicra prodigia
et iocosa sermonis amponunt. Et ille
2º delectatur aliquis vicio in specie alie-
na sicut ille senex sacerdos cui dixit
Daniel Semen Chanaan et non Iuda
species decepit te et concupiscentia conuertit
cor tuum. Dan. 13. Porro Susanna erat
delicata nimis et pulchra specie. Sic Ho-
lofernes occiditur dum intuente Iudith
speciem contemplatur. Iudith 16. Iudith
sandalia rapuerunt oculos eius pulchritudo ... dissol-
uit. Sic David captus est in specie Ber-
sabee 2 Reg. 11. Et hoc singulariter est cum
quis concupiscit speciem alienam propter
speciem mulieris multi perierunt et ex
hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.
Tertius est quod nichil est ita potens sicut pulchritu-
do ut cor hominis sicut concupiscentia et amor
sicut in omni signum fingunt poete
quod allegant aliqui Paridi Paris iudicaret
a pulchritudine ipsorum. Unde ad eum misse
fuerunt Iuno Pallas et Venus ut deter-
minaret qua digniori pomum aureum de-
beretur quod miserat dea discordie ca-
su ceciderat inter eas in quo pomo scri-
ptum erat in scripto pulchriori me habebit. Con-
tendebant igitur dee iste tres quod societ po-

Valde potes conpulsare cor gratia et decor

mu potius thesaurum Iuno promisit divicias
et regnum. Pallas laudem militie. Ve-
nus pulchriorem de genere mulierum. Hic igitur
paris non obstante pari iudicium subtilite
a concupiscentia compulsus. Unde et pomum
veneri adiudicavit donari. 2º notandum
quod inter delectationes temporales et eterna-
les interponitur differentia. Primus quod delecta-
tiones corporales secundum doctores sunt etiam
sicut quasi medicine et sunt tristicias vel oppo-
sitas. Unde nichil valent nisi tristicia
contraria precedente. Sed delectatio que est in quiete
temporum non placet nisi sit pressus et fatiga-
tus et delectatio in bibendo non acceptatur
nisi post sitim. Et delectatio que est in come-
dendo intenditur et augmentatur propter
famem precedentem et post dicta. Et
hoc concludit ibidem doctores quod nichil est
in nobis delectabile omnino quod non est quasi
hoc quod mutatur ab una dispositione
in aliam et illud quod placet homini etiam
vel delectabile in una dispositione est
idem abhominabile in alia dispositione
et hoc est ideo quia natura nostra non est simplex
sed composita ex multis. Et tamen mutatur
de dispositione una in contrariam. Unde constat
quod illud quod est delectabile homini secundum
unam dispositionem sicut comestibile famelicus
homini esurienti super eos ubi est delecta-
bilis et iam saciato sit eidem abhomi-
nabilis. Et propositum dicit doctores
quod deus est natura simplex invariabilis semper
gaudet una et simplici delectatione
qua scilicet in contemplatione sui ipsius. Cum
igitur ad statum divinum devenimus
per glorias dotes corporis et anime et
delectatio nostra sit una et uniformis
et perpetua. Propter illud in psalmo adim-
plebis me leticia cum vultu tuo de-
lectationes in dextera tua usque in finem.

Sed cum adhuc Sermo 116
Sitibus mortis equela et hu-
enim fortasse exeat dictum

ho dictum est delectationes eternales et temporales

querentes et volentes invenire. Etenim
cum operibus illius conversantur et in ipsis
debet ipsis si enim tantum potuerunt scire
ut possent estimare seculum quomodo huius
dominum facilius invenerunt. Postquam
declaravit viam et modum per quem genti-
les philosophi poterant devenire ad veram
cognitionem dei, ostendit quod de eorum negligen-
tia in hac parte nullam invenerunt excusa-
tionem. Et circa hoc tria facit quia primo ponit
cuiusdam excusationis allegationem,
secundo illius allegationis reprobationem, tertio
cuiusdam reprobationis confirmationem. Secunda
pars ibi Etenim cum operibus, tertia ibi Iterum autem
nec hiis. Allegatio ad excusandum
gentiles philosophos posset esse talis. Videri
enim posset quod in eis minor esset quere-
la quia pretendunt pro facto quod qui fe-
cerunt quod in eis fuit. Quesierunt deum
studiis et ingeniis disputationibus
et doctrinis et volebant eum inve-
nisse. Unde si non invenerunt non culpa-
bilis eorum. Confirmatio illius allegationis
est quod qui tunc temporibus dei sine lege discu-
tiendo conversabantur, studentes cer-
tas res creaturas a deo expressas
et invisibilia inquisierunt inveniendo
disputando et docendo concluserunt eum
deum qui omnia ~~visibilia~~ sensibilia
que videntur bona condidit et uni-
versa nostra. Ergo videtur quod si
potuissent ulterius absconditum ad deum
cognitionem in hoc nullus libentius accep-
tassent. Sed confutatio illius allegationis
cum sua reprobatione est talis. Si tantum sci-
verunt valere studiosi et ingeniosi quod
potuerunt acquirere eam estimationem
et aliqualem cognitionem de toto mun-
do scilicet de motibus solis et lune
et umbris arborum lapidum et
herbarum que est difficilior quam non
facilius horum dominum potuerunt
invenire presertim cum ipse dicitur
vincabimus sponte ingerat. Sapientie 6
preoccupat autem qui se concupiscunt ut
illis se prior ostendat. Et ideo sic ipsum
apud Lactantium placita. Sed cum ad hanc
in temporibus gentilibus vel colentibus ipsa creata
et electa minor est ut minor quam deos
colentibus ydola de quibus postea statim
dicetur. Ut minor querela est sed excusatos
esse videtur quod laus vera precedebat et
quod quoniam hii fortassis errant.
Et quod in hoc de fortissimis erunt excusa-
tionis insufficienter. Deum querentes et
se facientes quod in eis fuit. Et vole-
ntes invenire sed non valentes. Repro-
bationis confirmatio videtur esse. Etenim
cum conversantur et inquirunt, id est conversantur
per studium et inquisitionem, et in operibus
illius, id est dei, et manifestum est ex dictis
eorum quod persuasi sunt visu, id est vanitate prom-
probata. Quia bona sunt que videntur vel ipsa
sensibilia, sed hoc id est visus intelligitur sic. Iterum
cum nec hiis debet ignosci, quod et cum littera
de se plana. Sed contra istud ulterius videtur
esse illud supra positum capitulo 9. Difficile
estimamus que in terra sunt et que in prospectu
sunt invenimus cum labore, que autem in celis
sunt quis investigabit. Ergo non potuerunt
facilius invenisse deum quam estimare di-
cunt doctores quod aliud est cognoscere de
deo quod est et aliud quid est. Primum potuerunt
philosophi per creaturas, secundum fuit eis impossibile.
Sed quod non deum esse invenire de mirabi-
lium alter adducta obiectione. Secundo
dicendum primum in mente Augustini 18 de civitate capitulo 38.
Quod autem omnes philosophi gentes vel barba-
ros prophetis sanctis precesserunt a quorum
libris quod scriptos dei notitiam cognoverunt
et ideo deum esse statim a principio mundi
per Adam et filios suos exhibetur ipsi
cui dicto quidam dissenserunt quidam
assenserunt sicut modo de aliis articulis
invenimus. Isti ergo philosophi audientes deum
esse et fuisse a dei cultoribus predicatum

potuit quod regimen mundi et rerum univer-
marum gubernacionem totaliter assersisse. Et racio quare
erraverunt eorum vel negligencia vel mali-
cia fuit in causa. et quia propter revelacionem
ita magna divulgatam et apud omnes gen-
tes legibus utentes deum esse et quod
in omnibus notum ipsa apparet via notum
quod deus est. Ut Damascenus dixisse 2. Machabeorum
c. 3. Cognoscens condidi deum naturaliter nobis
insita est. Quamvis non ingenii naturali inves-
tigacione sed divina pocius revelacione dei
noticia omnibus fuit communicata. Unde di-
cit quod multos fidelium in deum ipsum deos
invenire quod sceleratum estimare quod hominibus utenti-
bus naturali ingeniis deus seipsum aliquo
modo revelet. vel per exteriorem informa-
cionem vel per interiorem inspiracionem. Confirmatur
illud quod nec aliquis dicit astronomiam ple-
rumque adinventam fuisse. Unde magister in
historia scolastica super Genesis de disposicione
filiorum Noe. Narrat Noe genuisse quendam
filium nomine Jonitum qui accepit a deo
donum sapiencie et invenit astronomiam.
Hic igitur addiscere potuit ad inquisican-
dum quantitate terre solis et lune. ita pote-
rant didicisse celestem deum unum. Quamvis
non invenerunt. Racio est quia non quesierunt
eum ubi manet. Non enim invenitur in las-
civiis voluptatum nec divitiis vanitatum
nec in torporibus carnalis concupiscencie et
lasciviis voluptatum quia Job 28. Non inve-
nitur in terra suaviter viventium. et Canticorum
3. In lectulo meo per noctem quesivi quem di-
ligit anima mea quesivi et non inveni.
2o invenitur non in divitiis vanitatum quia
Ezechiel 7. In regibus suis vadent ad que-
rendum dominum et non invenient. 3o non
invenitur in torporibus carnalis compag-
winitatis Luce 2. Requirebant eum inter
cognatos et notos et non invenientes
regressi sunt in Jerusalem sed invenitur in
presepio auste pertinente Luce 2. Invenietis
infantem pannis involutum et positum in
presepio. in domo invenitur de quo Matthei
2. Intrantes domum invenerunt puerum cum
Maria matre eius. et in templo contempla-
cionis devote Luce 2. post triduum in-
venerunt eum in templo. Erraverunt igitur
ista persona circa deum et celestia propter ni-
miam distanciam. Ut enim Basilius quod
nimia distancia facit disparem circa tria vi-
Circa { quantitatem / qualitatem / figuram } || Circa quantitatem et
ponit exemplum de sole
qui propter nimiam
distanciam a nobis apparet unius pedalis
quantitate in dyametro. Circa quantitatem et ponit exemplum
de velis navium que cum sint albe ap-
parent a multis distantibus eis esse ni-
gra. Circa vero figuram propter distanciam
et ponit exemplum de turribus que cum qua-
drate propter nimiam distanciam apparent
esse rotunde. Unde auctor de visu
prospectiva quod rectangule magnitudes e distancia
visu perspecte apparent ubi habet alia littera
aspectu quadrangula per distanciam rotunda
apparet. Racio est quia in magna distancia
anguli quadrati non immutant visum quia
anguli visus per elongacionem visu tran-
sire contingit. Dicit de prospectiva 3 cum sub li-
bro. Astronomi predicti elongati a celes-
tibus erraverunt circa subiecta gloriam tripliciter
quia circa eius quantitatem non considerantes
quod magna multitudo dulcedinis tue
domine. Circa eius qualitatem non conside-
rantes quod nec auris audivit nec in
cor hominis ascendit gloria quam deus se
diligentibus preparavit. Circa eius figuram
non considerantes quod stabilis sit et eter-
na. Est enim in quadro posita sicut dicitur
in Apocalipsi. Ipsi autem dicunt eam esse ro-
tundam et volubilem et caducam.
Infelices autem Sermo 171.
sunt et inter mortuos spes
illorum qui appellaverunt deos
opera manuum hominum aurum et

Deus non invenitur in lasciviis nec in divitiis

predictos tripliciter erravit circa subiecta gloriam

argentum artis invencionem et simi-
litudinem animalium aut lapidem
inutile opus manus antique.
Postquam prius reprobavit ydolatras
colentes naturales creaturas. In hac parte
consequenter agitur reprobat ydolatras
qui colunt imagines et artificia-
les figuras. Et circa hoc duo facit
primo agit de ydolorum multiplicia
duplicitate. 2o de adoracionum stulticia
et fatuitate. 14o capitulo ibi Et de stulti-
cia. Circa primum dicit Sed ipsos quos
coluerunt ydola in materia metalli. 2o quo-
modo in materia lignea et lapideali. 2
ibi Aut quis artifex. Circa primum di-
cit Infelices autem sunt etc. Et nota
infelices. Est enim felicitas secundum
operacionem hominis secundum virtutem in vita per-
fecta id est perpetua vita. Felicitas secundum
autem operacionis humane intelligencie et
amore dei unius. Isti aberrantes
et colentes imagines falsas dicuntur
nimis infelices. In parte. Contra et
infelicitas in unius consistit. Dolet ergo
dia sic metra. Tres infelices
mundo nominatos esse. Infelix qui
pauca sapit spernitque doceri. Infelix
qui multa sapit spernitque docere. Infe-
lix qui recta sapit docet operatur iniqua.
Et omnibus modis ipsi infelices
sunt ydolatre. Primus quidem quia cum pau-
ca sapient spreverunt deum per illa
investigare et sic se et suos docere.
2o quia cum multa recta sapiunt demo-
nibus in arte operabantur iniqua ydo-
la venerando. Infelices ergo sunt
propter eius fidei privacionem et propter eternam
desperacionem. Unde subdit Et inter
mortuos spes illorum quod dicitur. Sicut
de mortuis nulla est spes quod redeat
ad vitam naturalem. Ita nec de istis nisi
est spes quod ad vitam gracie possint redi-
re. Qui appellaverunt deos opera

Dedalus primus inventor ydolorum

manuum hominum aurum et argentum
in parte sic. Simulachra creaturarum auri et ar-
gentum artis invencionem id est ydola nova arte
excogitantes. Dicitur autem Dedal-
dus primus fecisse ydola primus,
necnon secundum magistrum in historiis scolasticis
super librum Iudicum de quibus Gedeonis
et similitudinem animalium sicut supra est expositum
Coluerunt enim simplices serpentem dra-
conem et omnium aliorum animalium. Aut lapi-
dem inutilem quia ad nullum usum vite
deserviente. Opus manus antique
quia olym plus numinis credebatur in
antiquis ymaginibus quam in novis propter
vetustatem. Solent enim vetule dicere
quod ymagines 60 annis a fabricacione
sua sortiuntur virtutem. Quia in hac lectione
vituperantur adoratores ymaginum.
Ideo est dubitatio litteralis Utrum liceat
xpianis imagines aliquas adorare.
Et quod non quia Exodo 20 Non facies tibi
imaginem neque ullam similitudinem. Si-
cut enim [illegible] non licet facere multo forcius
non licet adorare. Item de istis alias
vituperantur in scriptura ydolatre nisi
quia adorant opus manuum suarum. Sed
patet in hac lectione ymagines sunt opera
manuum hominum de auro et argento
lignis et lapidibus. Item in canone
scripture nichil tale legitur esse datum ergo
superstitiosum videtur tales imagines in-
troducere. Ad oppositum est ecclesie consuetudo
et Dam. c. Damas. c. 8 qui intitu-
latur de sanctis ymaginibus ubi
allegat dominum Basilium dicentem quod
honor imaginis ad prothotipum
id est ad exemplar. Ad ista concorditer
Rudz c. sr. 3. d. 9. q. ymago potest
dupliciter considerari vel secundum quod est res quedam
vel secundum quod est ymago. Primo modo nullus
honor debetur sicut nec ligno nec
lapidi. Secundo modo idem motus est in ima-
gine et in ymaginato et ideo idem

Utrum xpianis aliquas ymagines adorare liceat

honor et ullo debetur ymagini et
illi cuius est ymago. Sed cum ista res
ponsione obicias primo quod latria est honor
soli deo debitus sed nulla imago est
deus igitur nulli imagini debetur ta
lis honor. Ista contradictionem includit
dicere quod latria sit honor soli deo debi
tus et tamen quod debeatur imagini cris
ti et cristo. Quod si idem honor debetur
imagini cristi et cristo idem honor
debetur lapidi et cristo et per consequens
idem honor debetur deo et creature quod
non est concedendum. Quod quia honorat ad ho
norem latrie constat illud esse deum quod
sic adorat. Sed licite potest prestari et co
stat adorando esse deum. Ideo aliter
potest dici quod nulla adoratio debetur ima-
gini nec licet imaginem adorare. Sed et
adoratio est ipsum deuotione et adore
rimus et ista nullo modo ... in aliqua
creatura dirige quod cum ymaginem
cristi excitamur ad adorandum cris
tum et coram imagine adoracionem
nostram firmamus deum large loquendo
quod imaginem adoramus. Unde videtur
michi dicendum quod non adoro ymaginem cristi
quod lignum nec quod ymago sed adoro
cristum coram imagine cristi quia est
imago cristi et excitat me ad a
dorandum cristum. Et sic exponit Dam.
li. 4 ubi dicitur. Quod sanctorum ymagines
dicantur adorari hic intelligo sic
quod ymaginis representacionem licet non
coram imagine sanctum cuius est ado-
rare. Et eodem modo intelligo Thom.
et Bapt. et totam ecclesiam nec
video quod non bene esset dictum quod eo
honore honoratur imago et deus cuius
est imago. Sed ad hunc contra utraque
via arguitur quod si debeo adorare
ex commemoracione ymaginis multo ma-
gis ex commemoracione ymaginis videtur
quod verior imago dei est in homine quam

ciam et verior ymago est vivus homo
quam imago lignea vel lapidea quo licet
et debeo adorare deum vel cristum coram ho-
mine potius quam coram ymagine. Item dato
dicendum quod homo vivus licet ipse magna nobili-
tate. Unde si adorarem possum presumi quod
ipse sic adoraretur ymago autem lignea
nichil boni habet vel momentum quare
coram ea debeat adoracio fieri. Et ideo
statuit ecclesia quod potius coram ymagine
fiat adoracio quam coram homine. Quis quidem
sic deum adoraret excitatus per hominem
quis est ymago dei in nullo peccaret nisi
forte per accidens racione scandali quod
alii possent assumere. Unde. Sed est
aut novum quod usus ymaginum in ecclesia
introduxerunt apostoli licet hoc in canone
biblie nullibi exprimatur. Unde allegat
Dam. li. 4 c 8 preallegato. Quod memor
ad ... pervenit quod beatus Lucas scripsit
ymagines tam cristi quam matris sue
et quod ille ymagines habentur in Ro-
ma et quod in aliis alie fuerunt depicte
quod olym antiquis habebantur. Ymo nar-
ratur in ecclesiastica historia quod cristus
Abagaro gestiendi civitatis regi qui
pictorem suum miserat ad eum ymaginem
suam ipse transmisit. Cum enim pictor non
posset speciem cristi racione visus sui de-
figere propter claritatis choruscacionem cris-
tus devocionem regis attendens vestimentum
suum faciei applicuit et sic propriam
imaginem ei misit. Sic narrat Dam.
ubi prius. Sunt autem triplex causa in-
stitucionis ymaginum in ecclesia. Primo ad
instruccionem laycorum quibus ymagines
adhibeantur loco libri. 2o ut incar-
nacionis misterium et sanctorum exempla
nobis et frequencius et recencius insi-
gnentur. 3o ad excitandum devocionis
affectum qui magis ex visis quam ex
auditis causatur. Et per hoc patet ad ro-

posset licite honis imagini cultu latrie

nota hic de adoratione ymaginum

Quare non potius imago hominis adoratur quam lignea

nes utriusque pro. ¶ Circa simulacrorum
adinvencionem nota primo. Ysidorus ethimologiarum
8 c. 11. Simulacrorum usus exortus est
per affectionem ad mortuos. constituebant
effigies vel imagines ut mortu-
os vivis representaret. post hec demo-
nes illa simulacra sunt ingressi et
responsa dederunt et se coli a ma-
lis et perditis hominibus persuaserunt.
Simulacra autem dicuntur vel quia sunt
similia vel quia sunt simulata atque
ficta per dei. sicut quod ysmahel primo
simulacrum fecit ex luto. gentiles
dicunt prometheum simulacrum homi-
nis primo finxisse de luto ut ab eo di-
citur arte fingendi statuas adinventa.
Unde et poete ab eo fingunt homi-
nes primo factos fuisse. loquitur post
effigiem hominis quas efficit apud
grecos cicrops primus simulacra reperit
aras erexit et sacrificia instituit
primus id est theodoli. Regnis atropi de-
lectatur ea litandi. ille homo primus
[illegible] viscera pro hostia [illegible]
statuit que posteris celebravit.
Condidit athenas adiunxit nomine
pallas id est minerva adiuvit nomine suo
quia ab ea athene civitas vocabatur
quia minerva grece dicitur athena. causam huius
vocabuli augustinus enarrat 18 de
civitate dei c. 10 allegans
Cum enim repente illa civitate duo
in alia apparuissent. unum videlicet ar-
bor olive. aliud fons aque. cicrops
qui tunc temporis regnabat ibidem motus
de ipsis prodigiis misit apollinem
delficum consultum quid hoc esset faciendum.
Apollo respondit quod olea significaret
minervam unda neptunum. esse quia
in potestate civium ex cuius illorum deorum civi-
tas vocaretur. rex hoc hos cives
utriusque sexus convocavit. mos enim
erat. Tunc quod femine pariter consulta-

cionibus interessent. consulta igitur multitudine
mares pro neptuno femine pro minerva
~~tulerunt~~ tulerunt sententias. et quia una plus in-
venta est feminarum vicit neptunus. igitur
ira motus marinis fluctibus exestuan-
tibus terras atheniensium depopulatus est
cumque ut iracundia placaretur triplici
supplicio femine atheniensium sunt punite
videlicet ut nulla ulterius darent suffragia ut
nullus nascentium nomen acciperet maternum
ne eos athenas vocaret ne [illegible]
nomen haberent quod victe fecerunt votando

Lectio 178

Quod si quis artifex faber de silva lignum rectum
secuerit et huius docte radat
corticem omnem et arte sua usus di-
ligenter fabricet vas utile in con-
versacionem vite. reliquias autem
huius operis ad preparacionem esce abu-
tatur. et reliquum horum quod ad nullos
usus facit lignum curvum et vorticibus ple-
num sculpat diligenter per vacuitatem
suam et per scienciam sue artis figuraret
illud et assimilet imagini hominis ali-
cuius aut alicui ex animalibus illud comparet perlini-
ens rubrica et rubicundum fuco faciat
colorem illius et omnem maculam que in
illo est perliniens et faciat ei dig-
nam habitacionem et in pariete ponens
illud et confirmans ferro ne forte
cadat prospiciens illi sciens quoniam
non potest adiuvare se ymago enim est
et opus est illi adiutorium. ¶ Postquam
redarguit sapiens ydolatras colentes yma-
gines de materiali [illegible] puta ydola
aurea argentea et lapidea. ¶ In hac
parte diminuentes colentes simulacra
in materia ~~lignea~~ lignea. ¶ Et circa hoc
facit. nam primo tales ydolatras rep-
rehendit et deridet ratione malicie compos-
icionis. 2o ratione formalis composicionis

dicit

Circa invencionem simulacrorum nota hic

quietu ad malé compositionem sunt inutiles derelicta · i · tam arti deficientes ligni magni de silva dimidiat illud in tres partes de una forte fiat aliquod vas vel instrumentum necessarium ad vitam sicut bigam · navem · aratrum De alia parte que est superfluitas derelicta a tali vase fiat sub igne ad coquendum cibos · De tertia parte que est plena gibbis et nodis de qua nichil ad vitam humanam necessarium fieri potest fiat ydolum sculptum · Est igitur illud comedendum quod est tertium vitu cum eo quod combussit · et cum eo de quo aratrum fecit Dicitur quod quantum ad litteram sic dicitur
sic quod artifex faber vel lignarius secuerit
sed fecit secari lignum rectum de silva et
humi ligni ducte · i · artificialiter
eradat corticem omnem eius exteriorem
et interiorem · et arte sua usus diligenter fabricet vas utile · Talem
enim modum loquendi habet Virgilius ubi
dicitur Inquit imprudentibus nocuit uber
imprudentibus · i · valde prudentibus
vos contra · Item imprudentem non videbis
imprudentem secundum unam expositionem
et sic actum utile · i · valde utile
Secundum vero quod dicit papias aliquando significat idem
quod valde ut in exprimit · aliquando idem est
quod non ut invalidus · aliquando idem quod intus
ut benedicta tu in mulieribus · aliquando
idem quod ad ut impulit in latus · i · ad
latus · aliquando accipitur pro cum ut in
baculo meo transivi · i · cum baculo ·
Inde qui retinet nervis adiuvat et
auget · Iuvat in compositione sicut invalidus
invalidus · auget in compositione quando accipitur pro valde · et sic accipitur in
composito cum dicitur vas utile · i · conveniens
vel reliquis operibus · i · ad comparationem
esse abutebantur eo quod esset

Quid hic de illa ... in qua intelligitur ponitur

apud musicos · homo re aliqua utitur · quando
per usum salvatur substantia sicut utor equo ·
in progressu ad usum · Sed quando res non manet
per usum sed destruitur tunc libere
homo abutitur · Unde conceditur quod homo
abutitur cibis et potu et non utitur ipsis
Et ipso modo quod sic quod comburitur de ligno
destruitur · dicitur quod artifex eo abutitur
Alio theologi vocant abuti male uti
sed hic non est ad propositum · hic enim utitur translator antiqua consuetudine et dicit · Reliquiis
abutitur · quod apud modernos uti
et abuti coniungunt post se ablativum
casum et antiqui accusativum · Unde secundum
hic reliquias pro reliquiis accusativo pro
ablativo · Et reliquum horum · i · innaturale
lignum et vorticibus plenum idest
i · gibbis et nodis · Apud enim antiquos
vortex vorticis · Unde littera secundum
hec est vorticibus · secundum Rabanum et modernos
hunt verticibus · sententia non mutatur
Vortex autem appellatur circulus revolucio aque · Insculpat diligenter
per vacuitatem suam · i · quando vacat homo
dependentibus ydolatria · quantum ad forte
dispositionem · Dicitur quod est sculptura sculpere de
par · i · per scientiam artis sue figuret id
secundum quod de ea statua ubi nichil nomen
causat sed removet partes ad invicem
sed assimilat imagini hominis · vel comparet
et imaginem verum qui scriptum hominis
habitantem in domo · aut alicui ex animalibus illud competit et assimilet · Et
apris depingebant in ipse homini habens
in figura aliquis · qualis in species
canis · Composita dispositione figura communis
subdit dispositionem coloracionis · et
dicit · perliniens illud lignum rubrica
· i · colore rubeo · vel rubrica appellatur
instrumentum in quo rubricatur · Mars enim
et pallas · quod unus deus bellorum
et alia dea cruenta pallens [illegible]

Qualiter intelligitur homo abutitur cibis et potu

gebat(ur). Sup(er) n(on) igneo colore pictus
est p(ro)pter fulgore(m) fulgidus et chorusca-
cionis. Aliqui libri habent rubrica
media corrupta q(ue) e(st) i(n)strumentu(m) q(u)o
utunt(ur) mulieres ad (com)planand(um) et ad
poliand(um) lineas uestes. omnia dimi-
nutiuu(m) e(st) rubricella (quia) (enim) hic i(n)stru-
mentu(m) lenit et n(on) linit n(on) conv(en)it
dat hunc litte(ram) q(ue) e(st) plinicis. Est
e(ni)m linire liniendo iungere. Vnde
rubrica i(n) p(ro)posito accipit(ur) p(ro) colore
rubeo. Vn(de) terra rubica vocat(ur) a
rubedi(n)e. (com)muniter. Ethi(m)ol(ogiarum) 19 lib(r)o 11.
Et rubicu(n)dum faciens fucos colore
illius. Fucus e(st) equiuocu(m). Vno m(odo) sig(nifica)t
colore(m) fictu(m) uel adulteru(m). alio
sig(nifica)t quodda(m) genus apis. 3(o) m(odo) idem
e(st) q(uod) medicamen uel ypocrisis. Vnde
metr(ice) [illegible] Fucus apis medicamen fal-
sus color atq(ue) fictus. In p(ro)posito ac-
cipit(ur) p(ro) colore adulterino q(ui) natiuu(m)
colore(m) occultat et aliu(m) pretendit
et omne(m) macula(m) q(ue) i(n) ligno e(st), i(d est) lig-
nis deq(ue) subalit statuaz plinices
i(d est) tingens ut occultet(ur) sub co(n)ueniens
colore. Posita imaginis malis co-
posicione et formali dispositione
hic subiungit de ea(rum) dispo(siti)o(n)e(m) y-
dolatrius r(ati)one localis si(tu)acionis
dicens. Et faciet ei digna habitac(i)o(n)e(m)
q(ui) ponit tales imagines i(n) pulcher-
rimis templis i(n) p(ar)iete ponens illud
i(d est) ydolu(m) ponit talis ydolatra in
eminenti loco pictus. Confirmans ferro
ne forte cadat. Sicut fecit Dagon ad
p(re)senciam arche dei. 1 R(egum) 5. Dagon p(ro)-
nus iacebat cu(m) archa (pro)piciat(ori)i ille
ne cadat sciens q(uia) n(on) p(otes)t se iuuare
imago (quia) imago e(st) tantu(m) et n(on) deus
et opus e(st) illi adiutorio deus et
ullomodo p(otes)t adiuuare. Faciet ei dig-
na habitacione(m). Virgo gloriosa facta e(st)
ipso ope (con)stitucio digna dei q(ui) ip(s)ius
corpore filius dei carne(m) assumpsit. In

p(ro)s. Elegit deus syon elegit ea(m) i(n) habi-
tacione(m) s(ib)i. Syon interp(re)tat(ur) specula et
virgine(m) beata(m) figurat que n(ost)ra specula
altissima et preminens p(er) uite excelle(n)-
ciam extitit. Eccl(esiastici) 24. Exaltata sum
terra habitacione(m) mea. Digna facta est
ista habitacio p(ro)pter te. Lectio 179

Et de substa(n)cia sua et de filiis
suis et nupciis uotu(m) facia-
(n)t faciens i(n)q(ui)r(i)t. Non
erubescat loqui cu(m) illo q(ui) sine a(n)i-
ma e(st) et p(ro) sanitate quide(m) infirmu(m)
deprecat(ur) p(ro) vita mortuu(m) rogat
et i(n) adiutoriu(m) i(n)utile inuocat et
p(ro) itinere petit ab illo q(ui) ambulare
n(on) p(otes)t et de acquirendo et operando
et de om(n)i(um) reru(m) euentu petit ab eo
q(ui) i(n) om(n)ibus e(st) i(n)utilis. Postq(uam) re-
darguta sit ydolat(ria) de culpa ydo-
lor(um) diuersitate in ista p(ar)te p(ro)sequit(ur)
de ea(dem) i(n)sania(m) stulticia et fatuitate.
Consistit aute(m) in sup(er)sticiosa cultu ydolo-
ru(m) fatuitas in tantu(m) q(uod) ydolis suis
(com)mittunt vota. porrigunt supplicaciones
et oraciones ac si eas intelligant de
o(mn)ibus negociis q(ue) a(d) iuuitaz h(ab)ui(sse)nt
(con)tingunt. Primo igit(ur) deridet(ur) ydo-
latr(ia) de cultu que exhibent p(ro) ne-
gociis q(ue) (com)mittit(ur) i(n) terra. 2(o) deridet(ur)
p(ro) cultu que exhibet p(ro) negociis q(ue)
(com)mitt(un)t(ur) in aqua. i(bi) Post tempus se(cundu)m
aliq(ui)s nauigar(e) cogitans. Circa primu(m) duo
faciat q(uia) primo deridentur de uotor(um)
(pro)missione. 2(o) de cultor(um) oracione. ibi
Non erubescat loq(ui). Quantu(m) ad primu(m)
d(icit) Et de substa(n)cia sua quantu(m) ad bona
fortune q(ue) sunt diuicie. et de filiis
suis quantu(m) ad (pro)lis successione(m). et
de nupciis co(n)trahendis p(ro) se et p(ro) filiis
votu(m) faciens i(n)q(ui)rit. ab ydolis suis
Votu(m) diffinit(ur) diuersis s(ecundu)m. Votu(m)
e(st) alicui(us) boni cu(m) deliberacione facta p(ro)missio

Nota hic diffinicionem voti diuersis.

Alr amigro omnes li. q. d. 38 c. 1
Votum est testificatio quedam promissionis spon-
tanee promissionis que de deo et hiis
que dei sunt fieri debent. Ubi votum
enim necessario requiruntur tria. Deliberacio
proposita voluntatis promissio saltem ubi
iudicis et hec sufficiat quo ad deum
vel ubi sensu sit exterius que requiritur
quo ad ecclesiam. ydolo non inchil hoc
intelligenti sentencia est vere. 2o de-
videt scilicet ydolatrias de porrigendo
supplicaciones ydolis etc. Non eru-
bescit loqui cum illo quod sine anima est
vegetativa sensitiva intellectiva. Et
non debet erubescere supplicare taliter
vel loqui tali cum ipsum (?) et sit racionalis
et tamen tale ydolum infirmum i. impotens
de sanitate temptatur et pro vita omni-
tum rogat mortuum per lignum ari-
dum vel mortuum i. non vivente sed la-
pide equaliter et adiutorium inuti-
le invocat sicut fecerunt sacerdotes
Baal. 3 Regum 18. Invocabant nomen
Baal de mane usque ad meridiem dicentes
Baal exaudi nos et transiliebant
altare quod fecerant et incidebant se
iuxta ritum suum lanceolis ut san-
guine perfunderentur. Demones cum plurimis
delectantur in oblacione sanguinis humani.
Et tunc illudens dixit eos Helias
dicens Exaltate clamorem forte
deus vester dormit aut cum alio loqui-
tur aut in diversorio est. Iste futurus ydo-
latra petit pro itinere ab eo qui ambu-
lare non potest et de acquirendo in nego-
ciacionem et de operando petit ad
opus inchoacionem cum potest fortui-
ta cum non. et breviter de omni eve-
ntu petit ab eo qui in omnibus inuti-
lis est. De observacionibus futurorum
eventuum per signa relatarum ad eos
ordinata loquitur reprobando per hec

votum

Necessaria ad votum tria requiruntur.

libro Augustinus de doctrina xpiana c. 20 et
tales observaciones supersticiose sunt
sicut aliqui cum vident vestes a sorici-
bus rodi timent de aliquo infor-
tunio eventuro. Unde legitur Katho
quendam bene dixisse qui cum per mira-
bili signo infortunatus nunciavit
caligas esse a soricibus corrosas. Re-
spondit non est mirabile sed mirabile fuis-
set si caligas sorices corrosissent.
Ad ista pertinet si quis surgens de
lecto ad lectum redeat quia sternuta-
vit antequam se potuit calciare. Item
cum homini singulariter dicitur teneas
manum dexteram pollice manus
sinistre. Item cum pro malo accipitur
si duobus amicis simul ambulantibus
puer medius intervenerit vel ali-
quod aliud vel estimatur enim quod ami-
cicia incipit dividenda. Similiter
est redire domum si quis statim procedens
offendit. et tales multas similiter
observancias ibidem recitat Augustinus.
tale est hiis diebus quod venatores
si eundo fratribus obviant pro illo die
de capcione diffidunt. Ipsius et
caracteres caractu et omnium figuras
excepta figura crucis et invocacio
nominum signorum et alligaciones cedularum
de cervicis ad collum [illegible] et
multa talia ad supersticiones pertinent
secundum eum. Et sunt quedam reliquie ydo-
latrie. Sed hic potest esse dubium utrum
observaciones signorum ad prognosti-
candum eventus futuros sint licita vel
supersticiosa. Videtur quod sint licita quia
licitum est illis uti que antiqua per plura
experimenta probaverunt esse verum
Sed multa probaverunt quod occursus reli-
giosorum est signum frustracionis
artis venatorie. igitur licet illis uti

Nota hic multas supersticiones vanas

et secundum hoc procedere vel dimittere. Item experiuntur quod in itinere ad labores vel itinera certis diebus periculosa sed eciam periculosum et tediosum quia licet observare et vitare. Ad oppositum est Augustinus 2 de doctrina christiana c. 20 ubi docet quod omnes tales observaciones pertinent ad quedam pacta significata vel cum demonibus inita. Ad istud dicendum quod talia que observantur vel futurorum eventuum vel observentur ut causa illorum eventuum vel ut signa tantum. Si sunt causa considerandum est an possit esse naturalis causalitas vel futurum vel non. Dicere non est peccatum observare illud sicut quando videmus aerem nebulosum coniicimus quod pluvia erit vel ad tale. Si non nulla causalitas posset attendi sed tantum dicitur quod istud significat talem eventum futurum sicut cum pice pice garriunt significatur adventus hospitum, quia ista significacio non est a deo constituta. Dicunt doctores quod tales observaciones quasi quedam signorum sunt introducte ab humana vanitate cooperante demonum malicia qui gaudent implicare homines in vanitatibus et erroribus. Et in principio casu accidit quod tale signum et talis eventus sequebantur et postea cum homines ceperunt talibus indulgere multa sequebantur per operaciones demonum ut homines magis fierent curiosi et amplius in talibus superstitionibus radicati. Unde cum nulla racio possit esse quare occursus serpentis vivorum venacionem impediat cum est licita et a personis querentibus licite exercetur, manifestum est quod hec est de superstitione et erronea. Hec est opinio ... ex parte istius signi. Ad racionem per predictum quod homines deceperunt per cooperaciones demonum propter eorum peccatum credulitate precedente. Et ideo observatores talium multa incommoda recipiunt propter eorum falsam fidem quam alii non nulla.

tamen paciuntur qui de talibus non curant. Sed de ymaginibus astronomicis que fiunt certis temporibus placitis constellacionibus in quibus dam locis celi determinatis dubium est an liceat tales imagines facere et talibus facere uti. Sicut temporibus meis quidam in Londoniis dicebatur curare a quartana per imaginem leonis auream secundum certas constellaciones factam. Hic est difficile dicere quid est verum propter innumerabiles operaciones coram. Sed hoc est certum quod nichil est homini licitum quod per naturam compleri non potest. Videtur tamen Thomas 2a 2e q. 96 et allegat Augustinus 10 de civitate dei. Opinio Porphyrii falsa fuit de imaginibus talibus constructis. Verum est quod res naturales formas suas et virtutes consequuntur ex corporibus celestibus. Sed imagines artificiales nullam virtutem consequi possunt ab arte nec aliam virtutem habere possunt a corporibus celestibus nisi quam habent racione materie. Figura autem non est principium alterandi et non habet aliam virtutem causandi. Aurum talis imaginis quantum ad aurum aliquam figuram. Sed si aliquem effectum habet hoc est operacione demonum qui sunt ludificatores hominum secundum Augustinum. Et si tales imagines astronomice virtute operantur per demones cuius signum est quod oportet illud illis ymaginibus quosdam caracteres imprimi qui ad nichil naturaliter operantur. Unde ymagines astronomice et nigromantice in hoc differunt quod in factura nigromanticarum imaginum fiunt expresse quedam invocaciones demonum. Unde pertinent ad expressa pacta cum demonibus inita. Sed in factura astronomicarum sunt pacta tacita cum demonibus per quasdam caracteres et figuras ab ipsis demonibus adinventas quorum caracterum signis demones satisfacientibus suffragantur. Adhuc de carminibus et obligacionibus circa colla personarum infirmarum in quibus continentur verba evangelica vel nomina

preparat possit esse dubium an talia sint
superstitiosa. Dicendum quod si parte talia verba
evangelii alligentur ut deus adeo ap-
persone placate aquis innuet super-
deus eorum nichil mali est. Sed qui putant
quod illa verba expressa virtute curent febres
et prohibeant morbum caducum et similia
quod cum illis verbis admiscentur caracteres
ignoti et nomina extranea. Similiter non permit-
titur quod persona portans sciat quando scribi-
tur, non est dubium quin ibi sit superstitio.
Unde Crisostomus super Matheum: Quidam aliquam partem
evangelii scriptam circa collum portant. Nonne
cotidie evangelium in ecclesia legitur et auditur
ab omnibus? Cui ergo in auribus posita evangelia
nichil proficiunt, quomodo poterunt eum circa collum
suspensa iuvare? Deinde ubi est virtus
evangelii, in figuris litterarum an in intellectu
sensuum? Si in figuris, bene et circa collum sus-
pendis; si in intellectu, igitur melius in corde
posita proficiunt quam circa collum suspensa.

Iterum alius navi- Capitulum 14
gare cogitans et Lectio 161
per feros fluctus iter facere incipiens
ligno portante se fragilius lignum
invocat. Illud enim cupiditas ac-
quirendi excogitavit et artifex
sapientia fabricavit sua. Tu autem pater
gubernans providentia quia dedisti
et in mari viam et inter fluctus
semitam firmissimam ostendens quoniam
potens es ex omnibus sanare, etiam
si sine rate aliquis adeat mare. Sed
ut non essent vacua sapientie tue
opera, propter hoc et exiguo ligno cre-
dunt homines animas suas et transe-
untes mare per ratem liberati sunt.

Postquam descripsit ydolatrarum fatui-
tas invocacione ydolorum pro negoci-
is que geruntur in terra, hic ac pro-
cedendo describit fatuitas eorum in suppli-
cando ydolis pro negociis que geruntur
in aqua. Hic autem fatuitas ostenditur per
comparacionem ydoli facti de ligno ad
navem factam de ligno. Cum enim
utrumque factum sit de lignis et na-
vis sit fortior et utilior et nobilior
quia a sapientia divina ordinata. Genesis 6: Fac
tibi archam de lignis levigatis. Ydo-
lum non sit a sapientia humana. Ideo minor fa-
tuitas foret adorare navem quam ydo-
lum. Racio huius littere talis est: primo reprehendit
ydolatrie vanitatem, secundo ostendit ydoli
superstitiosa utilitatem, tercio navis fructu-
osam commoditatem. Secunda pars ibi Illud enim,
cepi 3a ibi Tu autem pater gubernas. Circa
ad primum dicit: Iterum aliquis ad vestigium ydo-
latra navigare et per feros id est feroces
fluctus iter facere incipiens ligno por-
tante id est navi fragilius lignum invocat
id est ydolum quod fragilius est quia ydolum
factum sit de lignis valde debilibus et na-
vis sit de lignis fortissimis et for-
tissime compaginatis. Quod autem navis
melior sit et utilior ydolo probatur
quia ydolum fabricatum est sapientia humana
et propter cupiditatem ut artifex pro pul-
chritudine imaginis consequeretur plus
mercedis. Sed navis fabricata est a sa-
pientia divina conpletive hominibus pro corpo-
rali salute sicut de Noe dictum
est. Illud enim id est ydolum cupiditas ad-
quirendi tam artifices quam in sacer-
dotibus et pontificibus ydolorum excogi-
taverunt quia isti qui serviebant ydo-
lis et receperunt oblaciones et
proficua eis, sic zelaverunt omnino quod
ydola forent pulchra et artifex
sapientia fabricavit sua non divina. Sed
quia navis ad vivendum dicitur esse de di-
vina providencia. Sed possit aliquis dubitare.

Nota quod quedam verba evangelii ligant circa collum etc.

probatur quod navis est utilior et melior ydolo

Qui deus sine nauis adiutorio pos-
set homines in mare saluare. Et ideo
primo ostenditur quod potest / 2o declaratur
nauis commoditas magna ibi
Sed ut non essent uacua. Patet ad
primum dicit Tu autem pater gubernas quia ipse
omnia Sap. 6. Et in omnibus prouidentia ac
erit illius Quoniam dedisti in mari ui-
am .i. in mari rubro Exo 14 et inter
fluctus semitam firmissimam inter
fluctus iordanis fluuij Josue 3
Omnis populus per arentem alueum
transibat. Ostendens quoniam potens es ex
omni saluare .i. ex omnibus periculis salua-
re et in omnibus locis uel elementis
homines liberare. Sicut ab igne saluauit
abraham secundum hebreos Gen 16. Ego
eduxi te de ur .i. de igne caldeorum
et tres pueros missos in fornacem
Dan 3. In aere sal[uauit] lat[ronem] pen[dentem] Luc
22. In aqua yonam Jone 2. In terra
lazarum Joh 11. Et iacob sicut sine mari-
nis adeat mare. Quis fides in
deo sicut patuit in petro Mt 14. Descen-
dens petrus de nauicula ambu-
labat super aquas Vanas secundum [illegible]
ig [illegible] c. j. Sunt prima et anagogice
secundum genus nauigij ex uariabus
lignis assibusque confecta ad omnem
pluralitatem nauis fiunt sicut Vanas
ad modum quadrati dicit et la-
tus nauis Unde quasimodo pro-
ra puppis nauis pes dicitur ultima
puppis Datur esse ratione uel
dic esse carina Et secundum hoc erit
in synodoche ut ponatur pars
pro tota naui. Vltimo confertur et ex-
tollitur nauis commoditas quod licet
posset deus in mente ipsa homines gu-
bernare in mari tamen uoluit hominis
prudentia nauifactiua Vt non
essent uacue sapientie .i. opera
uacua et infructuosa et inutilia

apparet hic exiguo ligno credunt homines
animas suas .i. uitam suam temporalem. Et
transeuntes mare per ratem liberati sunt
.i. per nauem. Exiguo ligno credunt
hic animas suas. Iste cursus moraliter potest dici
modicum lignum quod est uictus qualiter
lignum per fructus fertilitate de
cuius modicitate Hebr 2. Cum quod modi-
cum minus ab angelis minoratus est ui-
demus ihesum. De huius ligni fertili-
tate Gen 3. Erit tamquam lignum quod
plantatum est secus decursus aquarum quod dat fructum suum
in tempore suo. Istud lignum fuit planta-
tum in terra benedicta in incarnatione. Hic
est in ligno gloriosa. De qua in psalmo Be-
nedixisti domine terram tuam. Illa terra est bo-
na que bene culta reddit fructum 30 60
et 100. Sed illa est multo melior et
benedicta que sine labore uel cultura pro-
ducat optimum fructum et infinite
bonitatis. Talis fuit beata virgo que sine
ullo subsidio genuit cristum in mundo.
Et ideo bene dicitur Benedixisti domine
terram tuam specialiter singulari appre-
tiate. Et sicut lignum plantatum in terra
solidat terram ex omni parte et pra-
dices suas colligat et constringit
ne defluat. Sic iste cursus plantatus
in virgine ante sua eam solidauit
uirtutibus et donis sic constringit quod
numquam defluere potuit per peccatum
fuit enim sanctificata in utero
quod emundata a peccato originali et
in ea fomes ligatus quod numquam eam
ad peccandum inclinauit. Et hic fuit
prima sanctificatio in utero matris sue.
Sed 2a fuit in conceptione filij quando fo-
mes ablatus fuit secundum effectum
et gratia superaddita que flexibilitatem
liberi arbitrij dedicauit ad bonum
sic quod ex tunc nullo potuit in ma-
lum flecti. Unde tunc confirmata
fuit sicut nulla potuit [illegible]

Cursus in omnibus locis et elementis potest homines saluare

Qualiter cursus moraliter potest lignum modicum

sanctificatione ligatus fuit fomes et
gratia collata inclinans efficiat liberum
arbitrium in bonum tamen non fuit tanta quod
flexibilitatem liberi arbitrii in malum
auferebat sicut nec gratia collata primis
hominibus in statu innocentie sed per prudentiam di-
uina fuit gratie confirmata ut esset i-
mmunis a peccatis quibus an conceptionem
peccare potuisset. In 2a autem sanctificatione
sic sanctificata fuit quod deinceps
peccare non potuit. Unde istud lignum
per sanctificationem solidauit ista terra et ea plus
confirmauit. Gen 1. Germinet terra herbam
virentem et facientem semen et lignum
pomiferum faciens fructum iuxta
genus suum. 2o istud lignum germinauit
in miraculorum operatione. Cum lignum ce-
pit germinare virtus que latuit intus lig-
ni se expandit et ostendit. Eodem modo
virtus que in cristo latuit usque ad
tempus sue predicationis se ostendit
in miraculorum operatione. Luc 6. Virtus
de illo exibat et sanabat omnes.
Eze 36. Multiplicabo fructum ligni
et germen. 3o istud lignum frondiuit
in bona operatione orando [illegible] ieiunando
itinerando. 4o floruit per fame diuul-
gacionem. Cant 1. Vinea nostra floruit.
Odor florum in vinea [illegible] serpentes
fugat et bona fama cristi fecit
iudeos scandalizari. 5o Cristus folia
produxit per doctrine salubris predica-
cionem. Verba enim sua sunt sicut folia. Nam
folia sunt sonora et sunt signa
ligni. Apoc ult. Et folia ligni
ad sanitatem gentium. Sexto fecit
fructum in passionis oblatione. Ys 27. Iste
est omnis fructus ut auferatur peccatum.
Septimo istud lignum fuit putatum
in passione ut fructum plus afferret.
Cant 2. Tempus putacionis adue-
nit. Octauo fuit ista ligna ap-

podiamentum appositum ad sustentandum
cum cruci fuit applicatum. Act 10.
Quem occiderunt suspendentes in ligno.
Qui cristus peccata nostra pertulit in cor-
pore suo super lignum. 1 Pe 2. Nono
istud lignum aruit in morte. Ecc 6.
Relinquar velud lignum aridum in here-
mo. Decimo refloruit in resurrectione. In
ps. Refloruit caro mea. Et Job 14.
Lignum habet spem si precisum fuerit rur-
sum virescat et rami eius pullulant.
Undecimo usque ad celum creuit in ascen-
sione. Eze 31. Eleuata est altitudo
eius super omnia ligna regionis. Duo-
decimo iterum fructificauit in spiritus sancti
missione. Apoc 22. Ex utraque par-
te fluminis lignum vite afferens duo-
decim fructus per menses singulos affe-
rens fructum suum. Cristus vocatur
lignum vite quia ab eo datur homini
triplex vita. Primo nature. Gen 2. Inspi-
rauit in faciem eius spiraculum vite.
2o gratie. Prov 13. Lignum vite desiderium
[illegible] veniens. 3o dat vitam
glorie. Prov 3. Lignum vite est hiis qui
apprehenderint et qui tenuerint eam beati.
Vel de sapientia increata que in cruce ostensus
lignum attulit 12 fructus quando
post missionem spiritus sancti duodecim
apostolos misit in mundum. Luc 6. Ele-
git 12 quos et apostolos nominauit
quibus dixit. Joh 15. Ego vos elegi
de mundo et posui vos ut eatis et
fructum afferatis et fructus vester maneat.

Sed ab initio. Sermo 167

Cum perirent superbi gigantes
spes orbis terrarum ad ratem
confugiens remisit seculo semen
natiuitatis que manu tua erat gu-
bernata. Benedictum est lignum per quod fit
iustitia. Per manus autem quod fit ydo-

Cristus vocatur lignum vite etc

tum maledictum autem ipsum et qui fecit illud quia male quidem operatus est illud autem cum esset fragile deus cognominatus est. Similiter autem odio sunt deo impius et impietas eius. Etenim quod factum est cum illo qui fecit tormenta patietur.

Postea comparatione inter ydolum et navigium prosequitur primo secundum de commendacione navis vel arche divinitus ordinate. Et ideo hic duo facit. Circa primo ostendit quod navis meretur sentenciam benediccionis 2o quod ydolum meretur sentenciam malediccionis. 2a pars ibi Per manus autem. Circa primum duo facit quia primo ponitur opus arche hoc salvacionis efficacium 2o concludit inferius quod ei merito debetur benediccionis beneficium 2a pars ibi Benedictum est lignum. Dicit ergo Sed ab initio, id est a parte prima mundi exordium quia in principio 2e etatis seculi sub noe Cum perirent superbi gygantes Singularum hominum peccatoribus peccatoribus et cetera. Erant enim superbi homines carnales et luxuriosi. Gen 6. Terra gigantibus detrahentes ruinam Spes orbis terrarum, id est sectarum generis humani scilicet noe et filii eius et uxor eius et uxores filiorum eius. Ad ratem, id est ad archam confugiens remisit seculo semen nativitatis, id est seminarium propagacionis quod mundo prius fuit subtractum cum non staret nisi in octo personis que octo ratis vel archa. Manu tua, id est potencia erat gubernata. Et ideo merito debet illud lignum ab hominibus benedici. Unde subdit Benedictum enim lignum per quod fit iusticia. Benedictum, id est benediccione dignum lignum, id est archa per quod fit iusticia, id est salus et conservacio iustorum pereuntibus malis. Gen 7. Te enim vidi iustum coram me in generacione hac. Dicit autem istud lignum fuit dignum benediccione ita lignum quod est ydolum est dignum malediccione apud dominum tamen ratione sicut enim qui peccat sabbato quod deus prohibuit sabbatum. Deut. 27. Maledictus homo qui facit sculptile et conflatile. Tum racionei facte quia indigne cognominatur deus in preiudicium maiestatis eterne. Dicit ergo sic ydolum autem quod fit per manus maledictum est et ipsum scilicet ydolum et qui fecit illud. Quia ille quidem operatus est quod non licuit. Illud autem quod cum esset fragile deus cognominatus est. Similiter autem odio sunt deo impius et impietas eius scilicet ydolatra et ydolum suum.

Subinendum quod ydolum accipitur tripliciter in processu isto. Primo pro ymagine figurata lignea vel lapidea vel metallina. Et sic verum est quod ydolum est deus. Secundo accipitur pro demone presidente illi ydolo et sic est deus. Tercio accipitur simul pro quodam composito ex demone et ymagine figurata sicut homo componitur ex corpore et anima. Et sic loquitur apostolus 1 Cor. 8. Scimus quia nichil est ydolum in mundo. Quarto accipitur ydolum quandoque in littera cum sub inferitur Etenim factum est, id est dyabolus qui dicitur ydolum secundo prout presidet illi quod factum est, id est ymagini sic figurate. Cum illo qui fecit tormenta patietur in inferno.

Benedictum lignum per quod fit iusticia. In ligno crucis mistice iusticia facta fuit. Homo repedit quod abstulerat. Dyabolus deciperetur per id in quo vicerat. Primus homo recepit quod abstulerat iussum est enim quod per formam et quantitate delicti fiat emendacio cum restitucione ablati. Homo autem fructum vetitum accepit ab arbore et homo Cristus fructum vite restituit arbori. Homo delectatus est in omni sensu suo illicite et Cristus punitus est in omni sensu suo iuste. Penam enim habuit quo ad tactum in flagellacione, crucifixione, coronacione. Quo ad

ad visum compatiendo matrem lacrimantem
et discipulum quem diligebat et iude-
os insultaciones audivit obprobria et
blasphemias Si filius dei es des-
cende nunc de cruce et ultra ad-
biberunt acetum cum felle mixtum
ad sacianda spiritum sitientem Ysa 30
Facta est mea non alia alienis compati-
bus et compacientibus in me De ista
iusticia dicit Ro 5 Sicut per unum de-
lictum in omnes homines in condempnacionem
ita per unius iusticiam in omnes homines
per unius iustificacionem 2o iustum fuit
ut sicut dyabolus hominem in ligno dece-
pit et vincebat per lignum falleretur
et vinceretur Unde in ymno Quid insidiis
tus ut [illegible] fuit nec est lex [illegible]
ulla [illegible] noctis artifices artem pi-
respua In 3o iustus deus in omnibus
viis suis Igitur benedictum lignum
crucis per quod fit iusticia De hac
iusticia loquitur magister Thomas li 3 c 20
reddens racionem quare cristus nos pocius
voluit liberare per iusticiam Deus ignitur
potencia vincere voluit quia dyabolus vi-
tis perpetratis pie amator est potencie
magis studet circa adepcionem
letantur et defensor oppugnator
quam iusticie in quo homines magis imi-
tantur quam neglecta ut est posita
iusticia potencie magis studet circa
adepcionem letatur vel cupiditate
inflamatur Ideo placuit deo ut
non potencia sed iusticia vinceret homines
erueret in quo hominem imitari dis-
ceret lignum namque crucis benedictum
dignum est Ipsa enim primus est
pons per quem cristus transivit 2o est
lectus in quo cristus dormivit 3o ipsa est
scala per quam cristus ascendit 4o est
liber in quo redempcionem nostram perscripsit pons
per quem cristus transivit flumen mun-

dane vanitatis et sicut quod calcare
demum pedibus affeccionis ut nos
suppetet fortis a fluctibus inunda-
cionis precavit Et sicut quibus contempnes pon-
tem periclitatur et submergitur ita qui
non suppetitur a cruce nec ei innititur
salvari non potest 1 Cor 1 Verbum enim
crucis pereuntibus quidem stulticia
his autem qui salvi fiunt id est nobis
virtus dei est Unde de cruce exponi-
tur illud Sap 10 Cum aqua delet
terram sanavit iterum sapiencia per contemp-
tibile lignum iustum gubernans Unde
maxima in sermone de martiribus Crux
non solum intelligitur lignum passibilis
sed pie vite virtus quod proposuit Unde
omnes pene vita quam secundum eam
vixit crux est atque martirium Iste
est pons pretere quia non est pons fixus
et immobilis sed est pons qui levatur
et attrahitur de nocte Unde qui vo-
lunt super istum pontem transire oportet quod
veniat de die Dies est vita ista
mors est nox pons crucis prece le-
vatur et subtrahitur a pedibus
nostris in morte quia Act 11 [illegible]
[illegible] dies [illegible] mortuus [illegible] nichil perit
[illegible] hoc est figuratum lignum quod
deus ostendit moysi Exo 17 Cum
enim populus venisset in ramoth et
invenisset aquas ita amaras quod
eas nullomodo bibere potuit clamavit
moyses ad dominum qui ostendit ei lignum
quod cum immissum fuisset in aquas
dulcorate sunt et potabiles facte
Isto modo moraliter si quecumque pena
in hac vita nobis amara videatur
immittatur lignum crucis et recogitet
quid ibi passus est cristus et dulce
fiet nobis quodquid per eo bibemus Unde
Ansh de sermone bonus Cum passio recepta-
ris ad memoriam reducitur nichil

Quare cristus nos non liberat potencia sed iusticia

Crux cristi est pons lectus et scala

ꝫ tam durū q̄ nō eq̄us eius tolleret ꝫ
pria cū tollerdam ſi reddamꝰ q̄
ꝓhibet ad patibulum qui nos inuitat
ad celū ¶ Ille cū o[mnibus] ſibi brus irriſiones
ꝯtumelias alapas ſputa flagella
ſpinea corona et clauos ſuſtinuit et nos
miſeri ad iram ꝯmouemur vnius ꝑuo
flagello vnius ūbi decidimꝰ ¶ 2ᵒ
lignū crucis e lectus in quo xp̄us dor
miuit q̄n dn̄s in meridie reclinat
ſic ad dormiendum in eſtate ſolent
feneſtre thalami ſui claudi ut ſecu-
rius dormiat ¶ Ipse mō qui xp̄us
fatigatus de miſeria vita iſta dormire
volebat i lectulo crucis feneſtre mundi
videbantur clauſa q̄n facte ſunt tenebre
ꝑ vniuerſam terram a ſexta hora uſq̄ ad ho
ram nonam 2 par 2e ¶ Occiderunt eū
in lectulo ſuo et mortuus e ¶ Ibi fuerunt
duo i lecto vnus diuitis et pauꝑis
vna aptabatur ad penam alia reli
quabatur libera ꝗ pati nō potuit et
ꝓpter hoc lignū crucis vocatur lectulus et
nō ꝯplete lectus ¶ Nam ibi ſtrictus fuit
et breuis q̄ nec fuit ubi caput recli
naret nec ubi genua potuit collocare
vnde de eo exponi pōt illud gen. 40.
¶ Finitis mandatis quibus filios inſtrue-
bat collegit pedes ſuos ſup lec-
tulum et obiit ¶ Hic fuit ferculū quod fecit
ſibi Salamon de lignis libani Cant 3
a ferro ferus nō a ſerulo ſerculus ¶ Ꝫ eſt
genus vehiculi q̄ vulgo lectica dicitur
¶ 3ᵒ lignū crucis e ſcala ꝑ quā xp̄us
aſcendit ¶ Aſcendit enim ionathas rep-
tans manibus et pedibus 1 R 14 ¶ Hec
e ſcala quā iacob vidit in ſompnis
cuius cacumen attingebat celum et an-
gelos aſcendentes et deſcendentes et
dn̄m innixum ſcale Gen 28 ¶ Per iſtam
ſcalam oportet aſcendere ſi ad velimus
velimus puenire nec ad verā gloriam

alter veniri pōt Gal 6 Michi abſit
gloriari niſi in cruce dn̄i n[ostri] iheſu criſti
¶ 4ᵃ lignū crucis e libra in qua nr̄a re
demptio pependit ¶ Diuites et nobiles
q̄n pecuniam ſoluant in magna quantitate
nō numerant ſꝫ ponderant ſeu librant
pauperes nō ſꝫ numerant cū ſit vtrumq̄ ſi
at de pecunia vel q̄ pondet et numeret-
tur ſicut omnis q̄ſcīe dequantitate tā poſ-
ſibile e q̄ cū tres mille denariorum putata
20 ſolidi deficiant a libra in pondere
et iterum poſſibile e et iterum poſſibile e q̄d
alii 19 ſolidi pondent vna libram
ſꝫ deficiat i numero ¶ Quia apud xp̄um
ſua e copioſa nr̄a redemptio nō volunt
eam nō ſolū numerari ¶ Imp illud pſ 0 In-
numerauit omnia oſſa mea ꝑ nos volunt
eciam ponderari ut oſtenderet nobis illud
Eccl 6 ¶ Amico fideli nulla e ꝯparatio
et nō e digna ponderatio auri et
argenti ꝯtra bonitatem fidei illius ꝓba-
batur ergo xp̄us qui in vno appenditur
culo libre et hō ꝑ alterum in alio ¶ Et inuen-
tum e q̄ xp̄us fuit ſufficientiſſime
ponderoſus realiter deſcendit ad me-
dium celi e ſimpliciter deorſum q̄n cum
cuncta diuinitate deſcendit ad infernum
qui e cētrum mediū mundi ¶ Et quantum
ipe deſcendit tantū hominem peccatorem
exaltauit vel uſq̄ ad celum Et ſic
verificauit illud Ezech 17 humilia-
ui lignum ſublime et exaltaui lig-
num humile et̄c ¶ Lectio 162

Propter hec et ꝑ alios nāq̄ ¶
innumeros e ꝑpendeus q̄m ca
rue dei in odium facte fuerunt
et in temptationē aliē hominū et in
murmurationem pedibus i ſpiritualium ami-
cum eius formidauimus e ingrſſos ꝑ
dolos et ad dictos illos crucis
vite e neq̄ eum erunt ab mias
neq̄ erunt i ꝑpetuum humilitatis

Crux xp̄i e q̄ lectꝰ i quo dormiuit

lignū e et libra i q̄ nr̄a redemptio pependit

eni hom hec aduenit in orbem
terras et ideo breuis illorum finis
e inuentus ¶ postquam reprobauit ydola
triam fabricans ipse ydoli dualitate
¶ In parte ista predicat culpe eorum irre-
missibilitatem Et circa hec ca sunt primo ponit
eorum istam punicionem 2o allegat pene
racionem et 3o ponit racionis probacionem 2a
ibi Quoniam ca. di. idem 3a Initium
enim fornicacionis Dicit ergo primo sic propter hec que
vel ydolatre sunt deo ita odibiles et
ydolis nacionum i. in ambus ydola-
tris non erit respectus vel aliqua clemen-
cie ad liberandum eos uel ydolis na-
cionum i. demonibus presidentibus ydolis
apud diuersas naciones non erit respe-
ctus in ire Abac. 1 Mundi sunt oculi
tui ne videas malum et respicere ad
iniquitatem non poteris et hunc non subdit
quia abusu hominum et vsurpacione hominum
creature dei que facte et ordinate sunt
ad honorem dei et in profectum hominum
conuerse sunt in odium ut deus ipse in
odio habeatur et homines decipiantur et
perdantur Et hoc est quod dicit Quoniam creature dei
in odium facte sunt non quod creatura in ydolo
ordinatur a deo quia nichil odit eorum
que fecit Sed quia per suggestionem dyaboli facta
est ydolum in odium dei i. ut deus o-
diatur dum honor ei debitus subtrahitur
et ydolis impenditur Et in temptacionem
anime uel animabus uel animabus hominum et in
muscipulam decepcionis pedibus in-
piencium Et quia est causa quare ydolis
nacionum non erit respectus et quia hoc est
sit ita sic probatur Initium enim forni-
cacionis anime recedentis a deo exquisitio
illorum et adinuencio illorum corrupcio
vite est vite vel causa corporalis Quia
autem ydola adinuenta sunt probatur
quia sic fingens insit opera sua dicens quod
non hec vero manent consequens quod planum
hoc esse falsum quia desinent cum fine mun-
di et hoc est quod subdit Neque enim erant ab
inicio neque erunt in perpetuum enim per quam Super-
uacuitas i. vana hominum cupiditas hec
aduenit in orbe terrarum et ideo breuis eorum
finis inuentus est opera enim dei perpetuant
mentem opera hominum habebunt finem Eccl.
7 Dicit ex hominibus complendum hec autem ope-
rata dissoluentur Sed non ex deo non poteris
dissoluere ea sic ergo primo tangitur adinuencio
ydolorum In quo autem probatur de eorum
adinuencione in ipse fornicacio primo
pars Dicitur a fornix fornicis quod est arcus
uel cameracio curuata uel edificacio quod in
talibus locis meretrices prostituebantur
Est autem amor a legittimo connubio
solutus et vagus explende libidinis
affectatus liniam Sciendum autem quod solent vo-
care fornicacionem omnem illicitam corrup-
cionem sicut est ydolatria et auaricia ex
quibus sit transgressio legis diuine Quoniam id
preceptum omnes qui fornicantur abs te
secunda pars Initium fornicacionis est exqui-
sicio ydolorum ¶ Dicendum quod inueniuntur 3a
genera ydolorum in causa reperimus
ydolum transfigurationis et effigiatiue dis-
placencie ydolum cogitiue et pecunia-
tiue cogitacionis ydolum negligencie
et defectiue relacionis ydolum mon-
strosa et allectiue composicionis Primum
genus ydolorum describunt pictores
et ypocritas 2m collectores et pecu-
niarchas 3m rectores sicut ydiotas
4m describunt mulierculas lubricas et
lasciuas ¶ Primo genus ypocrita comparatur
ydolo sicut enim ydolum effigiem habet
exteriorem hominis viuentis sed caret inte-
riorem et omnibus potenciis spiritualibus
ita tales videntur viuere vita gracie
et tamen intus mortui sunt per peccatum
in corde Sap. plerumque lapsus Sap.

Qualiter ypocrita comparatur ydolo

nant et indicant fine compassione
ut eos insoliores et meliores reddant
quos in eos seniores invenerunt. De
tali bestia legitur in quadam cronica quod fuit
in orbe terrarum ambitu monstrum
velud quedam bestia compacta que chi-
mera vocatur. Et quia tales inveniuntur
non nunquam in spatiis et temporibus
conspicue multis conqueritur Dominus per prophetam
Jeremiam 32 posuerunt ydola in domo in
qua invocatum est nomen meum ut
pollueret eam. Contra tales existentes
in religione qui habitu saltem exterius
putant sufficere dicit metrista Ampla
corona caput nigra vestis toga rotun-
da non faciunt monachum sed mens
a crimine munda. Secundum genus ydolorum
est ydolum cupiditatis et pecuniarie congre-
gationis de quo dicit Ezechiel 8. Argen-
tum suum et aurum suum fecerunt sibi ydo-
la ut interirent. Hoc est ydolum mam-
mone quod adorant avari unde et
avaricia ydolorum appellatur servitus Ephesios
5 Colossenses 3 illud avarum signat cuius de-
us nummus est. talis nummum adorat
et colit ut deum. diligit enim nummum
plus quam se. diligit tamen deum debet diligere deum
unum. Hic pro prima cura sua ponit quod pecu-
nia ad conquirenda et soli ipsi ma-
iorem habet dilectionem. nec habet ut a se
pro persona a suis Ecclesiastici 10 Nichil iniquius
quam amare pecuniam. hic enim animam
suam venalem habet. de pecunia sua co-
tidie contemplatur et meditatur Genesis
32. Contemplatur suam pecuniam in se-
creta. a pecunia sua nunquam separatur spon-
te Matthei 6 Ubi enim est thesaurus tuus
ibi est cor tuum. pecunie sue obediunt
prelati. Ecclesiastici 10 pecunie obediunt omnia
et in fine ad inferna descendunt
decepti Amos 2 Deceperunt eos
ydola sua post que abierunt prede-

Avarus animam suam habet venalem

cessores. Hec igitur ydolum cupiditatis et
pecuniarie congregationis Aristoteles in
politicis distinguunt duplicem pecuniativam
naturalem campsoriam ut obolostaticam
et usurariam. Pecuniativa naturalis
consistit in commutatione fructuum et ani-
malium et rerum naturalium pro pecunia.
Et hec est per yconomice et laudabilis
pecuniativa campsoria est contra commutatio-
nes numismatum et a numismate
incipit et in numisma terminatur
et hec est vituperabilis quia non utitur pe-
cunia ad finem suum. Item alia est pe-
cuniativa naturalis et yconomica ut que
consistit in commutatione rei naturalis et
pecunia. Et hec est laudabilis et per ycono-
mice atque politice. Campsoria autem
est duplex obolostatica que est contra
commutationes numismatum ubi una
moneta commutatur pro alia et hec est
vituperabilis et innaturalis quia non utitur
pecunia ad usum suum ctra vel
usuraria et hec est odibilis et magis
abhominabilis quia finis et fructus pe-
cunie est eius usus. Et ideo qui concedit
aliam pecuniam concedit eius usum et quia
quod usum petit de alieno petit. Tercium
genus ydolorum est ydolum negligentie
et desidie prelationis. ydolum recipit
honores et nichil valet. ponitur in loco
sollempni et celebri et non utitur hec
portat gladium vel hastam et nunquam
percutit nec castigat. Eodem modo pla-
tus negligens recipit honores. ponitur
in loco sollempni et habet auctoritatem
corrigendi defectus et non facit. ymmo
sicut videmus quod passeres et aves alie
fedant super caput ydoli et non ob-
stante gladio suo in palo. ita non nunquam
dissoluti et lascivi fedent et reges-
cunt super caput talis prelati. Unde sibi

Platus negligens comparatur ydolo

familiares, amicos et consanguineos, et ab
eis supportentur, a quibus debent argui
et puniri. Unde ipsi cum fratribus suis se-
dant qui culpis suis dampnabiliter con-
sentiunt. Tali prelato dicitur Zach. 11: O pas-
tor et ydolum derelinquens gregem. Aggel-
lius li. 1. et potest etiam in conventibus
suis sicut plerumque puniendis pro tempore
esse causas estimari cum una cum ad qui-
bet pena castigandi atque emendandi
gravant hiis quam delinquens audaci-
or fiat directorque. Alia est cum digni-
tas auctoritas sapientia in qua peccatum
tuenda est ne permissa audaciores
contemptum eius peccat. 3a que est quoniam ut
certa multi pene creantur. Quartum ge-
nus ydolorum est et ydolum incontinentie
et allectivum corporis hoc est mulier
ornata in vestibus preparata ad decipien-
das animas composita et exornata
ut similitudo templi. Hoc est ydolum zeli
ad provocandam emulacionem. Ezech. 8.
Ista sunt ydola in quibus demones dant
responsa fallacia et libidinis incenti-
va; radiant auro argento et gem-
mis et vestibus preciosis et interio-
rem sunt intus vile lutum. Unde
metrice dicitur: Auri nobilitas lu-
tea si nesciat olla. Non tamen hinc
sequitur hanc minus esse lutum.
Caveat non curiositate ornatus ut ex-
inde persona quecumque virum vel mu-
lierem ad illicitum amorem alliciat
de se sicut in quadam etc. Si vir
vel mulier se ornaverint et multos homi-
nes ad se provocaverint et si nullum ex in-
de sequatur dampnum, iudicantur tamen
pacientur eternum, quia venenum attulit
si fuisset qui biberet. Et ille. Et de
istis satis patet exponi per populos
hodiernos. Cum ydolis nationum non
erit respectus. Hoc est non licet viris bo-
nis et virtuosis tale ydolum respicere.

Eccl. 9: Ne respicias mulie-
rem multiloquam ne forte incidas in laque-
os illius. Et infra: Averte faciem tuam
a muliere compta et ne circumspicias
speciem alienam. Iste cultus sunt de quibus
dicitur in libro Sap.: Cum cultura dei in odium
facte sunt in odium usque ipsi dei. Et in
temptacionem animabus hominum et in muscipulam
pedibus insipientium. In hac musci-
pula captus est David 2 Reg. 11. Hoc
ydolum sapientissimum Salomonem ad cultum
ydolorum perduxit 3 Reg. 11. Hec ydola
fugienda sunt non exquirenda pau-
pertate. Et sicut dicitur in littera: Initium
fornicacionis est exquisitio ydolorum
na in populo est quia amorosus hic et las-
civie se socians istis ydolis non in-
cupatur ab eis. Sed hec diligenter
exquirens et commendans de se se co-
gitando mulieres ut faciat ydola
ydolorum novis preparat vir ipse. Unde
in vitis patrum narratur de quodam
qui noluit alloqui mulieres ymo ne-
mirem nisi clausis oculis et quere-
res et tunc tempus noluit videre muli-
eres a quibus cum quereretur de causa re-
spondit quod cogitaciones sunt sicut picto-
res imaginibus ex commendacione
rerum visarum. Et ad hoc pertinet fabu-
la de pigmalione pictore quam
narrat Ovidius Met. 10. Quam putat
to me prius suspexisse. Et ideo summa
cautela contra ista ydola est fuga
Nam pugna est difficillima. Et hoc
satis innuit apostolus 1 Cor. 10: Fide-
lis inquit est deus qui non patietur
vos temptari supra id quod potestis
sed faciet cum temptacione proventum ut possitis sustine-
re. Et quod sequitur: fugite ab ydolorum cul-
tura. Quod dicit nam sit quod temptamini
tamen non temptabimini supra id quod potestis
in vos per suprapositos (?) ...

A et is fugite ab ydolorum altā
cerbo enim Lectio 163
luctu dolens pater cito
rapti filii fecit imagi-
nem et illum qui tunc quasi homo mor-
tuus fuerat nunc tamquam deum colere
cepit et constituit inter servos suos
sacra et sacrificia. Deinde interveni-
ente tempore convalescente iniqua consue-
tudine hic error tamquam lex custo-
ditus est et tyrannorum imperio co-
lebantur figmenta. ¶ Postquam ipsi
in tempore replebant ydolos sup-
erstitionem adoracionum. In parte ista in-
cipit enarrare ydolorum simulacrorum
adinvencionem. ¶ Et circa hoc duo facit.
Primo ostendit quomodo ydola ad venera-
bantur. ¶ 2o quod ex eis mala conse-
quebantur. 2a pars ibi ¶ Et non suffecerat.
¶ Circa primum tria facit. ¶ Nam primo agit de y-
dolorum adinvencione. ¶ 2o de ydo-
latrie continuacione. ¶ 3o de cultus eorum
augmentacione. ¶ 2a pars ibi Deinde interve-
niente. et 3a ibi Provexit autem. ¶ Circa
primum textus narrat unde ydoli fuerunt
ydoli cultura et cultus secundum illam le-
gem sive consuetudinem. ¶ Notandum autem primum
ad ydolum consciendum fuit amor
deordinatus patris carnalis ad filium
quem filius iam defuncto dolens ul-
terius mestitiam modum excogitavit
quomodo tamen dolorem delinire valeret
et accersitis sculptoribus effigiari fecit
filium ut quem vivacem habere non posset
haberet saltem apparentem. ¶ Dicit enim dicat
Sap. in poetaria. hic narrat delec-
tatur in reputacione et quod unusquisque
quod deo colit quod sic diligit. ¶ Idem
ex deordinata dileccione ad fi-
lium cepit talis pater filium colere
imaginem filii tamquam deum et inter

servos suos quod conditor eius non aude-
bant legem statuit de sollempnita-
tibus et sacrificiis faciendis eidem. ¶ Is-
tam historiam de ortu ydolorum narrat
magister in speciali Fulgencius mithologi-
arum li. 1 in principio. ¶ et Alexander Nequam
in Scintillario poetarum c. 1. ¶ Fuit autem
in Egipto vir ditissimus nomine Syro-
phanes. ¶ Hic habuit filium unigenitum
quem unice diligebat. ¶ Contigit
filium mori cuius simulacrum pater
pre nimia dileccionis affectu in edibus
suis constituit, dumque estimat invenit
remedium, seminarium potius dolo-
ris invenit. ¶ Deinde simulacrum est
ydolum dictum est quod nos latine
speciem doloris dicimus. ¶ Familia igitur
Syrophanis in adulacionem domi-
ni flores ydolo offerebant coronas plec-
tebant ad ornamenta succende-
bant. Rei etiam ad simulacrum confu-
gientes veniam sunt adepti. ¶ Venera-
tioque sunt illud timoris potius affec-
tu quam amoris. Unde Petronius ¶ Primus
in orbe deos fecit timor. ¶ Hanc
historiam narrat. Antiquissimus est
¶ Dyaphantes Lacedemonum auctor
secundum Fulgencium. Ubi autem magister
in historia scolastica super 11 c. Gen.
aliam narrat historiam de ortu ydo-
lorum. ¶ Dicit enim quod Ninus rex Assiriorum
mortuo Belo patre suo in solacium
doloris imaginem patris fecit cui
exhibuit tantam reverenciam ut quibus-
libet reis qui ad eam confugerent par-
ceret. Ex quo ceperunt homines illi si-
mulacro divinos honores impendere
et hinc ex eo pulcherrimi carus suis
mortuis imagines dedicarunt.
¶ Istam historiam narrat ... c. de Luci-
fero in Belzebub principe demoniorum

Ad consecracionem ydoli fuit amor deordinatus patris

Syrophanes fuit primus auctor ydolorum

ciat demonia ut inf historias istas
et repugnancia cum origo ydolatrie
in diuersis regionibus diuersos habuit inue
tores Unde ninus rex niniue
primus fuit apud assirios Syropha
nes apud egipcios et quomodo maxime
apud egipcios ydola colebantur
placuit salomoni in hoc loco ydola
tre egipciace tangere inuentorem Sic
docet hermes trimegistus hoc pro
pter hec ad asclepium dicens .i. ubi prestan
pocissime et religiosissime fiebant
ydola et colebantur Unde dicit quod
egiptus est ymago celi et mundi to
cius templum translatum mundi de egip
ciace religionis destructione et di
cit Tunc terra ista sanctissima sedes de
lubrorum atque templorum sepulcrorum erit
atque mortuorum plenissima .o. egipte
egipte religionum tuarum sole super
erunt fabule et eque incredibiles
posteris tuis uerba sola superessent
lapidibus incisa tua pia facta nar
rantibus Et ille omnia in egipto
ydola maxime colebantur placuit
salomoni in hoc loco originem ydolorum
narrare que apud egipcios facta fuit
In multitudine uero ydolorum dicit augustinus
et post hoc in glosa Illa cantica cum opti
mi quidam uirorum deorum honore consecrabantur
Sicut romani cesares suos consecrauerunt
et mauri reges suos sic paulatim
ceperunt religiones in diuersis prouinci
is celebrari Consequenter in ciuitatibus et
urbibus tam uiri quam femine propter
uirtutes ad insigne priuilegium pro sua
fortitudine et castitate uel fama dei
ficari ceperunt Unde ysidorus 8 ethimologiarum
c. ij quos pagani deos asserunt
homines olim fuisse dicuntur fuisse et
quia unusquisque ita uel uita

coli apud eos post mortem ceperunt
Unde apud egiptum ysis apud cretam
yonis apud mauros iuba apud la
tinos pharius apud romanos quirinus
ysis filia regis ynachi dicta ysis quia
de grecia ueniens in egiptum docuit
egipcios litteras et aliqua terre et
ideo post mortem dea habuerunt Iouis
a iuuando dicitur Et ideo dicitur Iupiter
quasi iuuans pater fuit autem filius saturni
et rex crete expulsus patre de terra
sua .i. deus primus ceteris saturnus uenit ab
homine hic deificatus est quia multa que
fecit maxime apud grecos Similiter
iuba fuit rex maurorum pharius
latinorum Quirinus quia et romulus
primus conditor urbis rome Redeun
do igitur ad litteram exponendum est de
syrophane egipcio iste enim primo acer
bis luctu dolens cito rapti filii fecit
imaginem Et per hoc adiuuari cito de
terminat hoc probat unde rapti Et est sensus
quod filius ille ante maturitatem iuuente
moriebatur Et ideo quasi raptus patri
dicitur uel per hoc adiuuari cito dete
minare hoc ubi fecit et tunc est sensus
Nam saltim filio mortuo imaginem
eius statuit Et illum qui tunc quasi ho
mo mortuus fuerat/fuit .i. post mortem
tamquam deum colere cepit exhibendo cul
triam .i. cultum debitum soli deo Nam
quasi aliquid ponitur pro similitudine
Sicut 2 Corinthiorum 6 quasi tristes semper autem gau
dentes Aliquid pro ueritate Sicut Iohannis 1
Nam gloriam uidimus quasi unigeniti a pa
tre gratia et ueritate Et constituit inter
seruos suos sacra .i. dies sollennes .i.
sacrificia et oblationes Hic gratia pag
de ydolorum adinuencione Consequenter
agit de eorum propria continuacione

origo ydolatrie in diuersis regionibus diuersos inuentores habuit

fuit aut[em] error iste p[ro]p[ter] antiqua[m] co[n]sue-
tudine[m] et p[ro]p[ter] tyrannoru[m] cohercione[m]
et potestate[m]. Unde sic dicit. Deinde int[er]-
ueniente te[m]p[or]e co[n]ualescente antiqua co[n]-
suetudine. Q[uonia]m sicut dicit Ysidorus p[ro]pri[e] co[n]sue-
tudo co[n]suetudo non potest esse antiqua
q[uia] antiqua co[n]suetudo dicitur tuitela i[d est] tui-
tela et consuetudo large tamen loquendo
co[n]suetudo dicitur usitacio q[ua]lis bona
uel mala. Et sic antiqua co[n]suetudine co[n]-
ualescente. Hic error de colendis ydo-
lis tanq[uam] lex custoditus est et tyrannorum
imp[er]ijs colebantur figmenta. Circa
modum legis lugendi amicos decedentes
intelligitur sic q[uod] h[omi]nes .vij. diebus
lugent eum amicos suos defunctos

Una
pullulat p[ro]latiue / p[er]tinaciter exc[ess]iue / fugaciter cautatiue
et
cum fletione / cum co[n]solacione / pia deuocione
R

P[ri]mo modo luget mundum filij morte
parentu[m] in quoru[m] bonis succedunt uxo-
res maritos a quoru[m] parte libenter
recedunt. Legatarij testatores quibus
bona sua legando concedunt. Hij non
nigris uestiuntur ex toto et faciem
suam exterminant et tamen in mente sua
gaudent. Sic forte luxit Judas
morte uxoris sue q[uo]d Thamar dicebatur
Gen 38. De quo i[ta] legitur q[uod] post luctum
co[n]solacione suscepta ascendebat ad ton-
sores ouium suarum et ductum ad Tha-
mar qua[m] putauit meretrice[m]. Sic etiam
planxit patrem suum Gellia. De qua
epigrammatum li. i. Amissum non flet
cum sola est Gellia patrem. Si quis adest
iusse p[ro]siliunt lacrime. Non luget q[ui]sq[uis]
laudari Gellia q[ue]rit. Ille dolet uere
qui sine teste dolet. Isti signantur p[er]
mulierem tecuitem cui dixit Joab.
2 Reg 14 Luge te fleta et induere
ueste lugubri et ne unguaris oleo.
ut sis quasi mulier plurimo iam te[m]p[or]e

lugens mortuum. Secundo modo luget immo-
derati qui sic morte plangit amico-
rum quasi totaliter et p[er]henniter interirent
Quorum fatuitas ex dictis rationibus p[ro]batur
et declaratur q[ue] in duobus uersibus in-
cluduntur. Versus bis quinq[ue] s[un]t q[ue] mortem
plangens amica. Despiciat salvant
et gaudia leta reducunt. Vult deus
et semper est lex. Libat cura nos-
tra. Nec valet. Nimius nocet. Obsta-
bat. Surget. Amabit. Prima ergo ra-
cio sic. Fatuum est p[er]tinaciter lugere in
morte amicorum accipitur ex co[n]sideracione
diuine voluntatis cui nullo modo debemus
esse contrarij. Unde Seneca ad Lucillum
placeat homini quicq[ui]d deo placet.
Ubi hic ipsum q[uod] deo placet diuina est
uoluntas. Prima et summa causa est omnium
que fiunt cunctaq[ue] alia causa quecunda non
est omnium ingratum. Ymago li. i. de co[n]-
solatione. Si amicum contrarieq[ue] eam in-
tium habeas. Considerans primo hac ratione
Vult deus. Unde Augustinus de uera reli-
gione c. 42. Cum p[er]fecte deum dili-
git non affligitur morte cuiuscumq[ue]
qui toto animo deum diligit
nec nouit nec opportunet q[uod] deus non
perit. Deus aut[em] deus est uiuorum et
mortuorum. Secundo considerans q[uod] iustum est
et licitum unicuiq[ue] repetere q[uod] suum
est. Unde Seneca in epistola ad Marti-
am Consolacione Nichil abstulit fortuna
q[uod] dignatus est recipere. Ipsum Cre-
ditor suum recipere decrevit et voluit
Et nichil aliud docet q[uam] creatori
gracias agere mutuanti. Exemplum Job
qui filijs orbatus et substancia tota
priuatus dixit. Dominus dedit dominus abs-
tulit. Sicut domino placuit ita factum est sit nomen domini benedictum.
Tercio considerans q[uod] necessitas moriendi est
lex communis omnibus si factum esset ad

cta amicum tuum mortuum q non fuis-
set mortis eventurum nisi q queri pos-
sis et plangere / Jam non michil ac-
tum est nisi ex lege que toti huma-
no generi est statuta hebr. 9 Statutum
est omnibus hominibus semel mori Unde Ber-
nardus li. sup. de morte Gerardi fratris
sui Quando absorsimus quod quidem
quia fas omnibus esse prescriptum qui specta-
le deplodes hec est enim summa condicione
ex tollere lege quem non recipere
non gauderam recusare sicut carnis
implari et carnis spiritus incessam
necesse De hac quidem lege dicit merito
Pauperis et regis quando lex mori-
endi Dat causam flendi pro hinc spreta
legis Constatus homo nullo tempore
sine morte Heu miseranda sorte clau-
ditur omnis homo ¶ 2o cur lugere potens
considerandum quia per mortem fit liber de sus-
ceptis de dubiis bonis de miseriis quia
Job 14 homo natus de muliere brevi
tempore vivens multis miseriis Unde Augustinus
de vita solitaria mensi li. i. Quis
iudicare potest puras vite molestias
computare pro aliquem celebre lassari et
timabilia quod corpora consuetudine
nobis domestica sunt Et magister de
nuptiis audacter promittens quod premiam
vite hominis ciam dolor est sunt
philosophi et ingratites quidem in ortu puer-
orum lugebant in morte autem gaude-
bant hec signates quod homo ad labo-
rem nascitur ad requiem autem morte
Consider fecat salvator quod devi-
te lazarum non plorabit qui postmodum
dixit lazarus mortuus est et gau-
debo propter vos ut resuscitarete
non quem cum ad vitam revocat plo-
ravit quod cum ad hanc vite mise-
rias renovavit Et paulo post
dicit idem Augustinus O mors desperata
o mors omnium malorum principium finis
o mors laborum clausula quietis
principium quis cogitare potest tuas
utilitates beatitudinem nam male mori
formidaverunt non est dum mori cum cristo
vivere est hec Augustinus / igitur mors liberat
Unde Cassiodorus li. 2. de spiritibus bonis / Illi de-
plorandi sunt in morte quos nunc secedo
infernus ex hac vita recepit non
quos celestis letificando includit
¶ Quinto considerandum dum mortem plangis
amici quod deus est omnia nos serens
ipse eum tenuit quod et unicuique
potuit expedit quidem vivere et quidem
mori nobis conveniat hec est quando
consentes in primo nisi tangunt cum dicat
vult deus et sunt factum ¶ Sexto
considerandum quod luctus tuus in moderatus
cum non iuvat neque eum ad vitam po-
tens cum revocare nec per tale luctum
a purgatorio liberare Et hic sunt
quod allegabat david 2 reg 12 Cum
filius eius cariss*imus* langueret flebat
et non capiebat cibum cum autem mor-
tuus esset surrexit lavit comedit
et consolacionem recepit et ait Nunquid
quid potero eum revocare amplius
ego vadam ad eum ille vero non rever-
titur ad me ¶ Septimo considerandum quod
luctus irracionabilis est illi nag-
Augustinus in li 2a repellere est enim a te
neque eum est quippe et hinc penitens
et tempore non persuadebis dum tu cu-
ris a vinculo tamen absorbet animam
non licet liberum adorandum pro illo
quem luget ¶ Octavo considerandum quod ali-
quando nos tamen precedunt ante
et via salutis nam cum non ad

uiuendi alliciant et ad secunda sollici
tudine circa statum eorum et eorum
obediendum deo in pluribus similiter
Aug. super gen. Saepe offendimur dum
ne offendatur amicus. Et iterum in dis
persione animi plerumque contingit
ut amici quos carnaliter diligimus
subtrahantur quibus affectionem mentis in
deum liberius et integrius extendat.
Nam de heremita videtur Anglicum
filium boni viri subtrahere. Nono est
consideranda spem resurrectionis futuræ quia quem
modo mortuum vides alias re
diuiuum videbis. i thess. 4. Nolumus
vos fratres ignorare de dormientibus
ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent.
Unde Ambrosius li. 3 de morte sui
fratris. Cessabunt igitur lacrime mee
quia sed ad me fides et professio mea
esse. Plorant suos qui eos in perpetuum
existimant interisse quibus speciem reuertendi
non sunt vobis non quibus mortui non
nec sic longinquitate finis est quia reparanda
... repetitur mortis casus
abstergent omnes fletus secundum illum.
Decimo consideranda quod si vivens est quantus
fuit gratior erit iam salvatus. Et
iterum dicatur cursum amabit. Sic enim
amici mei a torrente voluptatis ine
briantur ut omnium nostrorum illatorum obli
viscantur. Sicut docet b. Aug. 9
Confess. c. 3 loquens de Nebridio amico
suo defuncto. Huius igitur decem considera
tionibus et mortis excessu doloris
mitigare debemus cum amicos nostros sub
trahi moriendo videmus. Sic nobis
suadet Cyprianus li. suo de immortali
tate dicens. Non sunt igitur lugendi
fratres nostri accessione dominica de
saeculo liberati cum sciamus eos non
amitti sed praemitti. et occasionem non
esse dandam gentilibus ut nos me

rito reprehendant quia quos apud deum
vivere dicimus ut extinctos ac perditos
lugeamus. Nihil enim prodest libros
proferre et factis destruere veritatem
secundum illum. Igitur contra eos excessive lu
gentes in istis decem considerationes
attendentes sufficient dicatur Eccl. 22. Modi
cum plora super mortuum quoniam requi
evit vel a laboribus et miseriis
longinquitate. Apoc. 14 Amodo iam dicit
spiritus ut requiescant a laboribus suis. Tertio sunt qui
lugent mortem amicorum sanctitatem et
utilitatem ex pia devotione. Nihil
enim mirum in recessu amici ingratitu
dinis signum est. Nimis non tristari
de separatione amici celeriter recedit. Sunt
autem tres causae quare cum ratione condolere
possumus morientibus bonis viris. Primo
quia pauci boni viri sunt in terra mi
litante. Et sic de beato Augustino legitur
quod quotiens de morte alicuius boni sa
cerdotis audivit doluit non quia sibi
de statu suo timuit sed quia paucos
tales in terra dei reliquit. Secundo quia for
titer alia secum pignora deferunt
quae ipsum non totaliter compleverunt. Tertio
ex consideratione naturalis miseriae quia oportet
nos propter peccatum primi parentis morte
putrefieri et incinerari. Sic sanctus Tho
bias mortuos sepeliebat et luge
bat Thob. 2 et sic dicitur Eccl. 7 Me
lius est ire ad domum luctus quam ad
domum convivii in ea enim admonetur fi
nis omnium hominum etc. Sermo 162

Hos quos palam homines ho
norare non poterant propter
compoti qui calumpniam apponit prepositum
vel ballivum illas expensas diligentis-
sime computat in quibus videt eum a-
liquas neglexisse. Ita dyabolus computat
nobiscum bona de peccatis nostris. portat
enim secum suam talliam preparatam contra
nos quem plus letatur in tabulis pecca-
ti quam in floribus virtutum. De quibus dicitur
Iob 30 Inter huiusmodi comoda letabantur
et esse sub sentibus delicias computa-
bant. Secundo computant more usurariorum
alii homines arrogantes. illi enim compu-
tant more usurarum, solus usurarius ven-
dit tempus quia ex solo lapsu temporis plus
capit quam debet. et istum modum
computandi habent alique persone que tempore
iuventutis tempora [illegible] sed omne
sunt quasi cum multo vitiosi ex solo lap-
su temporis et non de suo honore vendi-
cant senectutem. sicut antiquas yma-
ginibus in quibus secundum opinionem vetula-
rum michil est minus [illegible] fuerint bo-

Nota hic de triplici computo &c.

norum. Et etiam ipsius lucrum est illici-
tum quia non credet multos vel utilia sed
lapsum temporis et senectuti. Contra quod dicitur
Sap. 4 Senectus enim venerabilis est
non diuturna neque numero annorum computa-
ta. cani sunt autem sensus hominis et etas senectu-
tis vita immaculata. et ideo iuvenes
qui virtutes honores in senectute vendicare
computant. iuventam iuventute non desi-
dio sed studiosis in suis laboribus et vir-
tus duo vices [illegible] in corpore et re-
tinens ingenium perfectionis in mente
iuxta consilium Ovidii de arte amandi li. 2
Dum vires annique sinunt tollerate
labores. Iam veniat tacito curva se-
nectus pede. non que preterit iterum revo-
cabitur unda. nec que preterit hora re-
dire potest. Utendum est etate cito pede
labitur etas. nec bona tam sequitur
quam bona prima fuit. quia sicut vitiosi
turpitudo iuvenes non potius iuste
vendicare senectutis honores. Sap. 3
Si quidem longe vite erunt in nichilum
computabuntur et sine honore novissima
senectus illorum. et quamvis homo
honores ambire non debeat decet tamen
se honoribus dignificare. Dicitur dixi
quod etiam et alias exposuit declaratum.
Tertio computat nobiscum deus et angeli
boni et celi cives nos expectantes more
quo yconomus seu procurator domus
computat de labore cum famulis ad remu-
nerandum. sicut computaverunt illos procurator
qui in sero reddidit singulis opa-
riis singulos denarios Matth. 20 Sic
enim deus nostros computat dies quibus
meritorie laboramus et actus meri-
torii. et non solum deus sanctus in illa
celesti curia sed etiam mea vita multos di-
cat quasi [illegible] Thess. 1 Ego novi que
pater meus et mater mea nostros dies compu-
tant ad iuste nos remunerandum
unicuique secundum vita eterna. Sermo 169

Qualiter deus et boni angeli nobiscum computant

Non enim in errorem induxit
nos male artis excogitatio
nec umbra picture labor si-
ne fructu effigies sculpta per
varios colores cuius aspectus in-
sensato dat concupiscentiam et diligit
mortue imaginis effigiem
sine anima malorum amatores dig-
ni sunt morte qui spem habent
in talibus et qui faciunt illos et
qui diligunt et qui colunt. Deinde
sit mencionem super isto capitulo sicut
in duobus precedentibus ydolatrie. Sciens
ex tempore et cultum unius dei ho-
minibus pubere procedit contra ydola-
tram condescendens fatuitate secundum condi-
cionem ydoli quia vere male secundum
efficientem et finalem. Secundum forma na-
tura ydoli vana est et inutilis et decep-
toria que procedit ad munus ubi non
est vite. Materia est corruptibilis de qua
accipiatur sicut aurum argentum sive
lapis sive lignum. Efficiens est deri-
sibilis quia homo miser et parvus abso-
lutus presumit sibi facere deum. Finis
est impossibilis quia illud quod in se non vivit
nec intelligit alios nullomodo auxi-
lium potest prestare. Dividitur autem pro-
cessus usque ad finem capituli principaliter
in quatuor partes. Primo ostendit ydolorum inutilitatem
ex parte forme. 2o ex parte materie et ef-
ficientis simul. 3o ex parte efficientis per se.
4o ex parte finis et efficientis simul.
Prima pars ibi Sed et figulus 3a ibi
Sed est illi cura Quarta ibi Omnia ydola
nacionum. Circa primum duo facit quia pri-
mo quomodo ydolatrie per speciem ydoli de-
cipiuntur. 2o quomodo in secunda parte hic puni-
untur ibi malorum amatores. Pro cognitione
dicendorum forma sive pulcritudo
ydoli locum quem in persona colentium ver-

Quantum ad causas vel sicut ydoli malas formalem efficientem et

deum hic sed in persona iudeorum qui tunc
coluerunt verum deum et dicit sic Non
enim in errorem induxit nos hominum ma-
le artis excogitatio id est excogitacio ma-
le artis fabricandi ydola quod dicit ars
hominum quia ab hominibus non a deo est adin-
venta. Illa igitur excogitatio id est ars ex-
cogitata nos induxit in errorem ydo-
latrandi vel despiciendi unius cultum dei
nec est umbra picture id est species ydo-
lorum, artis curiositate sicut umbra. Umbra
dicitur quia est labor sine fructu id est forma
inutili labore fabricata. Effigies
sculpta per varios colores cuius aspectus
id est que forma conspecta dat insensato con-
cupiscentiam id est amorem reverencie et dile-
ctionis ydolis exhibende et talis insen-
satus diligit mortue id est non viventis
imaginis effigiem sine anima. Et sic fecit
pigmaleon de quo in methamorphosi o-
vidius narrat. Consequenter ibi malorum
autem amatores subiungit quam pena
digni sunt et distinguit quatuor personas
quarum tres pertinent ad cultores quarta
vero ad factores ydolorum. Ad cultores
pertinent sperantes diligentes et colen-
tes. Ad factores qui ea operantur omnes
isti digni sunt morte vere inferni. Pro
quo sciendum sicut omnes in inferno positi sunt
mors depascet eos. Labor sine fructu
Notandum quod locus vite presentis medius est
inter celum et infernum medium autem
capere consuevit naturam extremorum. In celo
est summa quies et nullus labor. Apocalipsis
14 Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a la-
boribus suis. In inferno est summus labor et nulla quies
in quo laborabit in eternum et vivet adhuc.
In fine. Ideo quiescens est quod in loco medio
hic est in medio sit quedam commixtio labo-
ris et quietis cum plus participat de
de labore quia vicinior est inferno quam
celo. Unde signanter dicitur Job 7 homo

vite presentis locus est medium inter celum et infernum

ad laborem nascit^r. Et is nimia c cau-
tela actua qua fiet tollabilis labor iste
Labor aut iste fieri pt facilis tpr
ma | occupacionem vacaci
Scds | per | collaboracionem compacta | mez
tas | mag^e mercedis expectaci
Primo igit^r q facilitat labores bonor
vidi^e c occupacioni vacacio ut
hic nos sudeat nos serbat nos oet
nos laboret. Jmp^e illud meti. Nuc
lege nuc ora nuc cu feruore labora
Sic erit hora breuis et labor ip^e
leuis. Et hic e q doc augus li. pus
de sta virginitate. Diuersis iquit scrupu-
lis pectoris tui tolles. fere nuc
alimonijs mediocribus nuc ieiuni-
is parcioribus. lectione opere pce ut mu-
tacis laboris mitiace sunt actus
2o facilitat laborem nrm collabo-
racionis compaciacionis. Si eni compacia-
ciones cristum dicere p pt pau-
per sum ego et ilaboribus a iuuentu-
te mea. aplos dicens j. Cor. iiij. usq
in hanc hora esurimus et sitimus et
nudi sumus et laboramus manibus
mris nos solu viros s et mulieres
phil. iiij. adiuua illas q mecu la-
borauerunt facile erit nobis laborare
i opibus nostris. Unde greg. i li. mor.
In desperacione in labore pressure q sible-
uacio laboris c visio collaborantis
Jac. v. Exm accipite fres laboris
et pacie pphas qui locuti sunt in
noie dni. Unde sibi dicit ibid. greg.
Sit cu itinere comes iungit^r via q
nos contrahit^r. Sz cu de sodacte comi-
tis labor itineris leuigat^r. iij^o nos
laboru nros facilitat i purgatorio mag-
ne mercedis expectacio sicut athle-
dicibus spondet^r brauium i fine
stadii. Rusticus recolit in yeme
futuros fructus autumpni et spa-
rus quantitatem sui sapores cotemp-
latur. De hac mercede ...

et labore purgatorii dicit sed si i quadam cap-
nullis labor durus nullu tempus videt
longu dr quo gla eterna acquirit^r.
Sap. x. bonoru laborum gloriosus est fructus
et Sap. x. reddidit iustis mercedem
laboru suoru etc. Est igit^r notandum q
distingui possunt de labore multiplici
hoim i purgatorio. Est enim. Primus igit^r e
labor | delinquencie | penitencie | satisfacionis | perseuerancie | et | peccatorum | cultorum | scolasticorum | ad prelatorum | la | bor
delinquencium atque peccatoru. Via enim
peccatoru e multo magis laboriosa q
via iustoru. Sic dicunt quod pluribus licet ser-
uire tanto cu maiore labore. peccatores
aut seruiunt mundo dyabolo et carni suae.
et ideo nccc licet multiplicare labo-
rare. Jer. ix. docuerunt linguam suam loqui
mendacium ut inique agerent labora-
uerunt. Et multo sollicitius laborant
homines circa mundana et temporalia
q circa eterna. et magis circa volupta-
tes q circa uirtutes. Unde leo papa
i quodam sermone de ieiunio septimi
mensis. libenius suscipit^r labor
p desideriis voluptatum q pro amore ui-
tutis. Et greg. sr Ezechiele. Quibusdam
prius mentibus nichil e laboriosius
q ut si eis precipiat^r ut huius mundi
actibus nos laborent. De huiusmodi
vane et vaie laborantibus loquit^r
Aug. li. pus de scti tibus mulieres. i.
in hac uita laborantium ut sut genera
h^o aut tu velut tu sut hoies a ma-
ne usq ad uesperam inani uolentes
horum itaq primus quidq molit ipac-
tu suscipit et abscondit alii uero
pte capit pte i plurie negligencia
tandem sinit. pte nos uecto capi. tria
dut quandoque molit ipectus plumus
seu tollit ut uetus dissoluit ve-

nientes vespere cum a labore cessatum
et fructus laboris recipitur quod
putas singulos servitores. Comis fa-
rina tota servavit totum laborem
suum bene recognoscit. qui non pretium
collegit inde letatur et qui servit
inde mestus quia vento vel pluvia
amisit. qui non totum amisit con-
tentior fuit. Flumen presentis se-
culi accipitur. vento vana gloria designa-
tur in manibus. molendinum quod tota
die molit prius labor est huius se-
culi quem a mane usque ad vespe-
ram quasi finitur. Mane nobis erat
cum nati fuimus. vespera vero erit
cum per mortem debitum solvemus huic
tempus. itaque prius dico est quod labora-
re debemus ut in vespera vivamus. Et
sicut mola continua ducta ad eun-
dem locum revertitur. sic labor iste
singulis annis modo solito revertitur.
Arena namque aratur. seminatur. metitur.
panificatur et comeditur. Et ad
idem revertitur. In vespera igitur cum dicetur
Voca operarios et redde illis merce-
dem letabuntur iusti tota servata
farina in vita sua. alii non qui non
totam eam servaverunt in hoc mesti erunt
leti tamen quia propter labores sui deum
cognoverunt verum. alii qui omne opus suum
in vanitate ponunt et quod faciunt non
ab humana laude abscondunt quasi
omne studium vite sue in deceptionem
plus faciunt. farina quasi sua vento
committitur. Unde eis in fine vite
pane eterno carebunt. de illis Lu-
ce v. sunt isti fatue laborantes dice-
bant cum Luce v. per totam noctem la-
borantes nichil cepimus. i. premium
pro eo sortiti. Omne opus secum est michil.
Quod labor in proposito est penitentiam
et confessionem. Narrat [illegible]

Otyale li. 1. c. 21. quod cyrus rex per-
sarum volens animos persarum concitare
ad bellum contra medos tali usus est
cautela. Duxit exercitum ad quandam
silvam. ubi persarum tota die in laboribus
maximis occupavit in silva illa
succidenda. In crastinus iussit epulas
lautissimas preparari et exercitum cum
gaudio et tripudio convivari et ar-
ridens per tempus interrogavit quis
illorum duorum dierum magis eis pla-
ceret. Responderunt quod dies secundus plus pla-
cuit eis quam primus. quibus ille sub-
iunxit. sic per laborem hesternum ad ho-
diernum pervenistis convivium. sic fe-
lices beatique esse non poteritis nisi prius
medos vinceritis. Sic eciam in carcere positi
peccatorum nostrorum remissionem. et vitam et
eternam consequi volumus nec ha-
bemus prius laborem penitentie et humiliter
subire. Unde ps. sic precepit. Vide
humilitatem meam et laborem meum et dimitte universa
delicta mea. Et omnes dies sunt fere
labor manifestat. alibi ubi dicitur Labo-
ravi in gemitu meo lavabo per singulas noctes lectum
meum lacrimis meis stratum meum rigabo. Tunc
labor in proposito est labor studencium
et scolasticorum de quorum laboribus se-
lo dicitur Seneca. Non est inquit veri-
tas labore gloriosos animos labor
nutrit. Philosophia inquit nemini nas-
citur qui eam vult habere oportet quod la-
boret. Ideo non suscipit philosophia inge-
nium sed exercitat. Hinc Socrates cum
studens sophistarum et tam habebum dis-
cendi usque ad fatigacionem labora-
ret semetipsum per illud poete con-
fortare solebat Labor improbus
omnia vincit. Sic labor est in studen-
do. legendo. et scribendo ut poste-
ris possit prodesse. Rē 2e. Unde.

philosophia nemini nascitur sed per laborem acquiritur

te qui non solum mechi laborauit
sed omnibus cosequentibus vite. Est
etiam in orando cristus dabat dicit
Da michi domine sedium tuarum assistricem
sapientiam ut mecum sit et mecum labo-
ret etc. Et labore suo possedit et
aliorum platorum quorum est laborare
doctrina et exemplo bone vite super id
I thimo. 3. Qui bene presunt presbiteri
dupplici honore digni habeantur maxime
ime qui laborant in verbo et doctrina.
Sed et figulus lutum. Ecce iste
mollem terram premens labo-
riose fingit ad usus nostros
unumquodque vas et de eodem
luto fingit que munda sunt in usu
vasa et similiter que hiis sunt contraria
horum autem vasorum quis sit usus
iudex est figulus. et cum labore
vanos deos fingit de eodem luto
ille qui paulo ante de terra factus
fuerat et post pusillum ducat se
unde acceptus est repetitus ab eo
debitum quod habebat. Postquam rep-
bata est ydolatrie fatuitas et
malicia ex parte ipsa sed artificialis
pulchritudinis ydolorum hic ostendit
eos ex eo reprobat tum efficaciter ex
mali eorum conditione et comunis
queamque ista inceptus est et conue-
niens ad ostendendum partes dei et diis
artifex impotentes et insufficiens
ad producendum deum in parte cum eui-
deter ydolatrie fatuitas osten-
ditur in hoc quod est deuit unum figulum
qui est dei electus artifex de vilissimo
eleto quod est terra posse formare deum
proximum cum videret figulum de eodem
luto formare vasa honesta et in-
honesta quantum ad usum prout indicatum
sunt. et de eodem luto fabricare unum
ydolum igitur quantum pertinet ad maliciam

ulla mobilitatis maior quam in ydolo quod
sit in olla vilissima facta de luto. Et ideo
non ponitur in prima parte racionis plane et
premittitur principaliter a parte materia. Prima est
talis colectio ydolum in materia lutea sed
terrestri facit ipsum figulum similiter de terra
et post modicum redigendum in terram
quod tum non possit dare terre de qua factus
est vitam inmortalem ut dicitur multo
minus potest vitam terre cui qua operatur
arte sua. Et hoc est quod dicit Cum labore
vanos deos fingit. i. ydolum quod deos
colebant de eodem luto superius de quo
prius fecit vasa honesta et inhonesta
quantum ad usum. Ille qui paulo ante
de terra factus fuerat. Et si deus de ter-
ra fecit hominem. et post pusillum du-
cat se. i. ducatur. inmo post paucos annos
unde acceptus est in terra. Ecce quod omnia
que terra sunt in terra reuertentur. ut edu-
cat se secundum alios libros. ille enim non semper
se ducatur in terra Quia repetitus est debi-
tum anime quod habebat. Hec littera exponitur
dupliciter primo autem debitum dicitur mors
ipsa qua omnis homo debet persoluere
prime parentis. Gen 2. In quacumque die co-
mederitis ex eo morte moriemini. i. ne-
cessitati moriendi eritis adducti tu et
tota posteritas tua. Ita homo est constitutus
in tempore. Repetitus autem debitum. i.
debitum quod est anima ipsa. Luce 12. Stulte
hac nocte animam tuam repetent a te.
Et est hec sentencia mea non sine ipsa inuita. ut
hic potest apparere passiue significacionis secundum
repetitus regat hunc accusatiuum
debitum. Et dicunt quidam quod hic idem est
quod semper accusatiuum regit duplicem accusa-
tiuum. sicut hic ubi docens. Unde bene dicitur
repetitus debitum. sicut iste doctus gramma-
ticam. Repetitus autem debitum. Nota quod
est quod homo bene considerans statum suum
dupliciter debitor est multorum.
Est enim primo debitor respectu vero

Superioris | Rx^d z reddite omnibus de-
Inferioris | bita Deus e superior · cad
Equalis | e inferior · proximus equalis

Deo aut debitores sumus s^t et quadam
dector rone delicti · rone beneficij · et
rone depositi · Primo quide rone delic
ti · omnes enim in delinquimus et ideo
omnes ei q offensa emendare debemus
Sophonie 1 pl 6. dictu e philisteis
qui archa dni detinuerunt iniuste
et ideo diuersimode afflicti fuerunt
Ne deus reddite q pcto et tunc
curabimini · Istud debitu e pena qua
multi mali soluunt et quidam inuiti
male soluunt · qui sua peccata in senec-
tute deserunt · iniqua soluunt q pre
pene et aliis decedunt · Rone huius
debiti qd e pena q pctis · ecclesia
pcta debita incupantur · Mt 6 di
mitte nobis debita nra s^t et nos
di · de · nr · 2^o sumus deo debitores
rone beneficij · Recepimus enim a deo bo
gre et ne et fortune q quibus omnibus
multis ei sumus debemus · Luc 11 · Cu
enim bn feceritis dicite serui inutiles su-
mus q no debuimus facere fecimus · 3^o
sumus deo debitores rone depositi
q enim bona q nobis videntur esse colla-
ta deposita sunt magis qua data
Vnde reddituri sumus de omnibus rom
Luc 16 · redde ronem villicacionis tue s^t dicit
dat vnicuique debitu · 4^o sumus pu
ncipaliter debitores pter carnis sm carnem
ut non viuamus sed ut ipam sm spm re-
gamus · Ro 8 · debitores sumus no
carni ut sm carnem viuamus · si enim
sm carnem vixeritis moriemini · Dicat
spu carnis mor vi · Carni igitur tria
debemus v^3 · Sustentacione debi

Sustentacio
Castigacionem
Exaltacionem

| ne deficiat · de-
licatu no det ne
insolescat · Vnde
gregorius · Mor · l · 2^o pars p^t ezechielis · Sic

nutrire non nimis tep' uicemur · ubi nasciuntur
et caro nobis aliquid adimitur e i bo^o
ope · aliquid aut seductis i malo · Di
go ei plus q debemus tribuimus hos-
te nutrimus · et si necesse eius q debemus
no reddimus tunc necamus · Sacaci
ut q sed ad hunc usque ut eius bono ope
nobis sufficiat · Nam quosdam ei tm tri-
buunt ut superbiat sinc penitus ignorat
q ille De cons · dist · c. ep' eg · sfateor
uera nob carnis mri caritas · fateor
nos b' gere tutela no nego indul-
gendum illi fomenta nego sui gere
nos debemus no tamquam ipse corpus viuere
debeamus s tamen no possumus sine corpore
Et infra · et nobilem tibi honestam
inquit ei vile e autem corpus nostris caritati
Caro igitur sustentari debet non expug-
nari ne contra spm fiat hostis · Iux
illud metrum · Si bn sum pasta et
caro no ero casta · Du e multa pas
sicula lutu ard · 2^o debemus carni cas-
tigacionem per abstinencias vigilias
et afflictiones ronabiles · 1 Cor 9 ·
Castigo corpus meum et i spm re re-
dac ne · al · pdicauerim reprobus efficiar · Est
enim caro s^t equus lasciuus q^e mimia
pbenda gra damni sui quiat i lutu
Vnde greg' super 18 Job 30 · Dispa e i luc
tu altheca m · et sic tu corda m cy-
thara · inimicus reddit^r no minus sonat
si amplius tentus sonat q i minuit
tacto quisque diuinet debet moderacio-
mine pesse ut ad culpa caro non
superbiat · et tm ad officiu racionis
in operacione subsistat · 3^o debemus
carni exaltacionem no sola ut vaca-
cione · De isto lo^r · Ieron · ep · 8 · prime
libro quod · nullum in peccato dies e-
rit pre nocturni saciens uendicos
no vacos somnus s sacris et oc-

culos vigilia fatigatos tradere sopori in
ope debebat. Et secundum quod quidam frater
semper aliquod opus facito ut te dyabolus
inveniat occupatum. non enim facile
capitur a dyabolo qui vacat operacio-
nibus specialiter debitores sumus proximis
Cui debemus tria ut. Dilectionem

Dilectio / instructio / supplicacio — nem

Debemus omnibus fratribus
ad Ro. 13 Nemini
quicquam debeatis
nisi ut invicem diligatis. Et 1 Jo. 4.
Si deus dilexit nos et nos debemus
alterutrum diligere. Tullius de amicicia
Fructus ingenii et virtutis omnisque
prestancie tunc maximus capitur cum
in proximum quemque confertur. Sic glossa in
quadam omelia. Ibi intellectum audit
omnis ne taceat. Ibi rerum affluen-
ciam animus ne torpescat. Ibi ar-
tem qua regitur usus illius cum proxi-
mo partiatur. Ibi loqui dilectionem apud
divitem pro pauperibus intercedat. Talen-
ti nomine cuilibet reputabitur quod minimum
quis accepit. De ista dilectione dicit
Petrus Ravennas in quadam epistola. Cum
karitatis condicione solam in multiplici
motu variatur nichil in temporalibus
invenio propter unum quod vite celestis
imaginem reputet. Sola dilectio
est ~~que amicos absentes~~ qua non
alterat talis eventus quod sepe ro-
corporalis non dividit. quam tempus
longitudo non abolet quam defectui
non succumbit. Sola dilectio est per
quam amicos absentes videmus absentes
amplexamur et per quandam
angelicam agilitatem et imaginacionis
commeatum transvolat et recurrit et
nichil dedignans corpores insolat dis-
tancie localis maneria conprimitur
2o debemus proximis instruccionem. Ro.
1 Grecis ac barbaris sapientibus
et insipientibus debitor sum. 3o debemus proximis

Specialiter debitores sumus proximis sicut

supplicacionem. Cum enim exemplum quorum decer-
nis homines qui primum de illis et Grego.
li 12 c 1. Sicut plurima ut maria sus-
tinent capita columbarum precedencium
super dorsa ponunt famulantes in
ponderis labore sentiunt. Consimiliter
in omni congregacione et statu qui perfec-
ciores et forciores sunt infirmorum
defectus et imbecillitates sustinere
debent. Ro. 15 Debemus autem nos fir-
miores imbecillitates infirmorum sustinere.

Sed et cura est illi. Lectio [illegible]
non quia laboraturus est nec quoniam
brevis illi vita est sed concertatur
aurificibus et argentariis sed et era-
rios imitatur et gloriam prefert quoniam
res supervacuas fingit. Cinis est enim
cor eius et terra supervacua spes
illius et luto vilior vita illius quoniam
ignoravit eum qui se finxit et qui
inspiravit illi animam et amat que
operatur est et qui insufflavit ei
spiritum vitalem. Postquam reprobata est
vanitas ydola fabricancium ex parte
cause materialis et formalis in ista parte
reprobat eorum vanitatem ex parte
cause efficientis et hoc quia ubi sunt
de luto materia quidem est ydoli et vilior
tamen magis sunt de ... fabricatores
de illa. Circa ydola talia advertendum
unde primo reprehendit hic specialiter
figulos ydola generaliter fabricantes
de materia fictili. Et circa hoc duo facit
nam primo eos aliter vituperat 2o eos
fabricantibus ydola alios comparat
2a ibi Scit enim hic se super omnes. Circa primum
duo facit. Primo tales opifices ar-
guit de negligencia huius consideracionis
quantum ad laborem proprium et corporalem
fragilitatem. 2o eos redarguit de
vehemencia false opinionis circa vita

quane bonitate · 2º po(n)i(tur) · Et est(i)ma(n)unt (etc.) Circa p(ri)mu(m) q(uod) (est) per satyra p(ro)p(heta) arguit tales de neglige(nti)a · i(d est) de vana gl(ori)a · 2º de sp(eci)e supnacia · 3º de ig(r)aciam(m) s(ed) p(ri)ma negligentes n(on) su(n)t i(d est) eos q(ui) n(on) cu(r)ant de sui laboris q(ua)ntitate · n(ec) de sue vite b(re)uitate · Et q(ua)ntu(m) ad h(oc) dicat sic · Scit q(uod) cura illi n(on) (est) q(uod) laboratur(us) (est) n(ec) q(uo)m b(re)uis illi vita (est) · I(ste) negligencia patent omnes cupidi q(ui) g(ra)tia (aucto)ri(tate) diuicias et h(on)ores laborant et vite sue b(re)uitate n(on) (con)siderant · Sed q(uod) (con)tendit (cum) aurifabris q(ui) operantur i(n) argento et argentarios · Circa vana gl(ori)a figuli q(ui) certat cu(m) nobilibus artificialibus ut opera ita subtiliter in luto sicut alii i(n) metallis · Sed et erarios · i(d est) illos q(ui) operantur i(n) ere ut q(uo)cu(m)q(ue) metallo imitatur et gl(ori)am p(re)fert · i(d est) i(n) valore iactat q(uo)d reus gl(ori)am p(ro)ferendo opus suu(m) op(er)ibus artificium alio(rum) · Et h(oc) i(n) valore p(ro)fert · Circa res supnacia figit spina(m) · i(d est) i(n)ualius reprobata cor(d)u(m) negligencia et vana gl(ori)a repletur · 2º eos p(er) sp(eci)es supnacia y(d)olo(rum) cultura que quide(m) cultura reprobada (est) et mala ex cogitacione afficiunt et tota corrupta de (con)tinentia ad cogitacionem d(icitu)r sic · Cinis (est) cor ei(us) h(oc) (est) cogitacio cordis illi(us) q(ui) adorat vile y(d)olu(m) (est) cinis · i(d est) (est) cinerea sicut (est) obiectu(m) suu(m) · actus eni(m) specificantur et denominantur frequ(en)t(er) de obiectis · sicut dicit(ur) cogitacio cupi(di) (est) auru(m) · Et terra supnacia sp(eci)es illi(us) · i(d est) (con)sp(ir)acio adorantis y(d)olu(m) de luto (est) vilior ipso luto q(uo)d adorat et cui se subdit · Ad h(oc) i(n) cine q(ui)d lucto eleuatur designatur supbia(m) terre (con)cupiscencia oculo(rum) · i(d est) luto (con)cupiscencia carnis · 3º reprobat eos

de ig(r)acia(m) (contr)a qua(m) i(n)crepat i(n) l(itte)ra ve(r)o · Unde subdit · Q(uonia)m ig(no)rauit eu(m) q(ui) se finxit s(ed) deu(m) de quo ip(s)o q(ui) finxit sigillatim corda eo(rum) · Et q(ui) i(n)spirauit illi a(n)i(m)am · Gen(esis) 2 · I(n)spirauit i(n) facie eius spiraculu(m) vite · Et q(ui) amat que operatus (est) · i(d est) amat y(d)ola sua · Et n(on) eu(m) q(ui) i(n)sufflauit ei sp(iritu)m vitale · i(d est) deu(m) qu(e)m illu(m) ig(no)rat · michil aut(em) ig(no)ratu(m) (est) amatu(m) · B(re)uis vita illi(us) fuit · Circa q(ue) (con)siderare debemus ad ut(ro)sq(ue) vi(te) n(ost)re · p(ro)p(ter) q(uod) no(n) n(obis) p(ro)fert pondera(re) diligenter vite p(re)sentis mutabiles q(ua)litates · Unde d(omi)n(u)s h(ec) de ordine d(icit) sic · Cogitem(us) q(ua)m breuis sit vita n(ost)ra q(uam) lubrica sit vita n(ost)ra (et) (quam) (cer)ta sit mors n(ost)ra · Cogitem(us) (quam) diligentes hanc vita(m) intrauim(us) cu(m) labore viuim(us) et cu(m) gemitu exitu(m) sum(us) · Cogitem(us) cu(m) q(ua)ntis amaritudinibus mixta sit s(ed) (quam) dulce est s(ed) q(uam) videt(ur) cu(m) in h(ui)(us) vite via deceptionibus alludit q(ua)m fallax (est) (quam) suspecta q(uam) instabilis (quam) tra(n)sitoria sit · q(uia) quod amor mundi pariet quando species et pulcritudinis tempus (pro)mittat · Et postea enumerat multa mala h(ui)(us) vite p(re)sentis q(ue) intrauim(us) et p(ec)ca(ta) p(er) q(ue) accumulauim(us) et tande(m) o(mn)ia mala h(ui)(us) vite enumerare sit ut ei (pro)mittam(us) illa mala q(ue) de h(oc) q(ui)b(us) (con)p(re)hensunt (con)tinu(e) p(re)fuim(us) secreti singulo(rum) pericula quoru(m) (con)sp(ir)acio (con)stituit · Et i(n) q(ui)b(us) eu(m) cogitare n(on) l(ic)et q(uo)d ali(qui)s [illegible] etate mala fecit q(uo)d (con)sp(ir)a(uit) · Ponat(ur) an(te) oculos (con)p(re)t(er)ita et dies vite sue (con)siderat (et) diligenter q(uo)d et quot et q(ua)ntos labores (con)t(ra) iam p(er)tulit quociens ad h(ui)(us) vite amores frust(ra) dep(er)dunt · quociens i(n) laborosis conatibus fallaces exitus inuenit (et) (con)fectus sunt (quam)

Actus sunt specificant et denominant de obiecto

Cogitate quam breuis sit vita nostra

De hac nota indicat. Unde Salom
on qui addit sciam addit et dolore
quia enim homo plus intelligit in ymi
tate plus suspirat et gemit. Et
Augustinus habet enim vita ista videlicet

Dura		breui	
afflic- omnis		acti-	alitom	hec est in qua sumus
tiua		ambigui	

durationis breuitate. psalmus 18. Job 14. Homo
natus de muliere breui viuens tempore.
Et infra Breues dies hominis sunt. Et
quamuis hec sit verum de omni dicimus ma-
gis tamen afficit ista breuitas in magnis
personis sicut sunt pontifices
atque reges horum enim anni crebrius
computantur cum dicatur Anno regni
regis talis etc. Pontificatus vero a-
nno tali etc. Unde ecclesiastes 10. Omnis
potentatus breuis vita. Et forte ex
litteram mali regiminis corporis
et excessus deliciarum in cibis
potibus et voluptatibus quibus homines vite
agunt pro parte ad eorum breuitatem. Ecclesiastes
30. In multis escis erit infirmitas
et alia propter crapulam multi
obierunt. Disputat magister 2o.
Quodlibet. Utrum difficilius digesti
onis sit cibus simplex et unifor
mis vel mixtus et difformis. Et
videtur ad ista questionem. Respondit pro
assertione quod cibus mixtus difficili-
or est digestu. Quod probat quatuor ra
tionibus communiter et sunt exempla
quod rudibus. Primo enim videmus quod
pecudes simplici alimento nutriuntur
sanissime sunt et sicut pecudes
aliquae infirmentur ille potissime
infirmantur quae homines voluptuosi per
varietates ciborum nutriunt pingmas.
2a ratio est quia simplex cibus facilius
digeritur. In cuius signum omnis me-
dici simplicia cibos refert infirmi

tibus nam debilis facilius simplicem
cibum in se suis naturalis quantitate. 3a ratio est
quia sicut aliquis nocet varietas vini quam
vinum vini in aequali quantitate sumptum
ita varietas ciborum in tali quantitate
plus resistit nature quam unus cibus in competenti
quantitate. 4a ratio est quia qui simplicem
cibum sumunt si postea infirmentur facilius
curam sue infirmitatis procedit et
per quod sit facilius cauere vel a tali
cibo totaliter abstinendo vel minuendo
quantitatem quia si multos et varios nutriuntur
tunc nesciunt cui deuitatis posset im
putare. ergo simplex dieta salubrior
est tenenda quam mixta. 5a ratio est
talis diuersorum ciborum in stomacho recep
torum diuersa est natura et non agit natura
uniformiter ex parte sui quodam cibus
digeritur aliis manentibus adhuc cru-
dis. Illud autem quod prius in stomacho
manens quantitatem diu expectauit ibi
illud quod est postea digestum digestum
diu corrumpitur et acessit sicut et in
eructationibus patet. Sic ergo quia cibus
est uniformis et ideo uniformiter
digeritur et vitatur talis putrefactio
ciborum in stomacho. Unde relinquitur
sicut enim quod cibus simplex salubrioris est
digestionis quam cibus mixtus. Et ille
Omnia igitur potentes et diuites mul
tis ferculis et variis nutriuntur cibo-
rum quibus frequenter infirmantur et a-
cius moriuntur. Et ideo omnis potenta
tus breuis vita quia in multis escis erit
infirmitas. Ecclesiastes 31. Qui abstinens
est adiciet vitam. Hinc concordat Seneca
epistola 1. multos morbos multa
fercula fecerunt. Ista tamen breuitas vi-
te nostre non est cauenda nobis si pro nobis
si bene consideremus quod sit et Ambrosius in
hoc de ypocrita. Sed breuem illa

Cibus simplex est facilioris digestionis quam mixtus

Varia fercula vitam hominis breuiant etc.

dens fecit ut molestie eius que per
prosperitate vina non potantur tempus
exigentiale finiretur. Sap. 2. Exi
guum et cum tedio est tempus vite nostre.
Habet vita presens 2o afflictionis ac-
erbitatem secundum auctoritatem Augustini de
ordine supra allegata. Et Gregorius 7
moralium Dei publice ostenditur quod hic
agitur pena et miseria est. Et tamen
hec ipsa que vita nostra tantis repletur
miseriis misericordie dispensatur. Unde
idem Gregorius 23 moralium Electis dei consilio
agitur ut huius peregrinacionis tempore elec-
torum vite turbetur. Una causa est quia vi-
ta presens quasi ad patriam tendimus. Et
ideo hic occulto dei iudicio frequen-
ti turbacione concutitur ne via pro
patria diligamus. Istius satis ostende-
runt Salomon qui in omnibus que sunt
sub sole vanitatem vidit et afflic
tionem spiritus. Docet Aristoteles de pro-
blematibus particula 2 problema 3. Quod
aqua salsa multos feruos suppetat
naue quam aqua dulcis et eius
questio est Una ratio est quia aqua salsa
est corpulentior et despissior quam aqua
dulcis. Unde si ouum ponatur in aqua
salsa supernatat, si in aqua dulci
submergitur. Et aliqui ignaros huius
diversitate ponentes leuitatem et grauitatem
in aquis onerata similiter in mari et ap
risicata sunt in pluribus. Dicit 2.
Machabeorum. Et ideo securius contingit navi-
gare in mari quam in fluviis. Aqua
liter aqua maris est vita presentis tri-
bulacionis que est salsa et amara
in navis est persona bonis amissa
virtutibus et operibus secundum 31 facta est
quasi navis institoris de longe portans
panem suum ista utique bona persona
multis se ... navigat in amaritudine

seculi et adversitate quam prosperitate
et delicijs ut dicatur ad Hebreos ca. 38
Domine si sic vivitur et in talibus sit vi-
ta spiritus mei. Hec est in pace quasi a-
maritudo mea amarissima totaliter per
penitentiam absolvetur. Docet Aristoteles de
problematibus particula 22 quod post
comestionem eorum que sunt stiptica poma
ca ut austera que non multum abluunt
dicuntur secundum Commentatorem vinum et aqua
et ceteri omnes potus videntur dulciores
Causa huius est duplex. Una quia ...
magis appetit ut ipsa sunt contraria. Alia
quia per talia aperiuntur pori lingue et
organorum gustus et sic potus
melius penetrat. Similiter adhuc
eius questionis modo vinum post tue
leccionis melius sapit que post
quam amara vite presentis gustaverit
Dicit expectate de tenebris sit lux
magis accepta Job 3. Lux et vita
his qui in amaritudine anime sunt. 3o
habet vita presens terminacionis ambiguitate
Eccl. 9 Sunt iusti atque sapientes et
opera eorum in manu dei. Nescit homo
utrum amore vel odio dignus sit sed omnia in futurum servantur in-
certa. Et ideo docet Seneca quod unus-
quisque debet in ... et mortis con-
temptu mori antequam finiat vitam
suam et consumat vitam antequam moritur
Dicit Seneca epistola 32 secundum ... quod
est consummare vitam ante mortem
et expectare secure reliquam sui temporis
partem et tales erant quibus apostolus lo-
quebatur Col. 3 Mortui enim estis
et vita abscondita est cum Christo in deo.

Sed et estima. Lectio 142.
Suerit lucri esse vitam nostram
et conversationem vite opposi-
ta ad lucrum et opere ... unde
est ex malo acquirere ... est sat

Aq̄ salsa ferri q̄ suppetat naue q̄ dulcis

post questionem stipticorum potus fiat dulcior

se sup omnes delinquentes qui ex ter-
re materia fragilia vasa et sculpti-
lia fingit / Omnes enim insipientes
et infelices sup modum anime sue
superbi sunt inimici populi tui et im-
perantes illi / postquam sapiens sanctus re
darguit ydolatras de negligencia bone
consideracionis circa proprii corporis fragili-
tatem similiter ista redarguit eorum opi-
nionem falsam circa vitam humanam mo
ralem dicens / Est autem opus rep
bans de conversacione humana quod tota
hominis conversacio ordinari debet ad du-
o vz ad delectaciones et delicias
et ad possessiones sive divicias et
hoc est quod dicit / Sed estimaverunt lusum esse
vitam nostram lusum vel ludum vel lusum
hoc est delectacionem et voluptatem estima-
verunt esse finem et perfectionem vite hu-
mane / Et homo circa nichil aliud so-
lari debeat sollicitum nisi quod fruatur
deliciis et voluptatibus corporis
et tunc hic homo videt dictus unde sub
dit / Et estimaverunt conversacionem vite hu-
mane esse compositam id est ordinatam
ad lucrum diviciarum et non oportere
[struck] undecumque sive iuste sive iniuste
etc ex malo acquirere / Et isto tempore
miseri figuli studuerunt fabricare
ydola curiose ut possent ea carius
vendere ydolatris [struck] consequenter comparat
figulum ydola fabricantem ad alios ar-
tifices ydolorum de nobiliori materia et
circa hoc duo facit / primo vituperat eum
sub pietate scientie et singularitatis / 2o
vituperat omnes ydolatras generaliter / 2a
ps ibi Omnes enim insipientes / dicit ergo
de figulo deos fictiles fabricante sciens
enim facit se supra omnes delinquentes qui ex
terre materia id est ex materia fictili fragi-
lia vasa et sculptilia fingit ergo

ex sensu videt et palpat quod non plus
sunt honoranda sculptilia quam vasa fra-
gilia / Sed non solum iste sed etc generaliter
omnes ydolatre sunt insipientes infe-
lices superbi bonorum inimici et exp-
bratores populi dei unde subdit Omnes
enim insipientes quantum ad cognitiva et
infelices quantum ad affectiva sive motiva
id est ultra mensuram anime sue id est supra bonitatem
superbi sunt inimici etc sunt populo dei
et bonis viris opere persequendo et impe-
rantes illi deridendo et diffamando
Estimaverunt lusum esse vitam nostram / so
cetera est quod recitat opinionem quorundam
et reprobat qui posuerunt humanam felici-
tatem in operacionibus ludi consistere
et hec est eadem opinio que supra fuit rep
bata in prima lectione / ponit ergo duas
quia primo racionem [struck] eos movit ad ponen-
dum felicitatem humanam in ludis / Et est
ista quod divites et potentes maxime
indigent et quod maxime delectantur
videntur potissime ad felicitatem pertinere
sed divites et potentes maxime querunt
delectaciones ludi unde [illegible] quanti
ludentes sunt eis cari et preciosi ergo
videtur quod in talibus consistat felicitas
2o Aristoteles istam racionem evacuat propter
duo primo quia non est sufficiens signum
quod felicitas consistat in ludo propter hoc quod
potentes maxime ludis delectentur qu-
ia in talibus hominibus non est singulare
quod non sunt tales hominibus in potentia
vel divicie sed nec potentia nec divicie fa-
ciunt operaciones eorum esse virtuosas
ergo non sequitur quod si sit ad virtus sunt qua
sit a divitibus et potentibus amor
12 quia potentia vel divicie nec consistunt
homini virtutes morales nec intellectua-
les que sunt principia virtuosarum operacionum
2o quia illi quibus non sapiunt dele-
ctaciones spirituales que sunt in operacionibus

virtutem moralem et intellectualem fugiunt
ad delectationes corporales non tamen
hoc sequitur quod ille sint simpliciter eligi-
biles et quod in eis sit felicitas non sequitur quia pueri
quoniam carent intellectu et virtute iudi-
cant alia esse preciosa et magis po-
tentia ideo sicut talia non possunt pue-
ris et viris probis alia et alia pre-
ciosa videntur. Illud autem simpliciter
est preciosum et laudabile quod a virtuoso lau-
dabile iudicatur. Cum igitur potentes ex
potentia sua virtutem non habeant propter quod
non sequitur potentes in ludis maxime
delectantur ideo felicitas consistat in lu-
dis. Tercio dicendum ad id quod contra ultima
tangitur primo quod cum felicitas sit finis
humane vite si in operibus ludi consistat
felicitas sic ludus foret finis vi-
te humane. Et sequitur quod homo studeret
negociaretur laboraret et militaret
propter ludum quod est stultum et puerile
Et contra quod dicit philosophus Anacharsis bene
se habet dicere scilicet quod quis ludat ad hoc
ut postea diligentius studeat quia re-
quies est propter operationem non operaciones propter
requiem. Secundo cum felicitas sit sum-
mum est quod in optimis consistat. Seria
autem sunt residualiora membra ideo
felicitas magis circa seria quam circa ri-
diculosa consistat. Unde Tullius primo
de officiis Non ita generati sumus a natura
ut ad ludum et iocum facti esse videa-
mur sed ad severitatem potius et ad
quedam studia graviora atque maiora
Tercio quia nobilioris partis actio melior
est operacio et per consequens in nobilissima parte
poni debet felicitas sed nichil prohi-
bet hominem bestialem corporales de-
lectationes maxime participare igitur
in talibus delectationibus non est feli-
citas. Quamvis autem ludus non sit
humane vite felicitas Est tamen con-
veniens ludus virtuosus quedam

Sicut autem homo indiget aliquando a-
nexationibus corporis quiescere ita
indiget interdum anima a studiis et
seriosis relaxare et a sollicitudini-
bus amplitudine pausare. hoc autem fit per lu-
dum quoniam consistit in colloquiis et colla-
cionibus quemadmodum inter homines ordi-
natis. Nunc igitur circa ludum considerandum
ad hoc quod virtuose fiat tria requiruntur

Condecencia / providencia / et carencia — cum — honesta / ydeptita / superfluita — tis — primum / secundum / tercium

Virtuose ludentibus considerari debet circa honesta-
tis condecentia ut videlicet ludus talis
deceat personam ludentem. deceat per-
sonas assistentes. Unde aliquis ludus con-
venit clericis ut placeat et viro reli-
gioso. et aliquis militi. armigeris vel
famulis. aliquis etiam ludus decet senem
et aliquis iuvenem quia non omnes omnia
decent. Confingit Esopus de asino et
catulo quod asinus considerans catulum
ociosum in mensa acceptum et gratum
domino deliberavit quod posset esse ca-
re quare dominus catulum nichil operis facien-
tem tamen diligeret et depasceret
quod quociens dominus domum rediret catu-
lus ei occurrit pedibus voce et mo-
dis quibus poterat domino suo applaudit
Visum igitur expediens asino effi-
giare catulum et sic dominum gratum fore.
Veniret igitur domino de rure redeunti occurrit
asinus cum impetu pedes anteriores
humeris domini allidit clamore vali-
do rudire cepit. Dominus turbatus et le-
sus auxilium convocat famulos qui
asinum validissime fustigatum a
domino abegerunt. Consimiliter multi sunt
quoniam putant quod eos deceat omnis
ludus et tamen rei veritate inde displi-
cent unde se reputant placere //
Narrant fabule quod minima incutio

tibijs incepit fistulare. Cum igitur iuxta aquam quandam sufflando tibias inceder[et], consideravit buccas suas tumore et ipsa indecentia vultus sui [illegible] tibias proiecit semper nec umquam postea fistulare voluit. Consideret ludens similiter personae suae condicionem et honestatem et nihil attemptet quod eius vel statum sive non deceat et super omnia tempora caveat ne aliquos ad peccatum inclinent. Unde Seneca de quattuor virtutibus: Omnia talia propter turpitudinem habentia a verbis quoque turpibus abstinete quia licentia eorum impudentiam nutrit. Sermones utiles quam facetos et affabiles ama. Miscebis interdum seriis iocos sed temperatos et sine detrimento dignitatis et verecundiae. Nam reprehensibilis risus est si immodicus, si pueriliter effusus, si muliebriter fractus. Odibilem quoque facit hominem risus aut superbus et clarus aut malignus et furtivus aut alienis malis evocatus. Haec Seneca. De ista honestate et decentia in ludo servanda dicit Aristoteles 4 ethicorum c. 16 quod ludus liberalis et disciplinati differt a ludo servili et indisciplinato in hoc quod ludens indisciplinate exponit se turpi damno vel derisioni et suspicioni. Unde indisciplinate ludentes in comediis secundum eum quandoque provocabantur derisione dum vel inepte diceret aliquam significationem quae vel turpia dixerit. Est probabile quod qui de turpibus ludit in turpibus delectatur et ideo ex parvis magna sepius intelliguntur ut docet Tullius in rethorica. Ab oculorum intuitu [illegible] et risu et huiusmodi sit, inquit ipse Tullius 1 de officiis: pueris non omnem ludendi licentiam damus sed eam quae ab honestis actionibus non sit aliena. Sic in ipso ioco aliquod probi ingenii elucescant. Et Ambrosius de officiis li. 1: Caveamus ne dum relaxare animum volumus solvamus omnem armoniam quasi concentum quendam bonorum operum. Usus enim cito inflectit naturam. Unde clericos nullomodo decet cachinnationes vel inepta effugare gestu, lenitu vel loquela ne homines suspicentur eos in talibus precordialiter delectari. Sed nec minute saltationes clericos nullatenus decet. Unde Ieronimus in [illegible] 19: Die autem natalis Herodis saltavit filia Herodiadis, ubi dicit sic: Ubi saltatio ibi dyabolus. Neque enim Deus ad hoc nobis dedit pedes ut cum camelis saltemus sed ut cum angelis choros faciamus. In saltibus copulat [illegible] et letatur inferni demonum [illegible]. Istam honestatem bene servavit virgo illa sacra filia Raguelis quae dicere potuit id Thobie 3: Numquam cum ludentibus miscui me neque cum his qui in levitate ambulant participem me prebui. Secundum quod ludus in suis requirit est prudentia [illegible] ut ludens sic provideat quod ludus suus sit simpliciter innocens et [illegible] ne alios inde ledat. Unde qui nihil in dictis suis ponderant nisi ut risum excitant nec curant quod per dicta sua contristant derisores sunt et bomolochi et non eutrapeli secundum Aristotelem 4 ethicorum. Et de tali loquitur Salomon Proverbiorum 26: Fraudulenter nocet amico suo et cum deprehensus fuerit dicit Ludens feci. Tales ludunt inde sapientissime qui etiam se cum aspectibus ludere [illegible] Iudic. 16. Nam quandoque [illegible] ludens potest alteri conviciari. Et ad hoc videt Aristoteles 4 ethicorum: Nam quedam convicia sunt contumeliosa et quedam non. Dicere autem contumeliam alicui est eum infamare et talia convicia dicere nullomodo potest esse iniuriose ludens. Et hoc apud gentiles legibus prohibebatur. Sunt autem alia quedam convicia de levibus quae potest con-

De honestate et decentia in ludo servanda

Ubi enim saltus corea ibi et dyabolus

ueniens in uiciosis dicis uel ppter de
lectacionem uel ppter hominum conuersacionem
Quod exponit ibidem sanctus Thomas quia tercium
quod ludus uirtuosus requirit est circumstancia
supplicium ne uel inde fiunt uel
inde continuentur Et quo dicit Tullius
i de officiis Ludo quidem et ioco uti
licet sed sicut sompno et ceteris quie
tibus tunc uti cum grauibus seriisque re
bus satisfecimus ¶ Distinguit autem
Thomas triplex genus ludi sicut 2a 2e
q. 168 q. ulti. ar. 1 ¶ Est enim ludus
turpis et inhonestus qui in se de
formitatem importat et tales fece
runt gentiles coram diis suis in the
atris et templis et iste est simpliciter
illicitus unde ponitur de pe. d. 1 c. 1 iste
et in multis aliis locis ¶ Aliquis est ludus
deuocionis et gaudii spiritualis qualem
fecerunt pueri in die corporis cristi et
qualem fecit dauid coram archa domini
2 Re 6 ¶ 3us est ludus humane consolacionis
cuius medietas uocatur eutrapelia et
uirtuosus illa uirtute dicta ab aristotele eu
trapelia quasi uirtus bene uertens humanos
quietem qui sicut cum premittit eutrapoli
esse epidexietatem ab epy quod est supra
et dexios quod est captus quia optime aptus
ad quietem humanam ¶ Et de tali ludo
exponi potest illud zacharie 8 platee
ciuitatis complebuntur infantibus et
puellis ludentibus Lectio 143
Quoniam omnia ydola naciosum la
in deos estimauerunt quibus
neque oculorum usus est
ad uidendum neque nares ad percipi
endum neque aures ad audiendum
neque digiti manuum ad tractandum sed
et pedes eorum pigri ad ambu
landum homo enim fecit illos et qui
spiritum mutuatus est hic finxit
illos nemo enim sibi similem homo poterit

deum fingere cum enim sit mortalis
mortuum fingit manibus iniquis
¶ Postquam superius reprobauit ydolorum cum
culturam quo ad figuram ubi specialiter reprobat
ex parte cause formalis et efficacis
¶ In ista littera secunda reprobat ydolorum
et eorum culturam ex parte cause finalis fi
nis enim faciendi ydola et colendi
est suffragium uel auxilium conse-
quendum de suis uite humane ¶ Sed tale suf
fragium conferre non possunt cum careant
omni sensu et motu progressiuo et uita
igitur frustra fiunt et coluntur ¶ Quod autem
careant omni sensu probat inductiue per
per litteram excepto sensu gustus de quo
non fiat in littera mencio ¶ Sed cum pa
teat sensu tactus carere et gustus est
quidam tactus sicut dicitur 2 de anima satis
liquet quod gustu caret ¶ Racionem uero
quare sensibus caret assignat in potestate
efficientis quia cum sit mortalis mortuum
fingit ¶ 1 componit fingere enim componere
dicamus fingimus quasi videlicet mortalis
generare posset uiuum parentem fingere tamen
parte illius potest uiuum ¶ Nonnulli quidem
ueteres postillatores istam litteram expo
nunt de malis pastoribus et prelatis
quos primo describunt a dementia ad
ministracione 2o ab intrusione ministerii
¶ Circa primum dicit duo primo quales reputan-
tur ab aliis ¶ 2o quales sunt in se
ipsis ¶ Reputantur enim ab aliis dyuini
eis fiunt genuflexiones adoraciones
et supplicaciones ¶ Cap 2 ¶ Gentiles
orbis terrarum deos putauerunt 2 pa-
ralipomenon ¶ Omnes dii gentium ydola et quia
addicit ¶ Omnia ydola nacionum deos
estimauerunt ¶ 1 malos pastores zacharie
11 ¶ O ydolum et pastor delinquens
gregem ¶ Quales autem sint in se ipsis sub
iungit quia aliud sunt aliud apparent
¶ Apparent uiui et sunt mortui quod
manifeste probatur per carenciam sensus

Thomas distinguit triplex genus ludi

et motus. Deficiunt enim in platis sõ
quinque sensus spirituales quos regi debet tam
in ipsa contemplatione quam in subditorum regi-
mine. Primus enim caret virtute visiva
distinctionis et cognitionis qua discernere
debent necessaria inter lepram et le-
pram. Carent cognitione non solum
sponsae sed nonnulli omnis spiritualis
libalis ipsa excecatur pulvere terre-
norum et secularibus prudentum Job
2 vel 16 Speculatores eius ceci omnes
ipsa nichil vident temporalia ademen-
du et dispergendum ea Ier. 4 Aspexi
terram et ecce vacua erat et nichil
et Sap. 1 Dicas nil esse divinum 2°
carent spirituali olfactiva virtute sen-
sitiva sentitur odor ille quo dicit de-
uote anime post sponsum Cant. 1
Curremus in odore unguentorum tuorum
odor sponsae flavens affert tantum
odorem ipsi dicte sponse placentes sunt
simul cum honoribus et dignitatibus
quibus redolent in naribus plato-
rum quam odore per certis ut crisma que
sponsi credere debent totaliter ami-
serunt de quibus dicitur Ps. Nares
habent et non odorabunt 3° carent virtute
auditiva in auribus. Duas enim aures
spirituales habere debent. Una ad audiendum
delectabiliter et diligenter verbum dei. alia
ad intelligendum faciliter et humiliter
clamorem egenorum. Prima autem est dex-
tera secunda sinistra. Sed modo plati
non nulli more aspidis surde dex-
tram aurem obturant terra et sinistram
cauda. quia si offeratur ei copia verbi
dei dicunt quod non vacat eis tempus o-
portet enim de terris redditibus et pla-
citis habere consilia. Si clamet pauper
pro elemosina obturant aurem sinistram
cauda. Dicunt enim tanta familia
nobis necessaria tot milites tot
clerici tot armigeri tot sutores

tot famuli tot ribaldi quod vix suffi-
ciunt quecumque de ecclesia possidemus
et iste surditates reddunt eorum ora-
tiones execrabiles et inefficaces. De
primo Prov. 28 Qui declinat aurem suam
ne audiat legem oratio eius fiet execra-
bilis. Apoc. 9 Potestas equorum in eorum ore
et caudis eorum et consimiliter potestas platorum
est in ore eorum per imperium et in caudis
ut est in magna familia praedictum. De 2°
Prov. 21 Qui obturat aurem suam ad cla-
morem pauperis ipse clamabit et non
exaudietur. 4° carent virtute gustativa
spirituali qua gustatur a sanctis quam suavis
est dominus. Patiuntur enim febres vaporum
peccatorum quia infrigidantur per timorem
perdendi mundialia. non calescunt per
fervore semetipsos inflammando de di-
uina. non sapiunt corporis delicias et
desideria et in gustu sunt infecti et
non sapiunt que dei sunt Coll. 3 Que sur-
sum sunt sapite non que super terram. et Ps.
gustate et videte quoniam suavis est dominus
De istis de publicis pla. pro publi-
canis comedunt fructus putridos vinum
dulce videtur amarum quia amaritudo ma-
net diffusa in lingua eorum et magis
diffunditur per vinum. Moraliter de pla-
tis nonnulli fructus putridos dele-
ctationum carnalium comedunt et in
vinum devotionis et spiritualis contem-
Job 5 parvulum occidit invidia. Unde
invito dicitur quod domus invidie est in
ymis vallibus situata. Tectum huius
domus est coopertum squalenti tabo id est ve-
neno squalore et languore. Unde tota
locucio invidi est de pena hoc est quod sedeat
de fabulis clausis. Item domus invidie
caret sole et vento quia nunquam audet
invidus de prosperitate seu felicitate proximi
moveri. Ymis vento bonarum narracio-
num que de factis bonorum cum ostendunt
Item domus invidie est tristis. Dicitur enim Dam-
ascenus invidia est tristicia de alienis bonis
Unde sicut bufo est de bono odo-
re vinearum florencium ita invidus
de factorum valencium prosperitate. Item do-
mus invidie sunt caret igne et frigore

De invidia et de domo ipsius invidie

plena frigore. [illegible] illos invidus fuerit caecitatis caligine cum sol splendidat. quamvis bene iudicabit invidus de speciebus pro formis. 2o quantum ad cetera dicit quod pallas invenit eam comedentem carnes viperas. ita omnis invidus pascitur de maliciosis cogitationibus et machinationibus turbatis aliorum. Ovidius ipse penam invidie describit: Invidiae pallor in ore sedet macies in corpore toto, nusquam recta acies, livent rubigine dentes, pectora felle virent, lingua est suffusa veneno. Risus abest nisi quem visi movere dolores, nec fruitur somno vigilantibus excita curis. Sed videt ingratos intabescitque videndo successus hominum carpitque et carpitur una suppliciumque suum est. 3o viam et modum incedendi invidie ipsius athenas describit sic: Indoluit baculumque capit quod spinea totum vincula cingebant adopertaque nubibus atris. Quacumque ingreditur florentia proterit arva exuritque herbas et summa cacumina carpit, afflatuque suo populos urbesque domosque polluit. Istum modum incedendi quem invidus semper observat. portat baculum plenis spinis. quia illud unde se fulcire debet fugit. fugit et non portat quia non est invidia que posset delectare aliis in nullis operibus. quia invidus et delectatur in [illegible] clara sed ab sinistra sinistra dicitur de illo cui non est proponit. Iste quacumque ingreditur florentia proterit arva quia invidus nulli nocet nisi alicui virtute florescat. Unde Valerius li. 2 Nulla tam modesta felicitas est que malignitatis dentes vitare possit. Divites cum alicuius iactura sunt locupletes fiunt. Unde quidam interrogatus quare invidos non haberet. Respondit Quia nichil [illegible] magnis rebus haberis autem feliciter gessi. Nam sola miseria caret invidia. Unde Tullius ultro

non modum incedendi quem invidus semper observat

rethorice ponit exemplum de coloribus que vocatur gradatio et aut affirmatio. Iusticia virtutem. virtus gloriam. gloria emulos parit. 4o dicit quod ~~exurit~~ comburit herbas id est iuvenes perfectos sicut talpa ceca que moratur in terra et radices herbarum corrodit et impedit ab augmento. et non solum herbas sed summa pecora carpit quia semper contra superiores suos prelatos et dominos invidus conspirat. Quinto dicit quod afflatu suo id est verbis maliciosis polluit domus populos et urbes quas attingit. Hoc est igitur primum genus tristicie personarum de qua ecclesiastici 21 Sicut tinea vestimento et vermis ligno ita tristicia viri nocet cordi. et ecclesiastici 30 tristiciam longe expelle a te multos enim occidit tristicia. Ideo videns quod ociosi et fallaces sunt qui male tristes, in ypocrite ut decipiant alios exteriore tristiciam simulant et sanctitatem. contra quos monet salvator Matthei 6 Cum ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes. Tales sunt iocundissimi in lasciviis in occultis et tristissimi extra ad apparenciam in publico similes Gellie de qua Epigrammaton li 3 c 37 Ambulat in quadam porticu latet plerumque sub tristi amictu lascivia et deformis horror. [illegible] vili veste obtegitur ut secreta tegatur peculatio. Contra tales Ovidius. Non tua te fallat amici sub imagine latentes sunt. Impia sub dulci melle venena latent. 3m genus male tristium personas sunt cupidi et tenaces divitiarum. Nabal qui semper sunt in timore et dolore quomodo vel acquirat vel acquisita retineat. Ecclesiastes 2 Cuncti dies eius doloribus et erumpnis pleni sunt nec per noctem mente requiescit. Et talis fuit ille iuvenis cui dixit salvator Matthei 19 Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thesaurum in celo et veniet

Videns fallaces sunt qui male tristes.

sequere me et abiit tristis erat enim ha-
bens multas divitias et possessiones
Contra quos dicitur Eccl. 7 Decima paupertatis
aure tua sine tristitia. Tertium genus per-
sonarum tristium in praesenti sunt stupidi
et pertinaces qui de dei clementia
et pietate diffidunt. quorum aliqui
de peccatis suis irremediabiliter sic tri-
stantur et dicunt Sacramentum penite-
ntiae non posse sufficere ad salutem
vel quod iustitia dei divina non permittat
penitentibus misereri. Contra quod psalmista
alloquens animam suam dicit sic Quare tristis
es anima mea et quare conturbas me spera
in deo quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei et deus
meus. Alii sunt de istis qui morte
amicorum suorum ~~inconsolabiliter~~ inconso-
labiliter suis plangunt quasi vel de eorum
beatitudine et vitae desperent futurae
Contra quos apostolus 2 Thess 4 Nolumus vos
ignorare fratres de dormientibus ut non
contristemini sicut et ceteri qui spem non habent
Et quia istud genus tristitiae pariter mi-
serum sit et demissum per vitam vadit
ad miseriam sempiternam ideo quod sequitur
Eccli 14 Felix qui non habuit animi sui tristitiam
et non excidit a spe sua. Videmus
lectione 27 de decuplici desperatione.

Et ignis lectio 188
quidem nulla vis poterat
illis lumen praebere nec side-
rum limpidae flammae illuminare pote-
rant illam noctem horrendam. Ap-
parebat autem illis subitaneus ignis
timore plenus. Et timore perculsi
illius quae non videbantur faciei aestima-
bant deteriora esse quae non videbantur.
Postquam declaravit auctor quod Aegyp-
tii tenebris circumclusi nullum pote-
rant habere remedium a locis eos
continentibus in parte ipsa praecedenti consequenter
ostendit quod nec habere remedium po-
terant a quacumque luce tenebras

expellente. Non expellit tenebras lux
nisi duplex vel solaris et caelestis. Et ideo
ostendit quod nulla talis lux eis valere
potuit. primo ostendit quod eis valere non po-
terat ignis communis. 2o quod nec ignis cae-
lestis. 3o quod nec ignis intermedius ex
impressionibus generatus. Primum patet ibi Nec
siderum. et 3m ibi Apparebat autem illis. Quantum
ad primum dicit sic Et ignis quidem nulla
vis poterat eis lumen praebere propter densi-
tatem aeris tenebrosi. Et bene dicit
nulla vis ignis quia nec calorem vere
faciebat nec lucem illustrabat. Videntur
ignis potuit illum aerem calefacere
nec illuminare et quod mirum si ignis
materialis et communis hoc facere non posset
cum nec siderum limpidae flammae illu-
minare poterant illam noctem horrendam.
Consequenter ostendit quod ignis ex impressionibus
generatus nullum eis adhibuit remedium
sed plus auxit poenam eorum tedium et
contristationem adhesit. Apparebat autem illis
subitaneus timore plenus id est subita
choruscatio fulguris. Cum enim si
apparebat illis choruscatio ignis aer
sunt illuminati et iterum obscurati
et illa vicissitudo plus terruit eos
quam si fuissent tenebrae continuae. Unde
qui dixit quod nulla vis ignis poterat
illis lumen praebere intelligit quod nullam
lucem habuerunt ad eorum solatium sed
potius ad poenam et supplicium. Sunt etiam
cum illis choruscationibus illuminantibus
subito aere caliginoso et perfecto
apparuerunt illis personae terribiles et hor-
ribiles daemonum accipientium effigi-
es mortuorum et facies larvatas
ad terrendum eos quae fuerunt eis valde
poenales. non solum propter illa quae imagi-
nabantur confusis et hoc est quod subdit
Et timore perculsi illius quae non videbantur
faciei vel corporali visione vel ima-
ginaria aestimabant deteriora

esse q no videbatur · qr corporalis vi-
sus peiori sode fuerat · et sic fuerunt
in maxima miseria et timore · Nota
q pena istorum egiptiorum assimilabatur
tenebras pene infernali Apparebat
autem in quantum illis subitaneus ignis
timore plenus · Tunc repente venit
tunc ad plenum fuerunt dimitti ad
pietatem thess. ult. cum dixerint pax et
tunc qualitatis tunc repentinus eis
superveniet interitus · quantum ad xviii
Apoc. 18 quantum glorificavit se
et in deliciis fuit tantum date il-
li tormentum et luctum · Dicatur ad
huius plenitudinis modum iste dom.
Utrum ignis corporalis puniet in in-
ferno dampnatos · et arguitur q non · quia
sic ignis ille calefaciet corpora
dampnatorum · et sic q nullum poterat
tempus q posset eorum igne di-
minuere vel remittere · sequeretur q
illis ille calefaciet de facto corpus
inde vel augentur alterum ulterius ad
gradum signatum · et cum sit aliquis
gradus caloris susceptibilis excedens
corporum complexionem humane sequitur
q per calefactionem talium corrupcionis
corpus humanum · et fiet separacio
anime a corpore vel oportebit dicere q
aliqua caliditas que sufficit corrumpe-
re complexionem in octuplo debi-
lior · 2o sic si ignis affliget ita
corpora futura in inferno · igitur cum sit
agens naturale et non voluntarium agit
uniformiter per modum uniforme
in omnia corpora · igitur equaliter affli-
get iniquum mali sicut corpus peioris
si sint eidem equaliter applicata · 3o
si ibi esset ignis igitur erit ibi aliquod
lumen quod falsum · quia dicitur Matth. 22 · li-
gatis manibus et pedibus mittite eum
in tenebras exteriores · super quo dicit Gregorius
Ibi ignis ille lucem habet in tene-
bras exteriores nulli non dicetur
Bapli. dicit fr. 1 d. po. Vox domini intercedentis
flammam ignis · q virtute divina se-
parabitur claritas ignis ab eius virtute
adustiva · ita q claritas cedet in gaudium
sanctorum et ardor ignis in tormen-
tum dampnatorum · igitur ibi nullum lumen
erit · 4o si ignis sit sub tra. sicut est
violentus · sed nullum violentum est eternum · sicut dicitur
celo · igitur ignis ille non erit eternus ·
Contra est sic · quia non aut ubique est
locus tum purgatorio et ignis sed et ibi
vel non · si sic ego concedere me q de-
cedentes in caritate vadunt ad infernum ·
qr multa tales vadunt ad purgatorium
Dominus · Contra isti patres ante mortem christi
purgabantur in aliquo loco supra limbum
patrum · non in limbis · igitur in inferno · an-
tecedens illius quare patet · qr in limbis non
est pena sensus · Ad oppositum videtur esse
Matth. 25 · Discedite a me maledicti
in ignem eternum · igitur dampnati erunt in
igne eterno · Quod autem ignis corporalis
sit dicit Gregorius 4 dyalogorum · Igne gehenne
corporeum esse non ambigo · in quo certum
est corpora cruciari · In ista dubitacione non
est querenda nova fictio sed cum reverentia
recitanda sunt dicta sanctorum · Volo igitur
recitare quid de igne infernali · quid
de loco et igne purgatorii senserunt
doctores antiqui · Augustinus 12 super Gen.
ad litteram sensit quod anime malorum post
mortem non per corpora sed per corporum simili-
tudines cruciatus in anima affliguntur
Unde dicit ibi · Quod ignis ille spiritualis
est non corporalis · Simile dicit de loco
sed ipse postea retractavit tenens q
locus inferni est ignis corporeus
et sub terra · et ignis est corporeus
ibi ardet · Gregorius 4 dyalogorum · dicit
ignem infernalem corporalem esse non am-
bigit · De ipso igitur certum est q nulla
sit veritas per eum demonstrativa sed tamen

no habet unam conclusionem de igne infernali

per revelaciones factas viris sanctis.
Et ideo sequendo dicta theologorum dicende
sunt iste conclusiones. Prima est quod ignis
infernalis est corporeus. 2a est quod ignis
ille non agit in corpora naturaliter et modo
naturali. 3a est quod ignis ille non calefaciet
corpora dampnatorum nec illa corpora
calefient per ignem illum. 4a est quod ignis
infernalis affliget sicut instrumentum
divine iusticie non sicut principale agens.
Quinta est quod infernus est infra terram. Sexta
est quod purgatorium est infra infernum
et ideo ignis purgatorii et inferni.
Prima conclusio probatur sic: corpori non
sunt adaptata nisi corporea penalia. Unde
ex hoc probat magister quod ignis est corporeus
quia corpora dampnatorum in illum post
diem iudicii retrudentur. Et Augustinus
est 21 de civitate dei c. 1 dicit quod ignis
ille materialis affliget, igitur corporeus
erit. 2a conclusio quod ille materialis non
aget ut modo naturali sicut ignis calefacit
lignum causando calorem qualis est in igne,
sicut declarat Sanctus Thomas 4 Contra gentiles, quia si sic ageret fie-
ret utrumque, causaret passionem in cor-
pore dampnati et alteraretur realiter. Omnis
autem talis alteratio presupponit motum ce-
li. Sed post iudicium motus celi cessa-
bit, igitur tunc non erit talis alteratio.
Est igitur secundum eum et secundum doctores duplex
alteratio sive passio. Una per modum
nature quando agens applicat se passo in
qualitate qua agit naturaliter, sicut ignis
calefacit lignum. Alia quando agens non
applicat se passo in qualitate qua agit,
sicut obiectum agit in visum. Albedo enim
non facit medium album sed tamen causat
in medio speciem albedinis. Consimili
modo secundum eum corpora dampnatorum non
patientur primo passione sicut modo
patiuntur, sed secundo tantum. Et sic defendit
quod ignis agendo [illegible] in corpora dampna-

~~torum nec comburet quia tamen spiritualiter immu-~~
~~tabit sicut color medium vel pupillam~~
visus ea consumet vel corrumpet. 3o
patet ex dictis, unde quod non calefaciet
corpora dampnatorum nec comburet quia
tamen spiritualiter immutabit sicut color
medium vel pupillam. 4a conclusio est quod
ignis ille non aget secundum modum nature
sed sicut instrumentum divine iusticie. Et hoc
quod sequitur ex priori, quia non agit natura-
liter sed spiritualiter tamen, et aliquos minus et aliquos
magis patet etc. Quinta conclusio unde quod
infernus sit infra terram declarat Gregorius
4 dyalogorum et Augustinus super Genesim,
qui duas ad hoc congruencias assignat.
Unde quia sicut anime peccatorum propter carnis
amorem peccaverunt, ita eis locus [illegible]
debetur sicut mortue carni debetur. Sicut
sicut gravitas est in corporibus ita tristicia
in spiritibus; sicut levitas in corporibus, locus
autem gravium est deorsum, sic est locus
spirituum peccatorum. Sexta conclusio tenet
unde quod illud sit inde loca purgatorii
et inferni, ita quod loca illa sibi invicem
sunt vicina. [illegible] 4 d. 21 in responsione
ad argumentum 2m. Ideo est quod limbus pa-
trum fuit coniunctus inferno, alias Christus
non diceretur ad inferos descendisse. Sed
limbus fuit superior quam locus purgatorii,
igitur locus purgatorii fuit magis
vicinus inferno quam limbus patrum. Sed
tamen dicendum quod infra hunc ambitum inferna-
lem quatuor sunt loca distincta: in primo
limbus patrum, postea limbus puerorum,
3o purgatorium ubi est pena sensus, et
4o dampnatorum. Secundum Gandavum 8 quodlibet
q. 32. Ibi igitur est locus purgatorii
secundum legem communem, secundum non privilegia perso-
nalia. Et dispensacione divina anime
quorumdam affliguntur in locis ubi pecca-
verunt, tamen ad vivorum instructionem tamen
ad mortuorum subvencionem. Propter hoc ad

Duplex est alteratio sive passio secundum [illegible]

Infra ambitum infernalem quatuor dicuntur esse loca

arguit. Ad secundum dicendum quod ignis ille non alterat corpus naturaliter sed tantum spiritualiter sicut obiectum mutat intellectum vel sensum et ideo magis corrumpit et primo non potest corpus ab alia dispositione transmutabit in qua ponetur in inferno. Ad tertium patet quod licet non sit agens voluntarium agit tamen ut instrumentum agentis voluntarie et ideo punit et affligit secundum voluntatem eius cuius et non per naturam propriam ignis. Ad quartum de igne et lumine dicendum quod locus ille sic erit dispositus sicut convenit maxime miserie damnatorum. Unde erit ibi lumen aliquod sed umbrosum ut illa videant que afflictionem augere possunt et tamen lumine non delectentur. Decet tamen quod ignis est eiusdem speciei naturalis cum igne nostro sed differt secundum tales dispositiones sicut differt flamma et carbo. Quod ignis eiusdem sit speciei sicut sit in materia aerea sicut est in flamma, sicut in terrestri sicut est in carbone. Quod igitur lumen illud erit in materia fumosa et umbrosa simpliciter quod dicitur locus tenebrosus. Ad quintum dicendum quod licet nullum violentum possit esse perpetuum ex ordine nature potest tamen esse ex ordine divine iusticie. Ad quintum patet per predicta in solutione conclusionis. Sic igitur totam difficultatem de eternitate corporum non comburendorum per ignem inferni, quam pertractat Augustinus 21 de civitate dei, solvit iste doctor per hoc precipue quod cessante motu celi nulla fiet in corporibus actio vel passio materialis sed spiritualis tantum. Et quamvis istud esset quondam damnatum Parisius et tamen postea fuerat revocata quantum attinet ad dicta sancti Thome per dominum Stephanum [?] 2[?] cam [?] que arguit Scotus doctor subtilis d. q. e. li. Lectio 189

Et magice artis appositi erant derisus et sapientie gloriatio cum correptione cum contumelia. Illi enim qui promittebant timores et perturbationes se expellere ab anima languente, hii cum derisu pleni timore languebant. Nam et si nichil illos ex monstris perturbabat, transitu animalium et serpentium sibilatione commoti tremebundi peribant et aerem quem nulla ratione quis effugere posset negantes se videre. Postquam declaravit quod egipcii propter tenebras tridui tenebrosi non potuerunt habere solacium contra tenebras nec ab igne nec a lumine, hic ostendit quod nec aliquod remedium consequi potuerunt per eorum magos quos tamen habuerunt peritissimos. Primo ipsi magi a demonibus delusi et adeo afflicti deridebantur et eternaliter cum aliis affligebantur. Et circa istud tria facit. Nam primo ponit eorum derisionem. 2o ponit derisionis rationem. 3o concludit quandam obiectionem. 2a [?] ibi Illi enim qui promittebant, et 3a ibi Nam et si nichil. Quantum ad primum dicit sic: Et magice artis appositi erant derisus. Hoc est tunc temporis manifeste derisibiles ostendebantur magi egipciaci qui per artem magicam monstra fingebant quia nec ipsi nec alii contra sepe dictas tenebras potuerunt procedere. Et sapientie gloria correptionis cum contumelia, quasi diceret vana gloria quam habuerunt dicti magi de falsa sapientia ipsa fuit eis in correptionem cum contumelia quia pharao et alii nobiles clamantes posposuerunt eorum subsidia et cum eos invenire [illegible] non possent contumelias intulerunt tamquam fallacibus et pomposis deceptoribus. 2o ponit derisionis causam. Illi enim qui promittebant timores et cetera se expellere ab anima languente hii cum derisione pleni timore languebant. Igitur manifeste fuerunt deridendi sicut pre-

suptiosi et fallaces pmittentes se
alios adiuturos · qui nec potuit sine
dere eisdem · Secundo quia posset ad obiecta quod
ipsi non affligebantur compassione cor
porali vel imaginaria tristium personarum
et monstruosarum effigierum quia assueti
fuerunt talia videre sicut nec laban expa
uit ad aspectum locorum · Videtur quod
mathlomia hec quasi turbabat sibi
corporeum aialium que nisi eos strepi
tu frangentes videbantur eos concul
care · et sibilationem spectu quod eum non
videbant turbabantur · et ex hoc
maxime quia negabant se videre deorum
sine quo nemo vivere potest et hoc est
quod dicit vel et si nichil illos ex monstris
trix appenabus in chorusationibus
visibilibus vel imaginaria tenebris per
babat bestiarum vel aialium robustorum
et spectu sibilationes commota ab aialibus
conculcaretur vel a serpentibus devoraretur
tremebunda probat et aerem quem nulla ratione
quis effugere posset negantes se vi
dere aerem quem tamen tangebant · Et ma-
gice artis apposita erat derisio · ad
litteram · et vacantes arti magice vel
captivi derident · Nam primo deridetur

Deridetur — a demonibus / ab hominibus / a bonis angelis / etiam a deo

a demonibus
et decapiuntur
sequitur aliquando
ab ipsis premia-
bus fallacibus et mendosis quibus
promiserunt et quos coluerunt sicut patet de
papa Silvestro 2o qui prius dicebatur
Gerbertus qui primo monachus Floria-
censis cenobii · postea apostatavit
dyabolo et obsequiis et arte magice se
penitus obligavit et inter quod dyabolus
fecit omagium tali pacto ut ei omnia
ad nutum ~~succederent~~ succederent · auxilio
igitur demonis promotus et suffultus
fuit primo Remensis archiepiscopus

postea Ravenensis et tandem papa et
tunc demum quesivit a dyabolo quamdiu
viveret in papatu · Responsum est ei quod quam
diu non celebraret Jerusalem · Tunc igitur
postea celebravit in quodam loco rome
qui Jerusalem dicitur et cum in lateranis ex
strepitu demonum mortem sibi sensit
adesse · suspirat igitur et ingemuit
et licet sceleratus alias essent ullatenus
non desperavit sed coram omnibus peccatum
suum confessus membratim ordinavit
dividi corpus suum ut omnia illa mem-
bra amputarentur quibus demones
adiuvabat · truncum vero mortuum super
bigam inponi et ubicumque illa aialia
traherent presentem sepeliri · Sed vero
signum eiusdem sine clementie demons-
trantes tulerunt aialia corpus illud
in ecclesiam lateranensem in cuius sepulcro
licet sic exaratum tamen · Ex tumultu
ossium et sudore pape probatur ipsa
gratia moritura · habetur in Cronica fratris
Martini · De hac eadem persona talis
extat versus Scripsit ab R · Gerbertus
ad R · post papa regens R · Et desig-
nat tres nobiles civitates quas recepit
successive quia fuit Remensis Raven-
nas et Romana · Iste igitur fuit tem-
pore derisus a demonibus quibus tamen
homagium fecit ut dictum est · Cesarius
etiam narrat de quodam alio episcopo qui
Ces. se per homines quosdam arti magice
fuit datus tandem suus episcopus cum
multos haberet adversarios et esset
in quodam castro suo de quo plurimum
confidebat et cum timeret consuluit de-
monem suum sub hac forma effugiam
an non · Respondit demon · non fugias se-
cure veniunt inimici tui sicut voluit
et subdentur tibi · Accedunt hostes et
castrum ceperunt et succederunt in
vacuas igitur demone in extrema

uetule quesiuit quid faceret. At ille
cum se similiter fefellisset, respondit quod
demon qui eum non decepit sed verum
dixisset si dictum suum intellexisset.
Dixi inquit quod ostia sua scandas et fugi-
as. Venient inimici tui sua vi et
subdent(ur) vi ingredientes. Et sicut
similium dyabolus in fine diligentibus
sibi posset infinita narrari. Ali-
quando autem decipiuntur a spiritibus aliis
nisi quando aliquis eos inducat sed ab
eorum principibus quibus sunt aliis pote-
stiores. Unde cum quidam Theotonicus
peregrinaretur ad sanctum Jacobum in
quadam villa Navarrie nigroman-
ticum obuium habuit. Hic dixit pere-
grino. Bone vides te esse in periculo
mortis. Sed si michi vis mercedem
rependere saluabo vitam tuam.
Respondit Theotonicus volo. Duxit igitur Theo-
tonicum nigromanticus in quandam cameram,
parat quoddam balneum et ponit eum in
aqua. Collocat autem eum speculum
de calibe quo magici solent uti
et querit ab eo quid videt in speculo.
Respondit Theotonicus quod videt virum et
uxorem in domo sua. Et nigromanticus
quandam imaginem formauit de ce-
ra. Statimque clericus arcu extento
et sagitta emissa ut sagittet
imaginem. Cum clericus narraret igitur
ymago inquit cerea imago tua
est. Uxor vero tua et clericus amasius
suus in hoc conuenerunt ut te occidant
quod si imaginem illam possit clericus sa-
gittare mortuus es. Custodias igitur
teipsum ut cum incipit trahere immer-
ge teipsum totum sub aqua balnei
in qua stas. Et sic secundo ac tercio quia plu-
res ut non posset sagittare fecit pe-
tande tercio se erigens de aqua et
respiciens speculum vidit qualiter
uxor cum famula clericum illum subito

mortuum in quodam stabulo sepeliunt.
Soluit igitur Theotonicus nigromantico
suo mercedem. Et facta peregrinacione
domum rediens que per speculum vide-
rat esse completa perpendit. Unde cles-
heutur versus. Theotonicus peregrin(us)
eo Jacobita Navarre. Balneum cum
speculo docet malum mulieribus. Re-
latet ad stabula sub aquis immersio
trina. Sagittant fatua fatuus
stabuli tenet yma. Unde pariter
magicos dicitur de spiritu eum decipiente
Versus. Subridens spe dabit na-
rrant et bona et promissis decipie-
bit te. Secundo deridentur dantes se illi
arti etiam ab hominibus. Sicut nuper pa-
tuit nostris diebus in quodam clerico spe-
cie nigromancie. Cui demon apparens pro-
misit quod foret rex Anglie et quod
cum tanta milicia ducetur in medio
regni Anglie sicut umquam Edwardum
filium Henrici videat esse. Exis-
tante in Northamtona tempore
parliamenti comitatibus tocius
regni presentibus tractus fuit et suspen-
sus quousque diu ossa ossibus adherebant.
Primo qualiter qui tali arti adherent
etiam apud homines confunduntur. Sed
michi tempus deficiet si omnia narrare
ut multo dici possit. Et Ps. Posuisti
nos in obprobrium vicinis nostris sub-
sannacio et derisu. Et cum figura est
Regum 3 sic 18 Unde Helias prophetas
Baal derisit et ait Clamate vo-
ce maiori deus enim vester est et forsitan
cum aliis loquitur aut in diuersorio est
aut in itinere aut certe dormit. Tercio non
est dubium quin ab angelis bonis de-
rideantur qui se vilissimis spiritibus
submittere non verentur. Unde ange-
lus obuians Balaam nigromantico cum
gladio euaginato satis cum domino su-
is assistente derisit cum asina sua

De nigromantico qui saluavit vitam peregrini

Vnde arti magice adherentes derident(ur)

cum ad maliciem collidere imparauit 22. Numeri. ¶ Quod deridebitur a deo finaliter iuxta illud psalmi: Et tu domine deridebis eos et ad nichilum deduces omnes gentes, id est omnes gentiles se demonibus submittentes. ¶ Dubitacio talis est. Utrum ars magica sit racionabiliter hominibus interdicta. Quod non, quia ad honorem dei videtur esse quod homines aliqui virtute nominis sancti vel ewangelii vel sacrosancte possent demonibus imperare. Sed hoc frequenter traditur in arte magica ubi invocate demones adiurantur per nomen dei. Igitur non debet hominibus prohiberi. Item ad artem magicam pertinere videtur uti ymaginibus ad curam hominum spectantibus. Sed hoc est sciencie naturalis. Igitur illud est irracionabiliter prohibitum. Minor probatur per id quod narrat Constantinus ex galio g° pcol. ubs. o. ubi narrat se quendam qui sculpsit figuram scorpionis in lapide luna existente et in signo scorpionis contentis de quatuor angulis, et quod per talem impressionem illius fiebat fine cera in morsu a morsu scorpionis curabat, sicut ipse se testatur vidisse. Sed hoc non fiebat nisi per naturam stellarum etc. Igitur irracionabile est id prohibere. Item quod a diversis est expertum. Sed diversis sunt experti quod quedam negocia malos eventus demonstrant, sicut obviare lepori malum signat et obviare bufoni signat bonum, vestes rodi a soricibus ostendit statum domini de domo recedere et multa huiusmodi habentur per expertos maxime a mulieribus quibus plus vacat talia considerare quod sunt signa infortunii. Igitur irracionabile est talia prohibere. Item narrat magister in historiis super ewangelia quod inter iudeos fuerunt quidam exorciste qui per oraciones factas a Salomone demones eiciebant maxime apposita radice cuiusdam herbe in naribus obsessi. Igitur hoc videtur naturale. Et confirmatur quod dicitur communiter quod herba Iohannis que et perforata dicitur fugat demones per naturam. Item verbis quibusdam et vocibus naturalis et caracteribus ex signis et stellis celestibus inest naturalis virtus, hec applicata ad effectum conspicitur. Igitur etc. ¶ Ad oppositum est Augustinus de doctrina christiana ubi dicit quod ad superstitionem pertinent volumina magicarum artium et ligature et quamquam medicorum quoque disciplina contempnat sive in precantacionibus sive in quibusdam notis quas caracteres vocant. ¶ Ad questionem dicendum quod sicut dictum est quod ars magica dicitur illa superstitiosa observancia qualiscumque fuerit an auxilio vel consilio demonum ad hoc fabricata vel paccionibus occultis completur. ¶ Ubi primo sciendum quod demones antiquitus tempore ydolatrie multas observancias hominibus revelaverunt ad diversos effectus, quia demones curabant ad decipiendum homines et ad contrahendum cum hominibus familiaritatem ad fallendum eos finaliter. Et inter talia videtur ars notoria locum habere et tenere, per quam suadetur scienciam posse vel compositionem acquiri per inspectionem quarundam figurarum et oracionibus dictis cum observacionibus que vel sunt totaliter inefficaces quod est incredibile vel revelacionem demonum, sicut hic observacio per naturas illius artis que sunt valde difficilia, sicut patet in arte illa intuenti. ¶ Ulterius est notandum quod inter ea que sunt hominibus per demones revelata quedam continent expressas demonum invocaciones vocaciones, sicut patet de eis includendis spiritus et in aliis demonum subfumigacionibus, quedam alia similia in exhibicione rerum, quedam continent

Utrum ars magica sit racionabiliter hominibus interdicta

quasi vana quod cum deo(r)ones ordina-
uerit fieri quibus factis ad modum
quo illi ordinauerunt accedunt demo-
nes non coacti sed sponte et quasi ex
quodam pacto et efficiunt effectus quos
antiquitus promiserunt et in talibus con-
sistit tota ars magica. Qualiter autem
discerni possit an ex magica sequatur
effectus vel ex naturali rerum causalitate est in
quodam casibus quam maxime difficile. Queritur
sic est quod nulla talitas naturalis uidetur
quare talis effectus sequi debeat et ad
admisceantur necessario que causare non licet ex
sua natura sicut sunt figure caracteres vel
voces ignote vel alia obseruancia ar-
bitrandum est talia magica esse omni-
no et est illud quod scribit Palladius
de agricultura li. 1. ubi agens de co-
lubris dicit Colubre non poterunt
neque locum deserunt si per omnes fe-
nestras de singulis herbis ad locum
vel vincto vel fune suspendas. Et
in Plinio de naturali historia multa ta-
lia inueniuntur. In quibus tamen omnis consultor
uerum quod ponit experimentum subiungitur
ad supersticionem que omnia generaliter
spectant ad quandam antiquitus initam homi-
nes et demones constituta. Tercio notandum
quod nulla virtus sic corporee lapidis
vel metalli ligni vel herbe non
potest demonem ad ad compellere quamuis
fingat se compelli et homini aliquo
subdi ut per hoc familiaritatem cum homine
contrahat et finaliter eum fallat. Quod
autem dicitur cithara fugasse demonem
non fiat a deo miraculose sicut fuisse
creditur de dauid et saul. 1. Reg. 16.
friuolum est sicut patet per ea que dicit Augustinus
10 de ciuitate contra porphirium. Quod dicitur
demon homini deseruit primo sponte
vel decipiat ~~alias~~ alio coacte
a superiori spiritu sicut iudei dixerunt
de cristo quod in beelzebub principe

Demones non compelluntur ad ad hoc sed fingat se compelli

demoniorum eiecit demonia. Mt. 12.
Ultimus est notandum de incantacionibus
suspectum quod ex quo nulla est talis ap-
paret quod voces tales qualescumque fue-
rint faciunt suspectas expectaciones non
superes intelligit quod sortilegi videlicet elec-
incantaciones per demones effectum sorti-
et sunt reliquie veteris ydolatrie. Inuo-
caciones esse quas vetule faciunt pro
morbis curandis per verba barbara vel
ignota et ob suspicionem infinite sor-
tilegia sunt quantumuis admisceantur
quedam de deo vel de euangelio. Si quis
aut contra infinite asserere faciat
nomine cristi vel verba euangelii ex sim-
plici deuocione non habendo suspicionem ad
modum ligandi vel scribendi seu figuras
vel caracteres non est periculum quamuis
talia ad expellendos morbos non
ordinatur diuine. Adiuraciones ad
pertinent quod ad honorem dei est tamen dicendum est
quod non est ad honorem dei quod homines ta-
lia faciunt ad querendum auxilium vel
consilium a demonibus ymo est eis contra
eos bellum inductum. Unde expellentur
de corporibus hominum quos vexauerunt
licet pariter fiant exorcismi non autem
eos superstitiose ut doceat homines quecumque
remedia vel ut iuuent ad quecumque
finem. Quod autem inuenitur ab hoc scripsisse
fecerunt hec deo disponente et mira-
culose cooperante. Ad 2m de yma-
ginibus cuiuslibet infinites arti-
ficialiter factis in quacumque materia fiunt non
forte ipsa materia habet efficaciam naturale
Dicit Thomas in 2a 2e q. 96. ar. 2. ubi
dicit quod omnes tales imagines super-
sticiose et magice sunt. Quod ex hoc patet
quod secundum eum nullum effectum habent nisi in eis
quidam caracteres scribantur. Figura autem
non est accionis naturalis principium. Ideo
est differentia inter imagines astrologicas
et nigromanticas quia nigromantice fiunt

De cantacionibus suspectum et inuocacionibus vetularum

per expressa invocacionem demonum. Secundo quia astro(nomica) non est per pacta tacita figurarum vel caracterum de ymaginibus non alibi tractatur dicas. Ad 3m quod elecciones observancie sunt antiquitus a demonibus tradite non enim sunt cause talium eventuum quia signa tantum et non naturaliter instituta nec a deo igitur ab homine vel ab angelis non bonis igitur malis. Ad 4m concedit salomonem per dolacionem aliquam fuisse. Unde posse esse per suos exorcismos per demones ordinatos fuisse et ideo sunt illicita. Ad quintum quod figuris et caracteribus nulla virtus activa a stellis potest imprimi cum non sunt res distincte ab hiis figuratis. Quia aut dicatur quod ipsis rebus imprimuntur virtutes ipse figure vel caractere. Hec non est per pacta antiquus per demones vita ut superius tactum est etc. Lectio 190

Frequenter enim preoccupat pessima redarguente consciencia. Cum sit enim timida nequicia data est in omnem testimonium condempnacionem. Semper enim presumit perturbata consciencia. Nichil enim est timor nisi presumpcionis adiutorium proditio cogitacionis auxiliorum. Et dum ab intro minor est expectacio maiorem computat penam huius cause de qua tormentum prestat. Enarratis penis multiplicibus quibus afflicti fuerunt egipcii penis palpabilibus tenebris scilicet per triduum inter quas penas una de maioribus fuit timor quo per supplicabantur eis pericula superventura supplicia que fuerunt eis penaliter illata. In parte ista intendit assignare causam huius supplicii timoris. Et circa hoc duo facit. Primo assignat

huius timoris originem in generali. 2a causa explanat magis in speciali. Primo igitur dicit sic: Cum sit enim timida [illegible] sic frequenter enim preoccupat pessima redarguente consciencia. Hic est causa tanti timoris in peccatoribus causa afflictis ut non solum doleant de penis presentibus sed magis timeant penas futuras que sequuntur. Unde preoccupat id est preoccuparunt pessima id est maiora penalia eis inferenda redarguente consciencia que vere indicat quod penam maiorem debuit quam actualiter infertur. Jeremie 2: arguet te malicia tua. Consciencia igitur lesa precipua facit hominem preoccupare et percipere quomodo de futura quam patitur vel plus torquetur metu quam sensu. Vel potest hoc pessima esse nominativi casus: pessima enim id est gravissima tormenta preoccupant malos et est prima applicacio. Consequenter causam explanat magis in speciali et ponit huius timoris principium mentem et efficientem. Principium enim nequicia que est principalis origo timoris et ideo ad hoc dicit Cum sit enim timida nequicia data est in omnem condempnacionem testimonium vel maiores dum praviam condempnacionem consciencia clamet nec dicta pena sentiatur licet nec ad iniuriam decordinatum remaneat. Unde boecius 4 de consolacione prosa 3: Sicut probos probitas ipsa premium sit ita improbis nequicia ipsa supplicium est. Et Augustinus 1 confessionum: Iussisti domine et sic est ut pena sit sibi omnis inordinatus animus. Et Augustinus de [illegible] 4 c 141 mille pene graviores sunt quam mille consciencie male ubi non habetur deus consolacio non invenitur. Hic est igitur principium expressum timoris in peccatoribus vel nequicia que teste eorum consciencia indicat eos esse malos. Unde enim primus effectus culpe dicit satiricus li. 4: exemplo quodcumque malum committitur ipsi displicet auctori. Hec est prima ultio quod se iudice nemo nocens absolvitur. Improba quamvis gratia fallacis.

pectoris vicat urna. Quod dicens est anti-
quus sicut narrat Ovidius xv methamor-
phoseos. Iudex condempnaturus aliquem mi-
sit in urna lapillos nigros et eos post
postea coram populo effudit et sic reum
ostendit esse dampnandum. Cum autem
esset liberandus homo, immisit lapil-
los albos quos postea ad ostensionem
iudicii effundebat. Dicitur ergo: Cunct-
a quamvis ab omnibus sit malicia
evadat iudicium pectoris proprie pugna
et sumere vindictam in se ipso, id est iudice
non absolvitur sed dignus supplicio iudi-
catur. Et ideo dicit Seneca de moribus: Ma-
la conscientia sepe tuta est, secura numquam. Et
ideo sequitur dicens: Cui nocua data est or-
bis in condempnacionem. Dicit autem alia litte-
ra: dat testimonium condempnacioni et eadem
sentencia est; et est sensus illius: Semp-
er premit penam, id est percipit vel crucia-
tur penalia et crudelia perturba-
ta ut conturbata sit turbata conscientia.
Et glosa: Nec dicitur penetrata conscientia dic-
tant quod omnis culpa aliquam penam debi-
tam et propter conceptum est timore. Et
hoc est quod subdit: Nichil et est in suspicio-
nem, id est anticipacionis vel per conceptionis pre-
dicte de pena debita inferenda. Adiu-
torium precis cognitionis auxiliorum addit
cum timor, id est manifestat quod timens
hec cogitationes de auxilio actore,
do et eo ipso quod solliciter desiderat
auxilium et nichil videt bene interea
in se ipso non decet esse dignus auxilio
eo ipso augetur timor et iudicat
penam esse per quam torquetur et maio-
re. Unde subdit: Et dum alium terro-
rem timet concepit, id est species de remedio
maiorem computat penam vel conscientiam
secundum aliam lecturam conscientia, id est certitudi-
nis esse, id est coctionis rei de qua tor-
mentum persentit, id est aliquando infertur vel pecca-
to occupat persona redarguente conscientia.
Secundo dicendum quod conscientia hominis multiplicem

actum habet. Prima est cum hominis conscientia
accusatio sive turbatio
revelatio interne despectionis
compunctio bone possessionis
vindicatio sive detestatio — nis
secundo / conscientia / hominis / est actu
sive turbationis. Primo cum peccatorum
datur dicta in qua desertus sui signatur
ut postea deletur et nullus licet vel
abicere dicta sua; sed peccata accusabant in-
iti cum hoc allegatur conscientia in qua omnia
peccata sua notantur ut secundum ea in iudicio
accusetur. Ro. 2 testimonium reddente illis
conscientia ipsorum et inter se invicem cogitationum
accusantium aut etiam defendentium in die
quo iudicabit deus occulta hominum et
ideo ista accusatione magis est timenda. Unde
dicit Seneca in libello suo de moribus: Nullum
conscium peccatoris tuos magis timeas quam te
metipsum; alium enim sic effugere tu au-
tem numquam. Idem in eodem: Conscientiam magis quam
famam attende; falli namque sic potest fa-
ma, conscientia numquam. Dicit autem cancellarius:
accusator proprius meus persona ad partem et
eum premunit de suis defectibus et si se
decepit culpa celat si non se corrige
contempsit, cum publice in iudicio procla-
mat, ita conscientia nostra in puta que nos cor-
ripit et reprehendit occulte. Quod si nos
non correpuimus in futuro iudicio publice
proclamabit. [illegible] 7 Et spiritus eius contra
iudicantem portabit iudicium suum.
Secundo conscientia hominis est revelatio sive despecti-
onis. In omni enim despectione vel tur-
batione eterna singularis consolatio
est bona conscientia. 2 Cor. 1 gloria nostra hec
est testimonium conscientie nostre. Unde Ambrosius
de officiis libro 2: Qui conscius sibi non debi-
monere contionis nec estimare plus
ponderis talium conviciis quam in sue
conscientie testimonio. Et glosa super Ezech.: Omne
quod laudes prodest si omnes te laudent
et conscientia accusat aut quod obest si omnes
derogent et conscientia defendat. Item
Augustinus in quadam epistola et ponitur in canone.

Conscientia hominis multiplicem habet actum

y q 3. Senti locus ad marchum epc
Senia de aug° quod libi sola me in
scalis dei gra no accuset. et ca°
septi dr. Generalr gstating mediola
nesis a quibusda malignis infa
matus erat de quibusda criminib
cpr qd pr mittebat sols pdicare
Vnde p illa crima nc pbari poterat
et nc iusta fuant sedbit c' pas
gyl q ad gram gra redeat et
inde gsolatus sols no pulthat qci
utilia esse cogstit. qr iqut gra
defendit libere e inr accusaciones
et lib' sine accusacione esse no pt
si sola q mtus adit gra acuset
De hec aut est aug nobilr loquit
sr ps 18. et post pt in causa y
q 3. Custodi iqut intus innocen
ciam ubi nemo aspicit tam tua p
ualebit inte pm te sacm si apd
homines nichil apud deu ualebit
ubi ca tua dicenda e qn deus erit
index nllo testis qr gra tua no
erit nec iudicis et gram tua noli
timere ni cam tua sr aug p° co
sta hom e gsuatx bone possessio
nis Buh. Sanu vas gra et p
uadis sectis ydoneu nllus pa
tes insidus nllus violens ce
des ut pote nc manu nc oculis
accessit quod cu posicd scaio
su puabit vnus defucto restituet
quoscumq vados ipa erit mecu se
cu ferens depositu qd puadu
accepit ubiq gla ut gsuo inc
uitabilis qualite deposti sr
Buh. Est igr gsuat bone posses
sionis est cu bona gra sicut
quedam carta iqua mita mra sc
butr p qua assecuamr de p
mis padisi Cygno i Primis aut
Pcepta e caritas de corde puro
et gra bona finis pcepti pt di
ci primi sic mces debita p pcep
to Cuius carta bona p qua occu
patus e magna hereditate cam
diliget custodiat et magne pcu
uet ne a tineis ut ab aiuib
gsumatr Carta aut p qua vita
etna uendicamq e gra bona
formata p caritate scripta co ple
na bonis uitais et pseruai debet
a tineis et similib hec aut fit
dupl Vnomod si freqr titer
respiciatr et tegatr Aliomod
si plinicatr ceda q e gumi
cedri Vt cu isid 2 ethy c a
de cedro q resina quada hab
q ceda dicatr que i libris adib li
bris adeo e utilis ut plinita ex
ca nc tineas paciant nc tpe
gsenescant sic duplia mo si car
tam gre nre a corrupcione ser
uare velimq p'mo oportz q sepe
cam tractemq et respiciamq sra
dicta et cogitaciones diligenter
dyscuciendo et ea ea a puluere
tegamq ut nc venialia in confessa
dimittamq exo apli pauli qui
dicebat Act 20 Qndeo sine of
fendiculo gram hre ad deu Obu
diu pt dt Tullius e uehemens
ai applicacio ad ad agendu cu sua
volute et renencia magna. Animi
applicacio requitr ad bn discuci
endu et disponend sic pure con
tendam de peccato Et ideo inito dicat
Apos lcuit et pfundito lake
de deo gram Qz studeo gram
hre et hc sine offendiculo ut ea
nc diminuta peca et q gtingit
cottie negligantr 2° deinq si
ta cartam plinire ceda q e
resina cedri q pagine tac crisi

Sanu vas e gra ydoneu puadi poss

Cedria e resina spiis cedri re

frequenter meditatur. Petrus namque
fuit pro eo cruci crucifixus. Ad litteram
et sic pro Dyonisio pro cruce sup-
pone peccatum. Hec autem meditatio. ver-
mes. id est remorsus peccatorum extirpa-
bit omnes dicente apostolo Hebr. 9 Sanguis
enim Christi emundabit conscientiam nostram
ab operibus mortuis. et sic idem est
pro se dedite et habere tale cartam
Ita idem est pro se conscientiam bonam et in-
tegram servare. et in illa que sic omnis de-
pingit ad sui me claritate non ad
conscientie intellectum perdent finaliter celestem
hereditatem. Contra quod Bern. de mori-
bus plerique firmam conscientiam pauci
veniunt. Secundo conscientia est vindicatrix
fracte confessionis. omnis enim scedula
confessionis certissima. et ideo quandoque
ista confessione infringimus conscientia nostra
non solum accusat primus iudicatum
dando et pungendo. Apoc. 12. est qui fuit
tit et non implet. et talis quasi gladio
pungitur conscientia. in baptismali confessione
sigillatur imago dei in conscientia. honore
preditus et gratiam que tunc infunditur
earum pluribus usu alienibus renuis
et ipse est denarius quem Christus ex-
igit ab ... ut ... per conscientiam nos
debemus esse suos suos. Unde Luc.
20 et Mt. 22 reddite que sunt cesaris ce-
saris. Christianissima cesarius aurum est christianissi-
ma dei in religione ut cesaris. in anima
autem deus agnoscitur. ideo dimidias
uirtus cesari date deo autem conscientiam vestram
sola innocentiam reservate. Sunt ita
conscientie quedam nonnulli ex defectu scilicet
dilatata | primo nunc
infirmata | nimium
perturbata | nonnulli
cauteriata | quorum est
Item quedam
conscientia nimis dilatata que nunquam ponde-
rant ut minora peccata. circa conscientiam ...

retire quibus larga conscientia ubi non
applicentur. ut pisces maiores quam mino-
res sic evadunt. tales non pondant
scisso incarnata primo ut mediocria
pro unica ut fortasse sunt coram iudice
presbiter. mediocria apud eos utique sunt
minoris ut cedat ad diffamationem
proximi. furtum non est magni ponderis
ut sit de bonis regis ut alicuius alterius
magni quam tamen si de bonis fiat pau-
peris furtum est si fiat de bonis specia-
libus remordet conscientiam. Et de bo-
nis accidentibus civitatis non remanet in
quorundam conscientiis ut pecuniam alicuius pro
dedit sic qui nimis dilatant conscientias
suas dicens illud Iere. 27 Non est
conscientia mea quod ea sic pecuniam posuit
in mea marsupio. Alii sunt qui
conscientiam satis infirmatam per oppositum
qui non solum magna peccata sed etiam
parva pondant sic dicunt et plus quo
quam quod non sunt peccata iudicant esse peccata
et hec conscientia est frequenter a temptatione
dyaboli qui perduxit homines ad per-
plexitatem peccati. et quandoque sic contingit
conscientiam esse sic etiam cronica consciat
ad ... et hec est infirma conscientia
quam apostolus ad Hebr. Cor. 10 Omne quod
in macello venit manducate nichil
interrogantes propter conscientiam. et Cor. 8
percutientes conscientiam eorum infirmam in
Christo peccant. et tales vidi tempta-
tione cessante fuisse frequenter conscientias
nimis largas. Tercio sunt quorum conscientias
sunt perturbata propter commissa
desperant. Contra quos Bas. super Canticum
8 62 Quid efficacius ad curandum
conscientie vulnera... ad purgandas ma-
culas quam Christi vulnerum sedula
meditatio. Et idem. turbabor sed
non perturbabor quia vulnerum domini re-
cordabor. De ista conscientia dicitur in libro
Sapientie prosumit semper perturbata conscientia

non hic de quadruplici conscientia hominum

Q[uo]s sunt quida[m] qui s[u]nt q[ua]si cauteria-
tam et s[ic] ponderant pura s[ed] culicem
excolant de magnis. Et tales fuerunt
pharisei de q[ui]b[us] d[icitu]r Mt. et ru-
tam et o[mn]e olus et que sunt graviora le-
gis p[re]mittunt. Mt. 23. et s[ic] s[u]nt
yp[ocr]ite. De quo eprehendit ap[osto]l[u]s 1a ad
Thy[motheum] .4. In novissimis t[em]p[or]ib[us] venient
quidam i[n] yp[ocr]isi loq[ue]ntes mendacium
et cauteriatam h[ab]entes c[on]sc[ient]iam. Ista
igit[ur] quadruplex c[on]sc[ient]ia deponen-
tes studeamus s[ecundu]m q[uo]d scribit[ur] ad Heb. 10
Accedamus cum vero corde in plenitu-
dine fidei asp[er]si corda a c[on]sc[ient]ia mala.
Illi aut[em] qui impo- Lectio 191
tentes veneru[n]t nocte et ab i[n]fi-
mis supervenie[n]te eudem
sopnu[m] dormientes aliqu[i]
monstroru[m] exagitabant[ur]
timore. aliqui aut[em] deficiebat tra-
ductione, subitaneus enim illis
et i[n]speratus timor superveniat.
Ista e[st] p[ar]s 2a huius cap[itu]li i[n] qua agit[ur] de
utilitate nove plage illate egipciis
p[er] tenebras palpabiles tribus diebus du-
rantes. unde postq[ua]m actum e[st] de istius
plage i[n]c[on]s[tr]abilitate i[n] p[ar]te ista agit[ur] de
eiusde[m] utilitate. Et dividit[ur] p[ar]s p[re]sens
in 3s p[ar]tes. Na[m] p[ri]mo ostendit[ur] q[uod] ista pe-
na fuit utilis q[uan]tum ad p[er]sonas. et 2o
q[uod] fuit utilis q[uan]tum ad c[aus]as. 3o ibi
Decimum s[i]g[n]o. 3a i[bi] Si [enim] sp[irit]us sibilans. Dicendum
ig[itu]r q[uan]tum ad t[em]p[u]s ostendit[ur] magnitudo
istius pene, p[ro] hoc q[uod] d[icitu]r illis penis
nullu[m] dabat[ur] egipciis t[em]p[u]s solacii
vel quietis q[ui]a si esset t[em]p[u]s vigilandi
siu[e] t[em]p[u]s dormiendi s[em]p[er] exagitabat[ur]
timore. unde d[icit] sic Illi aut[em] i[d est] egipcii
qui impotentes veneru[n]t nocte i[d est] in illas
tenebras ad modum noctis se h[ab]entes que
potenter eos ligavit. et ab i[n]fimis
et a vaporibus de terris ascendentibus
i[d est] a corporibus celestibus lumen suum

subtrahentibus. Vel absconditum gubernato-
ris d[icitu]r esse sublimis vanis. eude[m] sop-
nu[m] dormientes i[d est] eadem nocte vel te-
nebris paciens. aliqui monstroru[m] ex-
agitabant timore vel i[n] sompnis s[ecundu]m q[uod] sepe
contingit dormientibus q[ui]a exhorrent per hor-
ribiles visiones. aliqui aut[em] p[er]solum in
vigilia. aut[em] deficiebant traductione et
succesiva mutacione de una imagine
terribili ad alia. Vel enim continebatur in
tenebris et sic deficiebat traductione
a[n]i[m]e tali variacione a[n]i[m]e vel deficiebant
traductione a[n]i[m]e i[d est] morte p[er] qua[m] a[n]i[m]a
traducebat[ur] de vita ad morte[m] vel de
corpore ad i[n]fernum vel de s[ecundu]m ad i[n]saniam
q[ui]a fiebant forte dementes p[re] timore et
angustia. q[ui]a subitaneus illis et i[n]speratus
timor supervenerat et ideo magis le-
debat. tu[n]c q[ui]a inprovisus tu[n]c q[ui]a a causis su-
perioribus q[ui]a p[re]vidit ac p[re]venire non po-
tuit. Alia littera h[abe]t sic Illi q[ui] i[m]potentes i[n]
nocte supp[l]icacebant[ur] Et d[icitu]r impocia
vel i[m]potentes ab effectu q[ui]a fecit egipcios pe-
nitus i[m]potentes. eudem sopnu[m] dormi-
entes. Sopnus in scriptura s[ac]ra s[ecundu]m s[e] s[u]ff[ici]t pecca-
tu[m] et dormiens pecator. Ro. 13 Hora
e[st] iam nos de sopno surgere et eph. 5
Surge qui dormis et exurge a mortuis et
illuminabit te christus. Ubi notandum q[uod] quemi-
cu[m]q[ue] p[ro]p[ter]ea q[ua]p[ro]pt[er] sopnus h[ab]et q[ua]tuor res
sopni causacio
sopni i[n]p[ar]tacio
sensuum ligacio
mediacio decepcio
Propter | mem | p[ro] cui[us] sopnus d[icitu]r si-
gnare
p[ri]mo h[ab]et sopni causacio[n]e. causat[ur] enim
sopnus a vaporibus ascendentibus ad cerebri
de nutrimento q[ua]n[do] quid[e]m vapor p[er] calo-
re ascendit s[ed] cum ad cerebru[m] pervenit
q[ui]a e[st] cerebri frigiditate infrigidat[ur] ibi
et cum in[de] illa sunt cum ius congelatio-
nis intrat[ur] descendere. descendens aut[em] per
venas obturat vias sensuum per quos
sensus exercet actus suos et sic causat[ur]
impotencia sentiendi et retractio caloris

inter nos. Ita moraliter efficiat utramque
fortunam equanimiter sustineamus non pu-
tet tamen prospicere sicut uti pro opti-
vim sanctam adversam fortunam bene utuntur
ad honorem dei et victoriam. Talis
fuit apostolus qui dicebat 1 Cor 1
Deo gratias qui semper triumphat in Chris-
to Ihesu. 4o debet habere hilaritatem sive
iocunditatem ut fiat non contristata
aut ex necessitate. Solinus de demi-
rabilibus mundi. ... in Sicilia regione
est fons quietus semper et infra rivos
suos quietus manet semper nisi ad cantum
sive ad cytharam sive tybiam sonitu nisi
ad sonitum melodie intumescat et
alveum suum excedit. Conformiter omnis
homo debet deus esse ... ad letam gratiarum
actionem statim exurbeat et beneficiorum
suorum aquis inundat et per oppositum
beneficia subtrahit ab illis qui non
gratiarum actiones letificare non impedit
Canticum 2 figuram ... mundi
convocaverunt levitas ut deducerent
ferrent in ierusalem in leticia in gratiarum

omnes horas canonicas etiam per deo gratias

accede in cantico sic gratias agebant
Propter quos. Sapie 18
ignis ardentem columpnam
habuerunt ducem ignote vie et solem
sine lesura boni hospicii prestitisti
Digni quidem illi carere luce et
pati carcerem tenebrarum qui inclu-
sos custodiebant filios tuos
per quos incipiebat incorruptum
legis lumen seculo dari. Post
quam tractavit de beneficiis collatis hebre-
is in egypto quando egyptii tenebris ne-
bulis triduo tenebantur. In hac par-
te agit de aliis beneficiis colla-
tis filiis Israel in deserto et circa hoc
duo facit. Primo recitat beneficium
sive collatum hebreis in deserto. 2o ostendit
quod per oppositum digni fuerunt egyptii pu-
niri et affligi tenebrarum suppliciis
ibi Digni quidem illi. Circa primum
autem fuerunt filii Israel beneficium lucis
dum per desertum transirent per modum istum
quod nocte et die lux eis fuit
ducens eos per viam ignotam. Nocte
apparuit eis ignis columpna et die
columpna nubis ut dux esset itineris
vere vie et hoc est quod dicit propter quos
id est quod filii Israel tibi gratias agebant
et de nocte petebant adiutorium
tuum ideo habuerunt ardentem columpnam
ignis ducem ignote vie per noctem
vero in die cum sufficiente luce solis
habuerunt columpnam nubis ne le-
derentur estu solis et hoc est quod dicit
Et solem sine lesura boni hospicii
id est tranquille protectionis super posi-
tum nubis temperabat solis ardorem
ut esset illis refrigerium ne fuisset
eis nocivum et potuit esse quod
vapor elevatus uno tempore nubes
fieret et alio tempore ignibatur et

fiebat columpna ignis. Dicit glossa in nocte adversitatis ostendit deus eis sue ignem consolationis et in die prosperitatis nubem obumbrationis adversitatis enim ne adversitas frangat et ne prosperitas dissolvat. Consequenter ostendit quod iuste virtutes liberationis probabatur egyptios in egipto et dicit Digni quidem illi id est egipcii carent supplicio luce carere qui carebant luce interiori gracie pati carcerem tenebrarum qui inclusos custodiebant filios tuos israelitas non permittentes eos abire sicut mandabat deus per moysen per quos incipiebant incorruptum legis lumen id est lex incorrupta et illuminans seculo dari quia ipsi filii israel propter mirabilia que viderant in egipto non preparabat se ad legem suscipiendam id est ad eam in deserto ubi legem acceptam erant Ardentem columpnam habuerunt ducem

Nota quod status boni prelati per eius condiciones describitur hiis verbis. Secundum lyram cum bonus prelatus vero primo igitur debet

zelum fervoris		erectionis	
statum vigoris	et	supportacionis	omnis
locum amoris		confortacionis	
modum processionis		informacionis	

prelatus habere zelum fervoris et sancte erectionis ut sit ardens non tepidus per ignaviam non fumigans per vanam gloriam non extinctus per infirmitatem ardens in qua columpna. Secundum eius figuram dicitur de helia Ecclesiastici 48 Surrexit helias quasi ignis et verbum illius quasi facula ardebat. Est igitur prelatus quasi ignis ardens per succensum zelum igni vero adiungitur sulphur et quasi thus mixtum cum igne tota domus plena intus redolet. Cum non sulphur adiungitur ignis vehementer accenditur sed tota domus

fetore repletur. Et istorum domus inhabitatur non invenitur. Contingit enim quando quam prelati laicales consiliarios vel assumunt personas sulphureas mordentes per maliciam et fetentes per infamiam et quam fit tunc domus repleta est abhominatione fetore et turbatione. Apocalypsis ultimo pars illorum in stagno ardente igne et sulphure. Et ysaie 34 Convertentur torrentes eius in picem et humus eius in sulphur et erit terra eius in picem ardentem die ac nocte. Cum non contingit quod prelatus consiliarios et collaterales sibi facit de suis personis et devotis et honeste fame et tunc nulli dubium quin domus tota repleatur dulcedine dilectionis et suavitate pacis que per thus significantur. Et verificatur de tali prelato illud Ecclesiastici 50 quasi ignis effulgens et quasi thus ardens in igne. Et ideo qualis condicionis debet esse a quo prelato quem consilium petere pulchre et eloquenter describit Ambrosius de officiis libro 2 Adducendum inquit quod ad inquirendum consilium vero prestigium vite prebitis virtutum prerogativa benivolentie usus facilitatis gracia Quamvis enim in ceno fonte requirat quis de aqua turbida potum petit. Itaque ubi luxuria est intemperancia ubi vicia confusio quis inde sibi ad hauriendum existimet quod utile iudicet tam alienae quis videt inutilem vite sue quomodo cum potero iudicare esse superiorem quem video moribus inferiorem super me debet esse cui me committere paro an cum ydoneum puto qui michi det consilium quod non dedit sibi et mihi eum vacare credam qui sibi non vacat. Omnem animum voluptates occupant libido devincit avaricia subiugat cupiditas perturbat

Status boni prelati per eius condiciones describitur

Qualiter prelatus facit domum suam fetentem

hec dicuntur. Secundo debet prelatus habere spa-
tium vigoris et sustentacionis et sit
columpna fortitudinis sustentans regens
sub omnibus prelatus dicitur. Seneca. Vidi te
hodie in civitate munitam et colum-
nam ferream. Sicut enim columpna erea
fortiter sustentat onus suppositum si quando
incipit curvari ad unam partem vel ad
aliam statim fabrica tota cadit. Talis est
moraliter quando prelatus firmat caducos
et iustitiam servando veram et bonam conversationem
inducere sustentat et exequitur con-
tra. Qui non declinat ad latus propter
affectionem vel offensam reprimendo defi-
cientes fovendo fabricam conservat. Iudicum
16. Legimus quod Sampson duas medias
columpnas quibus tota innitebatur domus
domum prostravit et omnes qui erant in
ea occidit. Sponsus est de dyabolo. Affec-
tat aliquando unam congregacionem devolo-
vit subvertere et eos occidere. Hec est ab-
sis caritate que est vita spiritualis auffer-
re et ut illud fiat leviore maxime
non licet in columpnas illius congregacionis
concutere et allidere per turbaciones
et commociones. Iob 9. Terra commovetur
de loco suo et columpne eius concutiuntur.
Legimus in hystoria scolastica super Genesi
quod etiam filii Noe septem artes li-
berales in septem columpnis descripserunt. Ipse
septem erant eree et septem latericie
ut contra diluvium ignis et aque in per-
petuum permanerent. In figuram quod in pre-
latis qui columpne dicuntur sufficien-
tia deesse non debet. Et ideo sapientia
dicitur excidisse septem columpnas Proverbiorum
9. Quia in prelatis si est sapientia sanitas in
formata est fabrica tota ruet.
Tertio debet prelatus habere locum amoris et gra-
tulacionis ut per benivolentiam et bonam
affectionem subditos habeat et a sub-
ditis habeatur. Et hec notatur cum dicitur
generum. Debet enim prelatus habere ab

omnibus et non a quibusdam dici. Sed omnibus et
singulis debet esse communis. Unde quidam in
laude Traiani dicitur quod arguentibus eum amicis
dementia quod ad suos nimis erat
affabilis ultra illud quod imperatoriam dignitatem
deceret respondit tale se velle esse impera-
torem privatis quales esse sibi imperatores
privatus optasset. Dicit etiam Eutropius
Romane historie libro 8. Et hoc est Iulius Ce-
sar amore suorum militum meruit quod
eos non milites sed commilitones po-
cius appellabat. Dicit de eo narrat Ve-
getius libro 1.   de re militari
libro 3. capitulo 18. docet quod in temporibus ordina-
tis tres debent esse duces primus secundus.
Et hij primus autem qui pugnam sustinet
potestate debet esse in parte dextera inter
equites et pedites ut et consilio regere
et auctoritate tam equites quam pedites
ad pugnam possit hortari. Spiritualiter
sic prelatus communis persona debet esse ut ma-
ioribus et minoribus sue benivolencie com-
municacionem ostendit. Non sic cum equalibus
superbiam requirat honore. Nec sic cum pe-
ditibus subiectionis nimie negli-
gencie torpore sordescat. Sic enim Christus
in familia hec est inter apostolos se habe-
bat. Nam aliquando exhibebat se superiorem.
Iohannis 13. Vos vocatis me magister et domine
et bene dicitis sum etenim. Aliquando inferiorem.
Luce 22. Ego autem in medio vestrum sum
sicut qui ministrat. Aliquando equalem. Iohannis 15.
Iam non dicam vos servos sed amicos meos.
Amicicia enim equalitatem requirit.
8 Ethicorum 6. Ideo prelatus aliquan-
do subditos debet esse maior
aliquando minor aliquando equalis. Maior quantum
ad humilis reputacionem. Ecclesiastici 3. Quanto
magnus es humilia te in omnibus. Equalis
quantum ad amicabilem conversationem. Ecclesiastici
32. Rectorem te posuerunt noli extolli
esto in illis quasi unus ex illis. Ista tria
tangit Augustinus in regula. Honore coram nobis

platus sit nobis esse reverendus aucto-
ritate timendus coram deo subiectis sic
periculis ... esse reputandus humilis
cum omni spiritu bonorum operum preberet
exemplum esse quasi amicabilis. Secundum
philosophum 2 de animalibus cor est quasi prin-
cipium a quo omnia membra vitam et
virtutem recipiunt. Declinat tamen in homine
magis ad sinistram partem quam ad sum-
situ. Sic prelatus est sicut cor in cor-
pore civitatis mistice a quo omnes sub-
diti recipere debent virtutem et consola-
cionem et influenciam sui motus sed tamen
tamen ad inferiores compaciendo frequencius
declinare. De ponderibus. Auctor quidem di-
cit sic: Si brachia libre fuerint
inequalia equalibus appensis ex par-
te longiori nutus fiet. Sic est de
libra et prelatus qui sit subditorum
suorum secundum regulas iuste libre
tenetur. Unde ... eos librare in pon-
dere modico et collocare in statera. Ali-
quando autem contingit quod ipsa libra breve et
longum affeccionem privatam et privatae
ad unam personam breve et prava et a-
liam esse brachia libre sunt equalia
et statera mendax est dolosa. Unde illa
persona que iacet in brachio longiori
maioris affeccionis licet sit equalis
alteri in rei veritate vel forte minus bo-
nus ponderabit aliam iacentem in brachi-
o breviori. Et ideo non sequitur forte
sic iudicat de iusto prelatus sicut
ipse talis est in rei veritate. Ergo oportet
supponere quod prelatus sit statera iusta
et non de numero illorum de quibus dicit
Psalmista: mendaces filii hominum in stateris
ut decipiant. Sic igitur debet prela-
tus licet a subditis tamquam persona communis
a qua quilibet consilium mereatur erudicionem
instructionem et exemplum licet possit ut
minus subditi sicut dicitur 1 Thess. 10 Simile

dicit sicut unus hostes non debemus
dimittere te a nobis. Quod si prelatus licet
... processionibus et informacionibus
et sic ... cum subditis. Duce ...
boni ducis sollicitudine non sufficit hu-
mane recipere corpore et solis ...
bus ornare ... et cum se sollicite
licet et virtuose per loca et tempora muli-
tare et quod preparet aliis exercere aliquo-
cies sicut fuit Machabeus 2 ... cum
diu impleret ... et dux in
eccia. Talis dux fuit Iulius Cesar
qui numquam dixit militibus suis ite sed
semper venite. Et subiungit enim: La-
bor inquit participatus cum duce videtur
militibus esse minor. Et describit
Iohannes Valensis. Talis dux fuit Aby-
melech qui per caedes arborum ramum
imposuit humero ferens et sociis suis
dixit: Quod me videtis facere cito facite.
Igitur certatim ramos de arboribus
cedentes sequebantur ducem Iudicum 9
... ardentem etc. Lectio 191

Cum complacent inimicis ... de infantibus et unus expo-
sito filio et liberato in tra-
ducionem illorum multitudinem filiorum
abstulisti et pariter illos perdidisti
in aqua valida. Illa autem nox ex
cognita est a patribus nostris et vere
scientes quibus iuramentis crediderunt
animequiores essent. Suscepta
est autem a populo tuo sanitas quidem
iustorum iniustorum autem exterminacio.
Sicut enim lesisti adversarios nostros sic
nos provocans magnificasti. Postquam
actum est diffuse de nona plaga
illata Egipciis per tenebras ac etiam obs-
curacionem. In parte ista incipit agere
de decima plaga eisdem afflicta per
primogenitorum exterminacionem et sic
usque ad finem libri. Duo facit. Nam primo

prelatus debet esse libra et statera iusta etc

Iulius numquam dixit dixit ite sed semper venite

agit de morte mirabili primogenitorum in
egipto 2º de submersione mirabili fa-
bili egiptiorum in mari rubro [illegible] po i.
primus autem circa ultimum. Circa primum duo facit
quia primus agit de pena mortis que inflic
ta fuit egipciis ad declinacionem 2º
de pena mortis que fuit inflicta hebre-
is ad circumcisionem ibi tetigit autem 3º
Circa primum duo facit primo agit de ista
extremitate qualiter 2º de eius quan-
titate [illegible] po i. Similiter autem pena. Circa
primum considerandum est quia primus ostenditur quod
ista extremitas primogenitorum fuit e-
gipciis iuste illata 2º quod fuit hebre-
is primitus [illegible] 3º quod fuit amisit
laudabiliter acceptata et 2º ostendit qualiter
diversimode se habuerunt egipcii et hebrei
circa penam Primus illa 2ª po i. illa enim
nox et 3º i. Suscepta autem est. 2º leccione
sequenti ubi sponsum cum lege dicte bra sic
Circa cognoscentes egipcii iustorum in modis
decorationibus infideles. Exodi 1. et uno expo-
sito filio i. moyse proiecto in aqua in
fiscella et liberato a matre per filiam phara-
onis sorore meritis moysi. Exodi 2. Introducentes
illos i. introducentes filios israel
de egipto multitudinem filiorum abstu-
listi i. primogenita egipciorum occidisti
Exodi 12 et perdidisti illos i. egipcios per
didisti in aqua valida i. in mari ru-
bro Exodi 14 quod dictis solum filios egip-
ciorum [illegible] percussisti moysi liberata
[illegible] et [illegible] nox fuit hebreis applic
tata. Illa enim nox in qua primogenita e-
gipti percussa non subitanea fuit
ut tunc ira primus deus revelavit
dum ante abraham ysaac et iacob
dicens eis [illegible] in manu forti educ-
turus esset filios israel de egipto. gen
15. Scias praenoscens dixit deus ad a-
braham quod peregrinum futurum sit semen

tuum in terra non sua subiciet eos ser-
vituti et affliget eos quadringentis
annis. Verumptamen gentem cui servitur sunt
ego iudicabo. Et post hec egredientur etc.
Illa enim nox qua mortuus est primogenita
egipciorum cognita est i. ante a patribus
vnis ut nos scientes quibus iuramentis
i. firmis promissionibus crediderunt animo
equiores essent i. magis pacientes in a-
cerbitate de liberacione futura sunt habere
magis paciencie in iniuriis. Suscepta
est autem a populo tuo sanitas quidem iustorum
i. debita iustis sanctissimorum et extinctio
quam dicitur utriusque iustorum scilicet sanitatis et iniusto-
rum extremitas. scilicet est aequalitates
[illegible] tibi sicut lesisti adversarios vnos
i. egipcios sic nos provocans magnifi-
casti i. te deum magnificatum fecisti
unus exposito et liberato. Exodi de ista
tibus et languidis expositis. Sicut a patre
de exposicione tali ut determinant
iura si a patre vel alio sciente patre a-
nimi [illegible] denegato [illegible] affecto in
suis expositis [illegible] [illegible] ipso a pote-
state patria liberatus. Ita i. hic cum ingenu-
itatem liberatus et similiter in libertatem
eripitur. Ipse de languidis cum quibus
fuerit etatis. Moraliter mundus iste
filios suos tractat diversimode. Nam quosdam
sibi applicat et prosperat et quosdam abdi-
cat et exponit. Applicat sibi divites
et abdicat pauperes sicut egipcii filios
egipciorum salvaverunt filios israel submer-
serunt et tamen de ipso nocumento provenit
vnum lucrum. Nam divites remanent
in tutela mundi subiecti sed ista potesta-
te sed et pauperes exponuntur a mundi
potestate eo ipso quod a mundi cura deser-
untur et sicut quicumque et crudelius pa-
rentalis exponitur pius et gloriosus [illegible] adqui-
adoptat ita quem mundus exponit
deus adoptat et a servitute mundi

quidam suos filios tractat diversimode

liberat. Ro. 8. Non enim accepistis spiritum
servitutis iterum in timore, sed accepistis spiri-
tum adoptionis filiorum in quo clamamus
abba pater. Hebr. 11. Sancti qui per fidem vicerunt regna
Secundum Ambrosium quod bona credulitas sine
fide esse non potest. Sic affectanda et ho-
norat eum fides bene credita. Unde

peccatis — remissionem
demonis — confusionem
optatis — consecutionem
plectis — vindictam
fides enim cupit fides bene
credita prestat

credita parat peccatorum remissionem. Actuum
10 de Christo dicitur. Huic omnes prophete
testimonium perhibent remissionem peccatorum
accipere per nomen eius quia omnes qui credunt
in eum minuite (?) dominus et predicavit ie-
iunium. Hug. de Sancto Victore, 2. et quod. Ad cre-
dendum quod tria faciunt dictum alicuius esse
credibile quamvis non demonstratione lo-
quatur, unde prudencia virtus et benivo-
lencia. Unde cum ea comperimus ea quidem quidem
post illorum dicendi alicuius non de-
monstrative loquentis aut quidem insertum
quod reputamus eum ignorantem aut quidem ma-
liciam quamvis verum sciat tamen non
amicus videtur et iustus aut quidem deficit
benivolencia quod in consilio si sit prudens
et virtuosus non reputamus eum nobis
benivolum quod velud consilium illud quod nobis
expediens iudicabit. Cum igitur ista tria
conveniunt in consiliarijs quem reputamus
eum prudentem virtuosum et nobis benivo-
lum, tunc absque dubio credimus dictis
eius quamvis ea nequaquam demonstret. Sed
de Christo loquimur. Christus in mundum
venit persuadere predicare non de ea sua
sanctificare demonstrare et in doctrina
sua non sua vocatur sed fides. Sed
aut dicta sua inconsulta credibilia
et hec tria concurrunt in eo
potencia scilicet sapientia dei patris aut

qui in eos fuit virtuosus quod omnibus profuit.
Actuum 10. Tunc in eos benivolencia ad nos
quod dilexit et nos lavit a peccatis
nostris in sanguine suo. Apocalypsis 1. Et eciam
dixit sicut pater. Testis a tua credi fecit
nos. Secundo spaciatur fides demonum
confusionem. Actuum ultimo. Signa autem eos qui
credunt, sequentur. In nomine meo demones eicient. Et
ideo Scutum spirituale in quo possumus
demonem vincere. Ephes. 6. In omnibus
sumentes scutum fidei in quo possitis
omnia tela nequissimi ignea extinguere.
Ut ipsa et fides et per fidem triumphantes
Naturae 1. Quod nimia populus sacrificia
cecidit quoddam scutum de celo et an-
cille date fuerunt. Datum est in custodiam
quod illic foret servatum. Numerorum 11. Alia
scuta fecit ut essent 12 numero et quod
esset illud quod de celo cecidit ma-
neret occultum. Moraliter scutum fidei
cecidit de celo, quod Christus de celo
veniens fidem hominibus predicavit
et ubicumque fuit scutum illud servatum
demones extirpabitur et
demum prevalebunt impium. Cuius et scu-
ta 12 sunt quod sunt articuli quos apostoli
fundaverunt. Istud scutum liberat a de-
monibus. Quod in Daniele quem inter
figuratum fuit cum licet esset in lacu cum
leonibus includeretur nulla tamen lesio
inventa est in eos qui credunt deo suo.
Dan. 6. Tercio confert fides optatorum
consecucionem. Actuum 11. Quid autem orantes
petatis credite quod accipietis et evenie-
ent vobis. Narrat magister in historia
quod cum Allexander venisset ad montes
Caspios miserunt ad eum filij cap-
tivitatis decem tribuum concedi licen-
ciam postulantes. Cum quos peteret cum
captivitatis accepit eos recessisse
a pte a deo et vitulis aureis

Tria faciunt dictum alicuius esse credibile

Fides spatiatur confusionem demonum

ymolados et per quod habes dei predictum
esse eos a captivitate non redituros
ut vidit Alexander quia Arabus nos in-
cluderet cum per angustia viarum magis
obstrueret mollibus bituminibus vi-
dit quantum laborem non posse suffi-
cere et rogavit deum celi ut illud
opus compleret et tunc nutu divino
prerupta montium ad se invicem accesse-
runt et factus est locus immeabilis
Et ut ait Josephus deus quid faciet
pro fidelibus suis si tantum facit pro infi-
delibus Exemplum eciam ad idem patet Joh. 4
de regulo cuius filius infirmabatur
capharnaum cuius reguli fides licet
diminuta quia non credidit cristum
posse curare filium suum nisi descenderet
corporaliter ad eum tamen salutem filio impe-
travit Exemplum eciam ad idem est de centu-
rione cuius fides pro salute servi desperati
finaliter tanta fuit unde dicit Christus credidisti
tibi fiet etc. Mat. 8 Hec fides que est bu-
ccina electorum buccinarum Joh. 20
dixit Jhesus Thome quia vidisti me
credidisti beati qui non viderunt et credi-
derunt Gregorius exponens idem dicit In
hac sentencia nos specialiter signati sumus
qui eum quem carne non vidimus men-
te retinemus sed tamen fide nostra operibus
sequimur Ille etenim vere credit qui
exercet operando quod credit Distinguunt
enim doctores de fide quia fides quedam
est informis et quedam est formata
Informis est que est sine caritate sicut est
in demonibus et in malis hominibus formata
autem dicitur que per caritatem vivificatur Et ideo
dicit magister 3 Sententiarum distinctione 23 Aliud
aliud est credere deum aliud deo aliud
credere in deum Credere deo est idem
quod loqui et quod mali faciunt et nos e-
tiam homini sed non in hominem Credere deum
est credere quod ipse est deus et quod mali fa-
ciunt Credere in deum est credendo amare credendo
in eum ire Et ideo est illa credulitas que
sola facit hominem animam esse rectam Unde Augustinus
contra manicheos dicit Abacuc 2 Quia incredulus est
non erit recta anima eius in semetipso iustus
autem ex fide sua vivit Et sequitur Sicut dia-
meter anima incredula que fide formata non
est non erit recta Ubi notandum est quod de
anima humana moraliter est sicut de triangulo
dicitur esse contingit ille enim triangulus
plures triangulos in eodem habet sed tamen
unum et tamen ab illo uno angulo recto
denominatur triangulus et dicitur triangulus
rectangulus sicut patet prima conclusione primo elementorum
Euclidis cuius figuram ipse Pictagoras
nominavit dulcarnon Unde cum narrat
Alexander Neckam de naturis rerum Dulcar-
non fuit figura Pictagore Et dicitur dul-
carnon a dulia carnis id est ab ymola-
tione carnis eo quod idem philosophus
ymolavit boves ob inventionem dicte conclusionis
Ab hac igitur conclusione habetur quod totus tria-
gulus ab uno angulo recto rectangulus
nominatur Et isto modo moraliter de anima
humana quia cum quasi triangularis
esse dinoscatur per memoriam intelligentiam
et voluntatem p. decimo c. 11 de primis
et a nulla ipsarum potenciarum seu virium dicitur
anima recta nisi a sola voluntate Non enim dicitur
recta propter bonitatem memorie vel propter subti-
litatem intelligencie sed solum propter caritatem
que est voluntatis a qua sola dicitur homo
iustus Et ideo rationabiliter concludit Anselmus
de li. ar. quod iusticia est rectitudo voluntatis
Est igitur magna vanitas quod homo nitatur
viribus totis illas partes rectificare que
non sunt cum facere rem et illam po-
tenciam dimittere maculatam a qua tota
ipsa sequitur rectitudo Sunt enim homines
qui curiosi vel ut melius sciant vita-
tes incorrecte teneant et eas pernegli-
gere diligenter dissuadeant Sed quia vo-
luntas communiter amore dei et proximi in-

fides que est buccina credencium electorum buccinarum

moraliter anima a sola voluntate dicitur recta

flamatur non curant a quo solo est
hoc remedium. Lanc. [?] i. fratris dili. ite. et
ideo non timuit timuit plagam[?] quod hec
est i. presunt suum dexteram et tamen in
quolibet non est longe eam assignatur.
Et i. salutis hic dicitur quod deus
fecerat hoc item et ipse se miserunt
hominibus. et ideo ut recte esdamque
et benedictionem electorum hec autem fide
unitatis autem formae deorumque [?] Vatt-
orum ex fide fuit benedictio. lc 198

Absconse enim sacrificabant
pueri bonorum et iustitie
legem in concordia disposue-
runt similiter bona et mala recep-
turos iustos patres decantantes lau-
des resonabant autem inconveniens
inimicorum vox et flebilis audi-
ebatur fletus planctus plora-
torum infirmantium. Postquam tracta est
plaga in malis qua primogenita e-
gyptiorum fuerunt occisa hic agitur de
planctu miserabili quo eadem fuit ulte-
lamentatio. et circa hoc duo facit. pri-
mo agitur de hebreorum exultatione et le-
titia. 2o de egyptiorum lamentatione
et planctu ibi Resonabat autem primo
narrat quod hebrei nocte illa statue-
runt totaliter laudi divine ore et
corde Ore quod presentabant corde
quod se ad illam laudem quasi prepara-
bant ore quod laudes deo decanta-
bant. Et hoc est quod dicit Absconse enim
sacrificabant pueri i. hebrei filii patriarcharum
occulte fecerunt phase Vos [?] enim
deinde fecerunt quod ibi [?] et in domibus
clausis. et ideo absconse fecerunt et quantum
ad quid et quantum ad locum et quantum
est ad figuram et modum. absconditum
fuit illud sacrificium quod figura fuit
sacrificii in nova lege. Et iustitie
legem in concordia disposuerunt. hoc est disposuerunt
istud legittimum eius fide in perfectum

Vel de celebrare phase in concordiam
i. adunatione gentis illius quod convenienter
non nescebat deus fuit quod preparat eis
deus. et circa quod dispositio. to in corde
disposuit se facere deo gratias agentes
Quantum ad primum dicit Disposuit legem in con-
cordiam sicut fuit expositum. Quantum
ad 2m dicit quod disposuit se iustos
recepturos per bona et mala. hoc est
disposuit se pariter communiter recep-
turos a deo et quantum [?] qua adversa ex-
peri [?] clausis adversa sive inimi-
ratione. Quantum ad tertium dicit quod hoc dis-
posuit decantantes laudes patres
i. laudes quas a patribus suis didice-
runt Quod est contra nonullos qui non
laudes suorum primi [?] cantilenas per-
cipiunt [?] Alia littera habet patri-
um i. decantantes laudes et prima
patrum canales [?] se [?] de clas-
tu sequitur Resonabat autem inconveniens
i. discordans. inimicorum i. egyptiorum
vox plangentes sine concordia et con-
venientiam proportione exposuerunt voces
suas. et flebilis audiebatur planctus
plorantium infirmantium magna enim fuit dolo-
ris tot mortes occidi [?] et
subito ceciderunt. Iustitie legem in concor-
diam disposuit. Rectores reipublice cuiusque
cuius circa leges statuendas ad commo-
dum subditorum in quibus illius quasi
per informatur. Requirunt enim leges
ad hoc quod debito modo fiebat videlicet
Publicitatem maturitatem deliberationem
Utilitatem securitatem cohabitationem
Auctoritatem inspectionem obligationem
Equalitatem inspectionem et distributionem
Primo igitur leges ad hoc quod modo debito
statuantur requiritur publicitas ma-
ture deliberationis. et hoc notatur cum dicit
Disposuit Vos enim publice [?] ex ob

Quod leges debito modo statuantur commendatur

rupto sunt leges utiles conservati. Unde et figuram Moyses cum deo quadraginta diebus fuit quando legem scriptam accepit per quod ostenditur quod ieiunium fecit quantum ad designandum quod legislatores sobrii non secatores et commessationibus vacare debent in tempore quo leges condunt. Sunt enim leges que ordinantur ad bonum anime principaliores artibus medicinalibus que ordinantur ad bonum corporis ut dicit Philosophus 3 politicorum. Cum igitur leges medicinales ab hominibus non condantur sine premeditatione sollicitudinis et magna consilio patet quod nec leges morales sine meditatione debita dari debent. Et ideo scribit Justinianus in prologo institutionum quod cum summa diligentia et summis vigiliis per predecessorum priorum videntur solerciam leges fecit in illud volumen conscribi. Est enim legis positiva prudentia species politice et necessarium maxime civitati. Quamvis ergo aliqui sunt boni legispositivi sive legislatores ut docet Philosophus 10 ethicorum. Probat autem Philosophus ex hiis illas causas in libro 10 ethicorum. Prima est quia ad faciendum homines virtuosos non sufficit solus sermo persuasivus. Secunda est quia ad hoc est necessaria bona consuetudo. Tertia est quia bona consuetudo sine bonis legibus haberi non potest. Prima causa patet quia invenimus aliquos esse liberales qui apti nati sunt fingere turpes delectationes que consequuntur delectationes consequentur ut per penam contrariam castigentur. Incurabiles sunt qui neque persuasionibus neque penis a pravis delectationibus retrahuntur. Bonis igitur iuvenibus sufficit sermo persuasivus quia statim alliciuntur ad virtutem considerata turpitudine vitiorum delectationis et honestate virtutis. Sed in obedientibus et rebellibus non sufficit sed requiruntur pene et punitiones vel correptiones vel tribulationes in insanabilibus

quod nos incorrigibiles etiam requiruntur exterminandos sive mori. Dicit Galienus in commento super aphorismos ut recitat Vincentius 21 libro speculi naturalis c. 100. Omne autem medicine tam corporis quam spiritus est de medicamentis ferro et igne. Quod si medicamentis curari non potest ferro curatur; si autem nec ferro nec igne removetur, quod autem ultra ipsum separari potest incurabile estimetur. Sic ab medicatione et occulta correctione separandus vel exterminandus ut spiritualis corporalis. Et quia spiritu etiam incurabilis insanabilis iudicatur eum debet mors vel exterminatio separare. Patet igitur quod non sufficit ad humana ut boni sint solus sermo persuasivus. Secunda non concluditur ut quod ad hoc necessaria est bona consuetudo scilicet experimentis. Videmus enim infirmitates adultos per quos et sine quibus non exterminatur passio inclinans ad vitium. Sed si huiusmodi est bona consuetudo quia ut dictum est doctrina sola non sufficiat. Tertia causa ut scitur antiquorum fuit triplex opinio quod homines essent virtuosi. Dixerunt enim aliqui quod homines sunt boni per naturam propter certam complexionem vel impressionem corporum celestium. Alii dixerunt quod homines sunt boni per consuetudinem. Alii dixerunt quod homines sunt boni per doctrinam. Et ista dicta aliqualiter sunt vera. Natura quidam magis aptitudine sunt dispositi ad fortitudinem sive ad temperantiam. Sed hec dispositio naturalis non est perfecta ut dicitur 6 ethicorum. Unde ad eius perfectionem requiritur doctrina que est perfectio rationis. Sed quia multi morales sunt in appetitu non sufficit cum naturali dispositione doctrina sed ultra requiritur consuetudo per quam ipse appetitus inclinetur ad bonum. Licet enim consuetudo bona quandam violentiam inclinat ad bonum opus, patet quod ad bonitatem morum requiritur bona consuetudo. Tertia conclusio ut ad bo-

na conservandum ~~requiritur~~ requiritur hoc
leges sunt conservativi bona consuetudinis.
igitur est necessaria ad bonos mores et ad
succedendum bona inducat. quidam natura
ad bonum sed tamen natura sine legibus
bene ordinatur non habet. Habet enim lex quan-
dam vim coactivam cum sit iam prolata
vel saltem per aliquam personam quae multitudinis
vices gerit instituta. Et ideo necessarium est
esse bonos legislatores tum propter iuvenes
qui sine difficultate a passionibus non
retrahuntur tum propter viros in perfecta etate
ut per leges bonas bone in eis consue-
tudines conserventur. Requiritur vero leges quan-
tum ad sui institutionem subtilitatem ma-
ture deliberationis, quod notatur cum dicitur dis-
posuit. Eth. 10. In omni sapientia dispositio
legis. 2o requiritur utilitatem specialem consti-
tutionis. Haec enim est finalis ut ho-
mines possint ad invicem concorditer cohabi-
tare. Et notatur cum dicitur in concordia. Unde
dicit Aristoteles 3 polit. quod civitas est communicatio
bonarum actionum propter bene vivere ex gen-
tibus et domibus ergo vite perfecte et
per se sufficientis. Et 8 Ethicorum c. 1 dicit quod
amicitia maxime videtur continere civitates
et legispositores magis student circa ea
quam circa iustitiam. Concordia enim quaedam ami-
citiae videtur esse. Hanc autem maxime
appetunt et contentionem inimicam existen-
tem maxime expellunt. Et Aristoteles. Et ideo
super 2 Ethicorum c. 9 in descriptione capituli cadit
concordia. Dicit enim quod populus est hominum
multitudo iuris consensu et concordi communione
sociata. Et concordat cum dicto beati
Augustini de civitate dei li. 19 ubi queritur de
veritate et pace. Unum cogitate fratres mei
et videte in ipsa multitudine si delec-
tat nisi unum et de deo propitio quamvis mul-
ti essent quod nos fieret nisi unum saperet.
Unde dicimus quod multi isti dicta unum
et populus est tale unum et turba est
secundum Augustinum 2o de civitate dei c. 21 dicit

Augustinus quid sit populus secundum sententiam Scipionis
et dicit quod res publica est res populi. Populum autem
dicit Scipio non omnem coetum multitudinis sed coetum
iuris consensu et utilitatis communione sociatum.
Aliam ad hoc replicat diffinitionem populi
19 de ci. c. 24 quod est talis. Populus est coetus
multitudinis rationalis rerum quas diligit
concordi communione sociatus. Sed tamen diffinitio
melior quam potest populum esse coetum iuris consensu
sociatum. Et in omnibus istis diffinitionibus
patet liquet quod multitudo sine concordia
populus dici potest. res non publica sine populo et
non potest. ergo nec res publica sine concordia
esse potest. Et ideo dicit Augustinus recitans verba Scipi-
onis 2 de ci. c. 21 quod quae est armonia
in cantu ea est concordia in civitate. Dicit enim
ex distinctis sonis in fidibus atque
vocibus concentus efficitur. Ita ex summis
et infimis et mediis interiectis ordi-
nibus concordia statuitur civitas. Et haec con-
cordia est unanimitas et dilectio mu-
tua et finis quem legis possit intendere.
Ro. 13. Plenitudo legis est dilectio. 1 ad Timotheum 1.
Finis autem praecepti est caritas. 3o re-
quirit in re publica qualiscumque maxime
obligationis ut sint non sine summa causa
instituantur ita ut sine causa maioris
abrogentur. Replicat autem Aristoteles legem
Hippodami qui fuit unus de antiquis legis-
latoribus 2 poli. circa finem et specialiter in
hoc quod statuit legem talem quod honor ad le-
gislatores quicumque adinvenirent
ad novum expediens civitati honore
aliquem reportaret. Et per legem istam videtur
bona apparens. Hanc nec tamen legis
disputat istam questionem utrum expediat
civitati frequenter mutare patrias leges
pro melioribus legibus novis adinventis.
Et arguit quod sic quia quadrivium tunc sic
est in aliis artibus quibuscumque in medi-
cinali et musica quod quaedam approbata
ab antiquis auctoribus super mutata sunt.

Quod sit populus secundum Scipionem secundum diffinitionem

multe de talibus legibus sunt valde bar-
barae et irrationabiles. sicut quod cives
portabant secum uxores suas pro pretio tan-
quam antiqui fuerunt qui bruciles et
insipidi tunc leges sunt simpliciter vel r-
actus aut homines particulares sunt
et varii nec sunt per unam legem regi.
Ad istam questionem dicit Aristoteles dicens quod non solum
modo licet civitati ut frequenter mutet et
abroget leges antiquas per leges
novas et si ad modicam utilitatem ci-
vitatis provenient per novas. et ideo quod
quia illa lex ypodami mala fuit qua
patuit quod adinventori nove legis
et utile civitati ad honorem daretur quia
hoc iuvenes et ingeniosi insisterent
circa adinveniendas novas leges
sub spe honoris consequendi et abrogandi
veteres. et sic de facili induceretur
mutatio tocius policie. Et ideo dicit
Aristoteles quod leges antiquas debent esse magis
retinere et stabiliter. unde frequen-
ter condere novas leges et frequenter
mutare antiquas est mirabiliter civitati
nocivum quia hoc nichil aliud est nisi as-
suefacere ad solvendum leges et ad pri-
vandum obligationem legum. Et ideo melius
est sustinere aliqua mediocres et leves er-
rores quam solvere leges antiquas
quia per frequenter leges mutari plus nocet
quam prodest quia assuefaciunt cives ad
non observandum statuta principum et pre-
cepta. Unde tenet Aristoteles quod qui frequenter
legem mutat legis virtutem debilitat.
Nec est simile sicut est de artibus et legi-
bus. nam vis et efficacia artium et
scientiarum fundatur super rationem et experi-
entiam. habent vim suam leges autem pos-
itive in tantum non habent obligationem
nisi ex consuetudine et observancie vetus-
tate. et ideo mutare consuetudinem
est debilitare legem. quere de legibus
et constitutionibus in lege que sequitur li. ...

Non omnia que a maioribus constituta sunt ra-
tione reddi potest et c. sequenti. et ideo rationes eorum
que constituuntur inquiri non oportet alioquin multa ex
hiis que certa sunt subvertuntur. Et ideo certe antique leges
antique que manifesta continent principi civi-
tatis de materia consilio abrogari debent
si non consensu et hoc satis frequentatur. Et ideo
refert Valerius li. 2 de institutis Mar-
siliensium quod in porta civitatis a condita
urbe servatus est quidam gladius usque ad
tempus eius quo noxii iugulantur rubigine
quidem exesus et vix sufficiens ministerio
Sed index in minimis quoque rebus omnia anti-
que consuetudinis monumenta servanda. In Grecis
siquidem lex inscripta in lapidibus scripta
erat. Leges etiam romanorum in tabulis
eburneis scribebantur in signum stabili-
tatis et indelebilitatis future. Nar-
rat ad idem Trogus pompeius li. 3 de
Ligurgo et de Carinda tirio Val.
li. 6. Leges requirunt legem equaliter me-
sure et distributionem ut vel leges sint
omnibus civibus communes sunt eiusdem conditionis
ut quod uni concessum omnibus liceat et quod uni
est interdictum omnibus sit illicitum. Sic tamen
sic intelligendo ut quod omnis lex esse-
ntialiter omnes cives complectatur et quod
leges dentur militibus alie agricolis
alie artificibus alie divitibus alie pauperibus
Sed omnibus eiusdem conditionis et status
debet esse lex data eis communis. Et ideo
qui volunt ... rempublicam seu civitatem
quietam constituere ex personis non equa-
libus necessario deservire ordinem et pulchri-
tudinem reipublice que stat ex diversorum
graduum quietatione. Unde dicit Augu-
stinus de ci. dei c. pax omnium rerum est tranquil-
litas ordinis. ordo vero est parium dispa-
riumque rerum sua cuique loca tribuens
dispositio. et per consequens ubi est commoda pa-
ritas ibi nullus est ordo. Et Aristoteles dicit
1 poli. quod lex est quidam ordo et bona
legislatio est bona ordinatio. et

leges antiquas servare et non mutare valde utile

quod uni est interdictum omnibus est illicitum

poli. dicit quod iniusti et equales primo ideo equale recipe et inequales inequale et cum unitas civitatis sit unitas malis quam in bona proportione consistat etc.

Similiter pena **Lectio 199**

Primus cum suis afflictus est et plans hos regi plura passus. Omnium enim omnes uno nomine mortuus mortuos habebant innumerabiles nec enim ad sepeliendum sufficiebat quando uno momento quod erat preclarior nacio eorum extremata est. De omnibus enim credentes propter bursica tunc cum primum sunt extremi primogenitorum professi sunt populum dei se esse. Postquam actum de extimacione mali primogenitorum in egipto quantum ad primus qualitatem hic agitur de eiusdem pene magnitudine quantum ad primus multiplicem acerbitatem. Circa quod tria fiunt. Primus ostenditur quod ista pena nulli pepercit propter temporis importunitatem et 2o quod nulli pepercit propter sexus in possibilitatem 2a pars ibi Cum quietum etc. 3a ibi Venit quidem. Circa primum dicitur quod cum tota pars enarratur pene equalis indifferencia. 1o sepulture legalis insufficiencia. 3o contrarium equalis evidencia. Circa primum dicit quod in esse illius plage que extimabatur primogenita fuit supplementum quod graviter et inique affligebantur servus et dominus rex et vulgus. Omnium inquit pena etc. Ex hoc concludit quod omnes equaliter et fortiter uno nomine in orbe terra insufficiencia nos sepulture adiungitur quod tanta quod tot mortui fuerunt et tanti quod vivi defecerunt propterea ne sufficerent ad sepeliendum mortuos. Unde sub hoc cum ad sepeliendum vivi sufficiunt quoniam uno momento quod est preclara nacio eorum in pergit extremo et aliquis nec extraneus

evidencia tunc egipcius affirmantur illi primum nullo modo volebat deus credere propter veneficia tunc primum extremum sermonem primogenitorum professi sunt se populum dei esse. Promiserunt se subiicere deo tali pacto quod plaga cessaret. Ut alibi legitur de hebreis quando in morte primogenitorum visis aliis plagis egipciorum et bursicorum bursicos vero prophetae non crediderunt propter terrorem sed tunc primum cum viderunt mortem primogenitorum confessi sunt se populum dei esse. Et nota quod cum dicitur hic historialiter sicut quod quantum modaliter fieri continuus ut hebreis dicitur enim quod in qualibet familia iacebat unus mortuus et quod ille erat de nacione preclariori quod primogenitus. Sic quod nisi ista plaga fecerunt egipcii primam et professi sunt se populum dei esse. Isto modo moraliter si scrutentur vitam in domo vel familia in qua non iacet aliquis mortuus peccato mortali primo forte plures quod singulorum infinitus est numerus. Ecclesiastes 1. Sic quidem seculum hominum qui dicunt esse prelatores quam plerumque inveniuntur mortui morte culpe. Sic ad hoc procedere possemus evidenter quod facta est prima non nullorum quam tempore infirmitatis vel adversitatis clamat ad deum plus timore pene quam amore iusticie et ideo quando restituntur sanitati vel prosperitati redeunt ad solitam pravitatem sicut de lupo metro dicitur. Dum languebat monachus lupus esse volebat. Sed cum convaluit qualis et ante fuit. Sic dum fero languore fero religionis amore. Expers languoris non sum memor huius amoris. Sic antiochus percussus a deo promisit iudeis se futurum et omnem locum terre perambulaturus et predicaturus dei potencia qui populavit homo regi similia passus. Circa secundum

regum quae orte fuerunt antiquitus, populi ac
observanda placeat regis veritatis
per institutionis antiquitate ex praecautionis
auctoritatem et bone compositionis probi-
tatem. Contra super tercio et adductis quod veri-
tate regie placeat pulchre decla-
rat Petrus de Ravenna in suis epistolis
li. 7 c. 1 ubi dicit sic: ut ad expelle-
da misteria pecunia et reprimendas
insolencias transgressorum perpetuas e ce-
lo missa crevit tempus regnancium
sollia et diversorum principum potestates
caruisset namque liber Ytalia contra
iugo dominii nec libertate esset qua eius
non dominatur homines abdicasset non [leges]
quod imperata lima subesse renderet eam pri-
us ytaliam quae redundabat et pe-
rimebat quadam operuit namque subesse
iusticie et frangi nec vero libertate. Item ut
opus tuis ex proprio decuit, super alia ci-
tra est sic reputata per homines celestis
imago sufficeret, item hoc platis est. Homi-
nes ut maiore plaga efficerent, vero decepitis
speciei potestasse tamen divina supra praeficit
ad regum sexus spirituali divini ante sim ...
quam administrat in reddendo censum
et solucionibus tributorum praeceptis regi-
bus cesaree fortune perficit fastigium
cui subiceat omnes nationes. Non de-
sit solum ut eius operando possit, sed ut
ipsi possint iusticie copiam ministrando
possent, nec per impunitatem criminosis
valescat insolencia transgressorum. Ex illo
In qua supra est, homines solum tam-
quam pro nichilo fuerunt regni regi mere
homines in medio cum hoc non desperat
libertate gaudere. Ergo sic est ne ipsum
tam lima [scelus] iusticiam ex comparet. [scelus]
Et eo operuit libertate subesse iusticie.
Ratio quare non specie ante reginae ac-
cepta est in regimine hominis vero quod hoc
est actu racionale homo in se imaginem

divinitatis. Et ideo nulli creature subici de-
buit corporali, quod imaginem eius gerit, nec
angelus ei prelatus est. Hoc homini ut maio-
rem plagam efficeret, vero deceptis speciei.
Ratio ex supra dicta legitur quod in mente reges
regendi tenent fastigium ex vero creator
ex supra salvatoris actus 20. Redditur
ergo quae sunt cesaris cesari et quae sunt dei deo.
Regna vero corporalia principaliter
cognoscimus sicut vel cronicis vel historiam
legimus Danielis videlicet assiriorum, persarum,
grecorum, romanorum. Imperium vero romanorum quod
post constantinum ad grecos fuit devolutum
transtulit romana ecclesia in teutonicos
tempore karoli magni filii pipini tempore
Stephani 2. Ex. de elec. et electi po-
testate venerabilem. Hic autem rex regum
cui omnes subsunt naciones et perpetuo
vero ab eo temporalia accipiunt. Sacerdos tamen
et summus pontifex debet subesse sicut declaratur
Ex. de maio. et obe. Solitae. Ponti-
fex enim spiritualibus excellit quantum temporalibus
temporalibus digniori quantum anima preferetur
corpori. Vide eum imperatori precellere
declaravit in decretali predicta auctoritate
dupplici creature unam est quod deus dixit se
qui sacerdos sunt. Vere constituit te hodie
super gentes et super regna. Ier. 1. Alia est
Gen. 1 ubi dicit quod fecit deus magna lumi-
naria, id est duas potestates, constituit quae sunt
pontificalis et regalis potestas. Sed maior lu-
minare est illa quae preest diebus et spiri-
tualibus, minor est qua non noctibus, id est car-
nalibus. Minor ratio de regie institu-
cionis antiquitate est sciendum quod institucionis
principis sive regis quadruplex via so-
let esse legitima, videlicet divina provisione,
certe collacione, generis successione
et unanimi electione. Exemplum primi de
Saul et David Reg. 1. Exemplum 2i quia
Moyses prefecit Iosue Deut. 31. Et
Samuel unxit David in regem in fi-

gra quod vicarius cristi et platus ecclesie
ffert principatum et regiam potestatem
ad ualitatem ecclesie. Unde et ius et
auctoritas examinandi personam ele-
cti regis et promouendi ad imperium
ad papam pertinet. dicit ut extra de
ele. Venerabilem. Reg. iii. 2i de Salomone
filio dauid et multis aliis qui electione
ipsi uel senatus dignitatem regiam
adepti sunt. De quadam autem principis
electione mirabili narrat Solinus
de mirabilibus mundi ita dicens. Apud tapro-
banem in regis electione non nobilitas
preualet sed suffragium vniuersorum. populus
enim elegit expertum moribus et inuete-
ratum clemencia et annis grauem. Sed in
hoc ideo queritur cui liberi nulli sunt. nam
qui pater fuerit etiam si uita polleat non
admittitur ad regendum. et si forte
dum regnat genuerit exuitur potestate.
idcirco maxime custoditur ne fiat heredi-
tarium regnum. deinde si rex prestet
maximam equitatem. nolunt ei totum licere.
Quadraginta rectores accipit ne in causis
capitalibus solus iudicet. et si displicat
...iudicatum ad populum prouocatur.
atque ita datis iudicibus quod fertur sententia
cui maior consensit. Solinus. Tertio de
regie execucionis auctoritate expone
potest illud prouerbiorum 20 Rex qui sedet in solio
iudicii dissipat omne malum intuitu
suo. Ubi quatuor conditiones ponuntur in maio-
re sapientie ad hoc quod regia auctoritas
execucionem debitam sortiatur. Sublimi-
tas in presidendo Rex qui sedet. equa-
litas in disponendo in solio iudicii. in-
spiciabilitas in agrediendo intuitu suo et
uirtutis in puniendo dissipat omne
malum. Iterum papinus persuadebat antiquis
quod regie execucionis sublimitate ut sunt
precedit ceteris dignitate regali. Sic etiam
antecellit bonitate morali. Unde Seneca
in epistola 2a mi est de clientibus peccata

submittere mittas. quam omnium quibus autem
maxima corpora presunt. a uehementissima
i. fortissima non precedit armentum. de-
generes thaurus. sed qui magnitudine ceteros
mares vincit. elephantorum gregem ex-
celcissimus ducit. summa enim geri-
t aureos spiculis in quis non potest pote-
cior esse ni melior illo et spiculis
quod aurum prohibet penes sapientes
fuisse regnum possidonius iudicat.
Hii officium erat imperare non regnum. Sed
seneca. Cum concordat boecius de consolatione li. i
prosa 4 loquens dicit sic. tu inquit hanc
sententiam platonis ore sanxisti beatas fore
res publicas si eas uel studiosi sapientie
regerent uel earum rectores studere sapientie
contigisset. Unde melius est. Regnum pa-
triam forte sibi uel contingerit etc. per heredes
reges uel reges per electionem. Sed non du-
bium quoniam utrum magis expe-
diat habere regem per electionem uel per here-
ditariam successionem. et hoc tangitur
2 et 3 politicorum c. 8 Dicitur magis expe-
diat ciuitati regi optimo rege uel op-
tima lege. Sed certum sit conuenientes quod
uinque predictorum inter eiusdem uel equales

Lectio 200

Cum enim quietum silencium continerent
omnia et nox in suo cursu
iter haberet omnipotens sermo tuus domine
de celo a regalibus sedibus venit
durus bellator in medio exterminij
terre prosiluit gladius acutus
insimulatum imperium portans tuum et stans
omnia repleuit morte et usque ad ce-
lum attingebat stans in terra. In principio
ostensum est quod pena exterminatoris
primogenitorum illi peperat. Sed quoniam no-
bilitatem quam equaliter afflixit regem et
vulgum dominum et seruum. In ista lectione
ostenditur et declaratur quod non pepercit sed

pris oportunitates. tu cum nox tempus hu-
mane deputatum quieti. molestiis affli
git omnes aduersitas que in nocte peruenit
quasi perueniret in die. dies igitur fuit in
spalbiu. ps. 90 describens horam dete-
rioris. 2o eius efficaciam 3o effectus subsequentis
in potestate compositis primis 3 in et stans
omnia replet morte. Vel primus ... Vn-
cum quidam plenam continet ut terre te-
net diam. hic est media nocte cum hor-
res dantur quieti et continet se a strepi
tu et tumultu in tempestu. et nox in suo
cursu etc. Septem enim sunt hore primus[?]
quelibet c. 32 vel vesperum. crepusculum.
conticinium. intempestum. gallicinium.
matutinum et diluculum. Vesperum
dicitur a stella que sole occidente sequi-
tur vesperi tempore et aliis tempore precedit. unde
eadem stella vocatur hesperus quia sequitur
solem precedens tenebras noctis. et lucifer
quia precedit solem in aurora. unde boecius
i. de consolatione metro 9. et que prima tempore noctis
agit algentes hesperus ortus solitas
iterum mutat habenas phebi pallens
lucifer ortu. Crepusculum idem est quod
dubia lux. nam creperum dubium dicimus.
hoc est lucem et tenebras. Conticinium quando
omnes silent. conticescere enim idem est quod si-
lere. Intempestum est medium in actiones
sui noctis tempus quando non agi potest et omnia
sopore quieta sunt. medium autem noctis
actu caret. Gallicinium dicitur post illa
quando galli lucem pronunciant suo cantu.
